



Über dieses Buch

Dies ist ein digitales Exemplar eines Buches, das seit Generationen in den Regalen der Bibliotheken aufbewahrt wurde, bevor es von Google im Rahmen eines Projekts, mit dem die Bücher dieser Welt online verfügbar gemacht werden sollen, sorgfältig gescannt wurde.

Das Buch hat das Urheberrecht überdauert und kann nun öffentlich zugänglich gemacht werden. Ein öffentlich zugängliches Buch ist ein Buch, das niemals Urheberrechten unterlag oder bei dem die Schutzfrist des Urheberrechts abgelaufen ist. Ob ein Buch öffentlich zugänglich ist, kann von Land zu Land unterschiedlich sein. Öffentlich zugängliche Bücher sind unser Tor zur Vergangenheit und stellen ein geschichtliches, kulturelles und wissenschaftliches Vermögen dar, das häufig nur schwierig zu entdecken ist.

Gebrauchsspuren, Anmerkungen und andere Randbemerkungen, die im Originalband enthalten sind, finden sich auch in dieser Datei – eine Erinnerung an die lange Reise, die das Buch vom Verleger zu einer Bibliothek und weiter zu Ihnen hinter sich gebracht hat.

Nutzungsrichtlinien

Google ist stolz, mit Bibliotheken in partnerschaftlicher Zusammenarbeit öffentlich zugängliches Material zu digitalisieren und einer breiten Masse zugänglich zu machen. Öffentlich zugängliche Bücher gehören der Öffentlichkeit, und wir sind nur ihre Hüter. Nichtsdestotrotz ist diese Arbeit kostspielig. Um diese Ressource weiterhin zur Verfügung stellen zu können, haben wir Schritte unternommen, um den Missbrauch durch kommerzielle Parteien zu verhindern. Dazu gehören technische Einschränkungen für automatisierte Abfragen.

Wir bitten Sie um Einhaltung folgender Richtlinien:

- + *Nutzung der Dateien zu nichtkommerziellen Zwecken* Wir haben Google Buchsuche für Endanwender konzipiert und möchten, dass Sie diese Dateien nur für persönliche, nichtkommerzielle Zwecke verwenden.
- + *Keine automatisierten Abfragen* Senden Sie keine automatisierten Abfragen irgendwelcher Art an das Google-System. Wenn Sie Recherchen über maschinelle Übersetzung, optische Zeichenerkennung oder andere Bereiche durchführen, in denen der Zugang zu Text in großen Mengen nützlich ist, wenden Sie sich bitte an uns. Wir fördern die Nutzung des öffentlich zugänglichen Materials für diese Zwecke und können Ihnen unter Umständen helfen.
- + *Beibehaltung von Google-Markenelementen* Das "Wasserzeichen" von Google, das Sie in jeder Datei finden, ist wichtig zur Information über dieses Projekt und hilft den Anwendern weiteres Material über Google Buchsuche zu finden. Bitte entfernen Sie das Wasserzeichen nicht.
- + *Bewegen Sie sich innerhalb der Legalität* Unabhängig von Ihrem Verwendungszweck müssen Sie sich Ihrer Verantwortung bewusst sein, sicherzustellen, dass Ihre Nutzung legal ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass ein Buch, das nach unserem Dafürhalten für Nutzer in den USA öffentlich zugänglich ist, auch für Nutzer in anderen Ländern öffentlich zugänglich ist. Ob ein Buch noch dem Urheberrecht unterliegt, ist von Land zu Land verschieden. Wir können keine Beratung leisten, ob eine bestimmte Nutzung eines bestimmten Buches gesetzlich zulässig ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass das Erscheinen eines Buchs in Google Buchsuche bedeutet, dass es in jeder Form und überall auf der Welt verwendet werden kann. Eine Urheberrechtsverletzung kann schwerwiegende Folgen haben.

Über Google Buchsuche

Das Ziel von Google besteht darin, die weltweiten Informationen zu organisieren und allgemein nutzbar und zugänglich zu machen. Google Buchsuche hilft Lesern dabei, die Bücher dieser Welt zu entdecken, und unterstützt Autoren und Verleger dabei, neue Zielgruppen zu erreichen. Den gesamten Buchtext können Sie im Internet unter <http://books.google.com> durchsuchen.



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.


We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

. Jan.



Acta eruditorum Lipsiensia,
anno 1682 à 1776

Digitized by Google

Hi 9585



Digitized by Google

ACTA
ERUDITORUM
ANNO
M DCCII
publicata.

Cum S. Cæsareæ & Regiæ Polonicæ
Majestatum privilegiis.

LIPSIAE.

Præstant apud JOH. GROSSII Heredes,
THOM. FRITSCIUM, & FRID.
GROSCHUE.

Typis CHRISTIANI Gözl.
A. MDCCIL

ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsie

Calendis Januarii Anni M D C C I I.

THERMARUM PATAVINARUM EXAMEN, CUI
accessit Dissertatio de Fonte Lelio acido Recobarii. Scriptore
JOANNE GRATIANO Bergomensi, D.

Patavii, ex typographia Seminarii, 1701, in 8.
 pl. 16,

Illustrissimi Herois Francisci Mauroceni, Venetiarum Principis, Gesta in Actis nostris A. 1699, p. 97 & sequentibus recensuimus. Ex quo tempore nemo fortallis inter eruditos agit, cui de Johannis Gratiani, Viri Clarissimi, nomine & fama non constet. Is ipse enim est, qui, dubium stylo elegantiori an graviori judicio, disertissimos illos commentarios composuit. Pari omnino dexteritate modo laudatum Auctorem, qui eo tempore Historicum egit, in praesenti opere physicos juxta & medicos labores suscipere, & felicissime expedire videmus. Hoc ipsum enim, quod de aquis agri Patayini medicatis sicut examen, nemo ante eum ordine ac methodo adeo accurata pertractavit. Et primum quidem de Thermis Patavinis quod attinet tractatum, octo eundem absolvit capitibus, quorum primum de thermarum descriptione agit & situ, (2) de origine fontium, (3) quomodo fontes simplicium aquarum medicati sunt, (4) de causa caliditatis fontium, (5) de vario aquarum medicatarum examine, (6) de minera thermarum Patavinarum, (7) de viribus, & quibus morbis convenient, (8) de usu tam interno quam externo. Fontis Lelii autem examini peculiarem in calce operis impedit dissertationem, qua de situ, minera ac viribus ejusdem accuratissimo studio agit. Ex utroque jam, quæ notatu digniora visa sunt, summatum recensebimus.

A

Sunt

Sunt autem, uti *primum prioris tractatus caput* nos instruit, *septem* potissimum *fontes* *thermas* *nominatae* *constituentes*, quae Euganeis montibus Natura largita est. Antiquior cæteris fons Aponei; ab urbo quinque fere milliarum intervallo distans, cuius juxta scaturiginem collis vertici impositam tanta est caliditas, ut nullus aquæ propterea hoc in loco balneantibus sit usus, bene autem in subjectis locis, quo de industria derivatur, atque ubi, vi ardoris infracta, ea mensura fervescit, quæ satis apte ægrotantium corpora admittat. Vix ultra milliare a thermalibus Aponi aquis, contra meridiem, S. Petri balneum dissitum est. Hujus conceptaculum paucis abhinc annis inopinato desidens tellus plurimum auxit, ingenti hominum multitudine vix amota, quam subitus ortum murmur eodem tempore perterrituerat. Præter calecentia gradum, quo superne scaturiens humor, uti in Aponensi, multum infra collectum antecellit, satis conspicua in fundo coloris diversitas est: namque Orientem versus, æ vulgari colore non absimile coenum videtur, e converso vero ita inficitur, ut æneum colorem repræsentet. A balneo S. Petri non ultra quingentos passus tertium, quod Domus Novæ nuncupatur, distat. Multum hic aeris vitium, statioque intuta animantibus. Uberem hic etiam olim salis communis copiam erutam fuisse, non modica aquæ lacuna, conficiendi salis gratia parata, & prope hanc ades a Joh. de Dondis extructa testantur, qui tamen locus, ejusdemque indigitatus usus, his quidem temporibus tantum non exolevit. Montis Grotti thermales aquæ quartum in descriptione locum occupant, quas ab Aponensibus duorum millium passuum intervallum differunt. Scaturiunt haec ipsæ haud procul a sic dicto Ægrotorum monte in loco elatiōri, circa quem plures hinc & inde ferventes rivuli prœdeunt, subiectaque planitiem crebris in locis implent. Regio vero hujus loci, quemadmodum ubertate segetum ditione est cæteris, ita & innoxii aeris titulo enumerata loca multum antecellit. Patavio ad septem passuum millia digredienti aliud balneum, quintum in ordine, obviam fit, quod a D. Helena templo, adhuc dum extante, cognomentum sumpliit. Humor ampla admodum scaturigine ferme e vertice collis enascitur, adeo calidus, ut sine sensu doloris tangi non possit. Et licet paulum, ubi ab origine elongatur, defervescat, passum tamen immodesia caliditas eidem inesse deprehenditur. Sextum a S. Bar-

MENSIS JANUARII A. MDCCII. 3

S. Bartholomæo nomen habet, & duodecimo ab urbe milliari situm est, ubi e collium lateribus scaturiens humor balneum constituit, Ipsius conceptaculi alveus hoc in balneo adeo cœnosus ac pinguis balneantibus occurrit, ut licet non ultra duorum pedum altitudinem aqua superemineat, eidem corpora credere intutum penitus sit. His denique septimum accensetur, quod ab Orthono monte nomen atque originem traxit, utpote quo calidissimus humor exiliens continua montibus planicie excipitur; alia autem vix tepentis aquæ scaturigo ipsius montis fundamentis adnascentur, prope quam Deiparæ Virginis templum hodie extructum cernitur. Locus hic partim salubris aeris experimento, partim aquarum B. Virginis excellentia, celebris adeo esse cœpit hoc tempore, ut omnibus supra memoratis balneis longe antecellere credatur. Et hi ipsi sunt septem illi thermarum Patavinarum fontes, de quibus simul sumptis, sub finem hujus capitii, adhuc annotatur, nullo anni tempore eosdem desicere aut minui; id quod adeo certum esse deprehendatur, ut maxime, quæ tempestate, ob aeris astum, fontes omnino exsiccantur, loca hac consueto aquarum proventu gaudeant constanter: porro nullas fervoris frigorisve vices satis conspicuas his unquam inesse: coenum, quod demittunt inter decurrentem hi fontes, & quod fundo ac lateribus locorum adhærescit, aliquando quidem molle perstare, in usumque medentium duci, nonnullis vero in locis arenam salinasque particulas coeuntes in lapideam fere duritiem obrigescere.

Suppeditata hoc modo exactissima situs fontium corundem pue proprietatum descriptione, examen thermarum ipsum aggreditur Auctor. Hoc autem ut suo nitatur fundamento, ex Physicis primum doctrinam de origine fontium in genere, itemque medicatorum in specie, nec non de causa caliditatis repetit: qua occasione, quod sibi verosimilissimum videtur, ita proponit, ut & suum cuique, & sibi suum, si quid interea probabilius occurrat, judicium liberum ac solutum relinquat. Capite igitur secundo, uti dictum, *de fontium origine* differens, veterum ante omnia circa hoc negotium opiniones adducit, quas sibi displicere multiplici de causa, aperte fatetur. Nec a plerorumque e modernis Physicis stat sententia, quæ pluvias, vapores & mare causas constituit fontium: sed veritati propiorem hanc potius facit conjecturam, penderet fontium originem ab illis aquis,

quaꝝ deorsum sub terra ex internis lacubus colliguntur. Et huic probandæ sententiaꝝ communionem maris cum subterraneis aquis, perennem viscerum terræ calorem satis ad elevandos vaporess aptum, ipsamque telluris substantiam cavernosam succurrere, omnino persuasus est.

Quomodo fontes simplicium aquarum medicati fiant, explicare satagit Auctor capite tertio. Aquam igitur puram prout vel ab omni mineralium mixtione immunem in summis rupibus seaturire, vel, si aliena mixtionis inquinamento expers non sit, per saxa sabulunque nitidum, donec quaꝝlibet extranea corpuscula, veluti cribro secreta, dimittat, percolari existimat: ita e contrario in aquis medicatis triplici fere ratione omnem mixtionem contingere statuit Auctor. Vel enim, ipso decurrentis aquaꝝ impetu adjuvante, terrestres particulas, mollesque ac teneras mineralium metallorum radices arripiunt: vel per determinata loca transeundo, non unius naturæ atque indolis salibus imprægnantur, quorum ope durorum corporum poros dein penetrant, corundemque substantiaꝝ partem tandem dissolvunt: vel denum vapores atque halitus intra tellurem excipiunt, quos per telluris ejusdem pòros, ac rimulas metallorum, mineraliumque matrices attollunt, eosque aut simplices secum vehunt, aut per ipsos compactiora quaꝝlibet corporua claustra referant; indeque altioris miscelæ initia promoveri putat. Cætera vero omnia de medicatarum aquarum principiis commenta, vel nullius momenti esse, vel ad enumerata facile redigi posse existimat. Pro certo igitur atque omnino indubitate habet, aquas omnes ab ipsa fossiliu substantia medicatas fieri, nec ullatenus audire vult illos, qui metallorum virtutem, nescio quam, (uti loquitur,) assumi ab aquis, cæterum nullam substantiam metallicam in eosdem immigrare docent. Quod autem tot inter se summopere discrepantium fontium genera reperiuntur, pro mora, caloris ac contentorum vario genere, pro facilitate vel difficiili horum solutione, levitate, gravitate, tenacitateque contingere existimat. His tamen omnes aquarum medicatarum species eo redigendas esse censet, ut in Acidulas solum ac Thermales dividantur.

Caput in ordine quartum de causa caliditatis fontium agit. Missis hic veterum atque ex modernis quorundam placitis de origine caloris.

caloris ejusmodi fontium, vel in Sole, vel in violento aquarum subterraneorum motu, vel in igne, vel in sulphure, vel in halitu subterraneo querenda, a sola effervescentia salium, aliarumque rerum cum his commixtatum, calorem thermarum ducendum esse, existimat Auctor. Ceterum supervacanea ipsi videtur speculatio, a quibus praesertim principis motus ad incandescentiam illam necessarius proficiscatur: abunde enim rei huic provisum esse censet, ubi appareat, per varias dissolutiones posse facile calorem eumque intensissimum procreari, quemadmodum in experimentis de productione mechanicae caloris & frigoris, Clariss. Boyleus demonstravit. Quibus positis, non tamen negat Auctor, subterraneos halitus aliquid caloris tribuerre aquis posse, & rursus ulla aquas per subterraneos ignes incandesce-re: sed sicuti hujusmodi loca subterranea non semper ardere manifestum, ita sec aquas secas eadem decurrentes calidas semper esse debere, concedendum putat.

In generalibus adhuc subsistens Auctor, capite quinto varium medicarum aquarum examen proponit. Ubi summopere statim miratur, reperi nonnullos inter natura peritos, quibus res nullius fere laboris videatur aquarum cognitio, adeo ut ubi minera aquarum medicatarum statuenda sit, definita quedam, ac, uti pollicentur, certissima contentorum lineamenta depingere, imo & balneares quascunque arte parabiles esse docere audeant, non aliter, ac si ipsis succorum, lapidum, aliarumque mineralium ac metallicarum rerum exordiis & concursibus interfuisserint. Justa igitur diligentia & cura ut medicatorum fontium examen instituatur, duo potissimum uti pendenda semper esse tradit, primo quot ea sint, quae imminisci possuntque aquis confuerunt, deinde quodnam ex illis in determinato humore inveniatur. Quali intentioni illud cumprimis satisfacere studium existimat, quo per varias præcipitationes, colores de industria inductos, chymicosque alios conatus veritatem eruere tentamus. Et hac occasione paulo fufius differit Auctor de variis salium speciebus, eorundem figura, figuræque mutatione, itemque de insigni difficultate cognoscendi diversas salium species; porro de latenter metallorum mixtione, de impossibilitate simplicitatis mineralium, ac denique de aquarum medicatarum mutatione, quomodo eadem in horas facile mutari, varieque soluta mineralium principia

6 ACTA ERUDITORUM

Secum vohere possint. Quapropter dubium merito facit, an constantis contentorum cognitio ibi esse possit, ubi summa est subjecte mineralia mixtionisque vicissitudo atque inconstans.

Absoluta jam generalium explicatione, ad specialia devolvitur tractatio capite sexto, in quo exactissime disquiritur, quorunq; præcipue mineralium substantia & viribus imbuantur thermæ Patavinæ. Primum igitur de veterum circa hoc negotium sententia sollicitus, haud quidem detrectat Auctor de balneo Aponensi, quod olim inter reliqua fere oratione maxime erat cognitum, nonnullas scriptorum allegare opinione, Georgii Agricola nimirum, Barthol. Montagna, Ludov. Pasini, Menghi Faventini, Franc. Frizimelice, Mich. Senvarola, Gabr. Falloppii, Andr. Raccii, Job. de Dondis, Barth. a Clivolo, &c. quorump; tamen plerosque ita judicasse fatetur, ut ea mineralia immixta hisce thermis voluerint, quæ non ratione vel experientia, sed levissimo argumento ex operationibus annotarint. Haec igitur opinione, utpote maxime inter se contrarias atque inconstantes, non attendens amplius Auctor, ita fere statuere de thermis Pataviniis non dubitat, ut omnem aquarum hinc atque inde exorientium proventum, sub unius fontis nomine non inepte accipi posse, singulos autem fontes non nisi secundum metallicæ mixtionis gradum dissimiles esse existimet. Qua de causa modicæ magnitudinis mineralia sibi concipit, ex qua erumpentes circum aquæ, quicquid habent metallicarum virium, hauriant, ac deinde pro diversitate locorum varie ad telluris superficiem emergant. Hanc autem mineralam non, nisi instituto integræ aquæ thermalis examine, delineari posse omnino persuasus est. Quem in finem primo nulla artis ope usus, naturales potissimum aquæ notas, colorem nimirum, odorem, saporem, tactiles qualitates, pondus atque effectus communes risuntur; deinde vero per varias præcipitationes, colores de industria inductos, chymicosque alios conatus, contentorum naturam accuratius examinat; quo facto ita sentire non dubitat, ut primum inter mineralia thermarum Patavinarum locum spiritui assignet subterraneo acidulo, alterum sulphuri, quod fontibus inesse commemoratis singulis, nemine excepto, permultis experimentis ab odore, colore atque effectibus desumptis demonstrat: porro cum sapor hujus aquæ, ut leviter aquam attingenti patere possit, salvis omnino sit, non sine ratione

tione aliquam salis speciem, ad salem communem fere accedentem, subesse his aquis putat: de reliquis vero, vitriolo puta, nitro, ferro, ære atque alumine, quæ immigrare alias facile in aquas minerales solent, nihil inesse his fontibus plane statuit. Quinque igitur potissimum in his, de quibus agit, thermis animadvertenda esse censet: ac queam nempe substantiam, spiritum, sulphur, salis enixi genus, & terræ portionem quandam, indeque uno nomine aquas has sulphureo-salinas appellare non dubitat. Optimem autem contentorum omnium miscelam fonti B. Virginis tribuit, utpote ejus aqua non modo cæteris clarior, vix tepida, modicam admodum falsitudinem exprimens, sed etiam minus reliquis gravis, tenuis tantumque duntaxat sulphuris halitum continere videatur.

Caput in ordine septimum de thermarum Patavinarum viribus, & quibus morbis convenienter, tractat. Ad vires igitur explicandas contentorum repetitur series, ut eritis eorundem facultatibus, quibus mederi morbis queant, patescat clarius. De aqua quidem constata existimat omnibus, aptissimum esse hanc rerum aliarum vehiculum, indeque quælibet rite præparata & comminuta ejusdem operè corporum pôros facile traiici, spirituosa vero materia naturam in eo consistere asserit, ut facile sese altum in quaslibet partes insinuet, objectos succos incidat, penetret, resolvat, ac, præ cæteris urinæ vias aperiendo, diversim promoveat; sulphuri præcipuam aperiendo, concoquendi, emolliendi, celeriter excusiendi atque exsiccandi facultatem tribuit; sali vero, præter notissimas abstergendi ac digerendi vires, singularem etiam assignat virtutem, ad spiritum acidum, summe in corpore noxiūm, coagulandum, pro quo scopo alias etiam *Sylvium in Praxi L. II. cap. 23.* subtilem thermalium aquarum salem, tanquam unicum præsidium, commendasse metinuit; terræ denique, quæ proventu vario descriptis in aquis reperitur, præcipuas vires in adstringendo, atque aciditate nigrâ tempéranda, consistere docet. Contentis his ita secundum principia medica examinatis, duplarem thermarum usum prolixè declarat. Et interno quidem usui B. Virginis Aponique fontes potissimum dicatos esse significat, quorum actionum summiā, sumpto ex chronicis ac rebellibus, quos apte curant, morbis argumento, consistere ait in purgatione viscerum & lôtione quadam interiori, qua ductuum vitia, ac simul depravatorum

sec-

succorum indoles corrigi, æquabilis itidem singulis in locis circuitus ac depuratio humorum adeo promoveri possint, ut inde alte infixa multarum ægritudinum semina demum eruantur. Non vacat hic specialem sistere recensionem affectuum istorum omnium, quibus prædictis ex eausq; testeque experientia, mederi thermas has evincit Auctor. Sufficiat nobis indicasse, singulares præ reliquis fonti B. Virginis tribui vires, in curandis renum vitiis, ardore e. g. mictu cruento & gonorrhœa simplici; in menstruarum purgationum retentione vero adeo convenientes facit Auctor has aquas, ut primas iisdem inter reliquias deferendas non censuisset, nisi difficillimo huic negotio subvenirent; notari etiam de hoc ipso fonte vult Auctor, quod tuto utiliterque lue Gallica infectis præscribi ejusdem usus possit: hujus enim aquæ sales acidissimis particulis, unde sevissima hujus morbi symptomata originem trahunt, plurimum adversari afferit. Apennenses autem aquas, cum sulphure tam sale magis turgentes, in illo potissimum excellere effectu animadvertisit, quem thoracis affectibus laborantes, vel purulenta expuentes inde experiuntur; siquidem non solum corruptos succos pulmonum parenchyma labefactantes, ab humore hoc potenter elui, sed & infecta corporis a sanis ejusdem ope dissoeiari, totique sanguinis massa novum veluti fermentum inspirari, suffragante experientia, plane credit. Reliquos fontes omnes, quorum in superiori capite facta est mentio, exterius solum, ad crustas e. g. squamosa callosaque uleera & pruriginosam scabiem, herpetes, ramicos varicosos, atque id genus alia adhiberi hodie, indicat. Insignem tamen præterea iisdem in catarrhalibus etiam affectibus, hemiplegia itidem, tremore & doloribus chronicis sedandis, contristis, induratis aut resolutis nervis pristinum in statum redigendis, nec non fœcundandis mulieribus virtutem, adscribit; magno etiam cum emolumento, cum per infussionem, tum per enemata, in ulceribus intestinorum, præsertim iis, quæ habentur e fistulis in ano, aquam eorundem adhiberi, Hier. Fabricii singulari observatione probat. Supereft lutum, quod non minus ac ipsa aqua ex prædictis fontibus in usum trahitur, potissimum quidem pro scopo emolliendi, digerendi, resolveadi, exsiccandi & roborandi: quapropter in imbecillitate membrorum, in non paucis tumoribus scirrhosis, in doloribus articulorum & seacie, præsertim autem in nervorum affectibus, sumptuose ab Auctore atque experientia commendatur.

Re-

Rectam administrationem medicamentorum omne fere in medendo penitum ferre, cum haud ignoraret Auctor, laudabili proposito *capite ultimo de thermae: Patavinarum recto usu, tam interno quam externo, agendum duxit*, ex quo scitu digniora saltem annotabimus. Improbatur ante omnia illorum opinio, quibus quacunque anni tempestate thermis his uti non dispiaset; aptissimum vero huic operi ver, cui succedit autumnus, judicatur, calidissimæ vero frigidissimæque anni tempestates penitus eximuntur. Plurimum etiam facere ad feliciorem curam, si juxta scaturiginem assumantur aquæ, existimat Auctor: ita enim usurpatus humor & aptius ad destinata loca confluere, & promptius laborantibus visceribus opem ferre deprehenditur. Posthac mentio aliqualis sit ordinis iabibendo, repetendaque per vices purgatio suadetur; iunuitur etiam potus mensura, quam tamen pro dispari præscribentium usu, multiplicem esse, non negatur. Proferuntur porro in medium de tempore nonnulla, quod thermopotionibus impendendum sit, itemque quid agendum, si symptoma aliquod ingrat. Magno insuper eos omnes in errore versari notatur, qui aut in cibaris, aut in potibus, aquas thermales Patavinas assūmere solent; siquidem molestissimos humorum tumultus, difficultates urinæ, inflammations viscerum, alvi fluxus inmodicos, nec non sanguinis excretiones, aliqua non leviora his, inde exorta fuisse mala, observatum fuerit crebris. In aquæ hujus usu externo, inter alia purgatio ante balneum instituenda sedulo suadetur; mora vero, nec non dierum numerus inter balneandum observanda, ab ætate, temperamento, morbo ac similibus, colligi ad mentem Auctoris debent. Et cum non pauca suppetant eorum exempla, qui post balneationem ingens valitudinis detrimentum passi fuerunt, contempto sex rerum non naturalium regamine, hoc ipsum omni cura observandum suadetur, utpote quod non solum ad balneantes, sed etiam a balneis profici-scentes omnino pertineat.

Annectitur, uti hujus tractatus rubrica indigitat, thermarum Patavinarum examini *Dissertatio de situ, miner. ac viribus fontis Lalii acidi Recobarii*, cùjus cum nulli hactenus scriptores meminerint, opera pretium duxit Auctor, examine fontis pro viribus instituto, indolem ejus inquirere, atque eo ipso non quæ vario vulgi

tumore circumferuntur, sed quæ magistra rerum experientia detectit, ingenua oratione conscribere. Universam autem dissertationem in quatuor summa partitam videbis capita, quorum primum fontis Lælii descriptionem exhibet ac situm, alterum ejusdem mineram, tertium affectus quibus hic fons medetur, ac denique quartum regimen has aquas bibentium. *Situm* quod attinet, est ille inter montes, qui Vicentiam, qua Occidens ac Septentrio est, late prospectant: Recobarli (Ital. Recoaro.) nomen locus ab auri mineris, quas ibi latitare vulgo crediderunt, traxisse videtur: Lælius autem appellatus fuit a Comite Lælio Plovenio, Patritio Veneto, qui ante duodecim fere annos primum eundem detectit. Descriptio sequitur, quæ accuratum fontis examen ab Auctore institutum, factis juxta ipsam featuriginem hunc in finem experimentis, sistit, coloris primum, quem crystalli instar pellucidum invenit; odoris, quem sulphureum ac ferruginosum deprehendit; saporis, qui gratum admodum acorem linguæ impresit; tactilium qualitatum, quæ, præter mirandam frigiditatem, asperitatem haud modicam præ se tulerunt, non aliter ac si chalcanthum ibi nitrumve solutum fuisset. Post hæc contentorum aquæ hujus fontis inspectio proponitur, ad quam pondus præsertim pertinet, quod communibus aquis levius, inito per ariometram ac bilancem experimento, deprehendit; reliqua inductis de industria variis coloribus, facta aquæ evaporatione, insolatione, putrefactione, decoctione ac destillatione exploravit. Ex quibus tamen omnibus, in altero de minera Lælii fontis capite, nihil apparuisse aliud fatetur, quam tria potissimum hoc in latice contenta notatu dignissima: spiritum nempe quendam subtilem, penetrantem, acidum ac summe dissolubilem; ferri venam corrosam vel sponte subsidentem; atque effectus fere omnes, qui ex vitriolo haberis consueverunt. Quicquid igitur virium possident aquæ, id omne cum a vitriolo Martis, a sale acido volatile resoluto, tum a portione spiritus ejusdem nondum coagulata profici sci existimat Auctor. Quibus præmis sis, facilis est ad tertium hujus dissertationis punctum transitus, in quo demonstratur, quibus affectibus aqua bujus fontis mederi soleat. Certissimam igitur ex eadem medelam cum biliosæ cacochymiae, ubi acidum volatile oleosum, tum melancholicæ, ubi acidum fixum molestum est, ut & vitiorum bilis fere omnium

um haberi afferit : sive enim iners ea sit, sive justo crassior, seu dilutione indigeat, singulis in casibus æque bene corrigi ac temperari ejus ope poterit. Si autem eos inspiciamus affectus, qui ab acido proficiuntur, in regione ventriculi non modo mucosas quisquiliæ atteri, tonumque ejusdem confirmari, sed &c, ubi appetitus langueat, utraque ratione eandem, opera ejusdem, restitu posse autumat : in intestinis vero aliisque partibus, uti ferreæ venæ adminiculo acidum omne naturæ inimicum destrui, ita per insignes excretionum vias facile etiam, humore hoc mediante acidulo, eliminari putat. Non patitur instituti nostri ratio affectus illos omnes ordine hic recensere, quos curatos ab his ipsis acidulis fuisse, speciali relatione Auctor annotavit; non possumus tamen non illum in specie relationis hujus laudare discursum, quo de viribus fontis Lælii in curandis calculi atque articulorum vitiis disputat. Reliquum esset, de quarto hujus dissertationis capite aliquid commemorare, quo regimen has aquas bibentium proponitur. Sed cum generalia solum ab Auctore hic attingantur, curiosiores autem ad Henr. ab Heers in Spadacrene, Job. Ben. Gründel in Roischocrene, Eberh. Gockelium in Consiliis & D. Langium ablegentur, labore hoc super sedere jubemur, nil nisi laudatissimam illam de usa Acidularum adjicientes cautelam, quam ipsis Auctoris verbis, sub finem dissertationis, hanc inveniet L. B. Dicere ausim, vix ad ullum aliud medicaminis genus exhibendum tanta circumspettione, atque tam accurata consideratione opus esse, quam in præscribendis acidulis adhibeant Prædicti necessum est. Et tamen scimus, inveniri non paucos, qui inde intricatarum agritudinum, quarum causas nondum fortasse neverunt, medelam querunt; quique, eventu secundum vota non succedente, culpam omnem in acidulam rejiciunt, quasi hac in peccata comparanda incolumitati sit, non ii eandem inconsulto temere que prescripserint.

**PHILIPPIQUES DE DEMOSTHENE, AVEC
des Remarques.**

i. e.

**DEMOSTHENIS ORATIONES PHILIPPICÆ IN
linguam Gallicam conversa, & annotationibus illustrata.**

B 2

Lu-

Lutetiae Parisiorum. Prostant Hagæ Comitum apud Adr.

Moitjens, 1701, 4.

Constant Alphab. 3. chartæ augustæ.

VIndicant sibi hancce laudem jure meritoque Galli, quod in Græcis Latinisque Scriptoribus sua civitate donandis, omnium hodie Europæ gentium studium diligentiamque superent. Bonique interpretis obtinuisse laudem apud eos non minoris est, quam præstantissimum ex suo ingenio fundoque produxisse monumentum. Iстis autem, qui hanc laudem consecuti sunt, nunc annumerandus venit, qui Philippicas orationes Demosthenis, felicissimo quidem, quantum nos judicare possumus, successu, in Gallicum transtulit sermonem, Dn. Tourreil. Evidem jam ante nostrum Dn. Maucroix quatuor Philippicarum versionem Gallicam dedit: cui licet Noster, qua est modestia, lubens palmam concedat, non tamen dubitamus, quin fecerit operæ pretium novam hanc versionem adornando. Qua de re tamen pronuntiare poterunt, quibus utramque conferre datum est. Versioni autem suæ Auctor notas subjecit, in quibus subinde cum Græco textu suam versionem contendit, hujusque rationem reddit, & ex historia antiquitatibusque Græcis ea affert, quæ ad orationes rite intelligendas scitu necessaria judicat. Præterea præfationem doctam & prolixam præmisit, elegantissimum totius historiæ Græcanicæ compendium exhibentem, & eo maxime comparatam, ut Græciæ status lectoribus innotescat, quem si quis ignoret, qui ad orationes Demosthenis legendas se accingit, eum operam, quod ajunt, & oleum perdere necesse est.

Illis equidem, qui literarum humaniorum studiis imbuti sunt, haud ignota esse possunt, quæ Auctor tum in notis, tum in præfatione commentatur. Cum tamen in eo dissentire a reliquis videatur, quod Julium Cæsarem cum Philippo potius, quam Alexandro, comparandum censeat, paucis præcipuis ejus commemorabimus rationes. Cæsarem equidem Alexandro simillimum videri, si leviter saltem considereretur: magna utrumque victoriis suis emensum esse terrarum spatia, fortitudine, solertia, vigilantia, magnitudine animi, quæ dignos velut eos reddiderint, qui reliquis imperarent; dominandi denique cupiditate, quæ illis non permiserit ferre parēm aut superiorēm, exacte illos inter se convenire. Ast si quis paulo penitus

tius in eorum mores , inclinationes , proposita , progressus introspicat , cum longe illos sibi dissimillimos deprehensurum . Cum primitis diversissimas eos ingressos vias , ut cupitis potirentur . Cæsareum , privatæ fortis juvenem , ab ineunte ætate odio procerum Reipublicæ expositam , sine profundissima dissimulatione non potuisse esse salvum : Alexandrum contra , Regis filium , regni hæredem , nec cogi voluisse , nec didicisse dissimulare ; in tenera jam ætate , velut Dominum orbis se gesisse , conquestumque fuisse , unum solum esse , quem suo subjecere posset imperio ; enormem denique fuisse Alexandri & ambitionem & audaciam , adeo ut nullam cum alio , quicunque demum ille sit , admittat comparationem . Philippum contra Alexandri patrem , & Julium Cæsarem , quo diligentius & acerratius inter se contendantur , eo unum alteri videri similiorem . Ascendi conditionem utrique non imperium , sed servitutem potius atque subjectionem promisisse ; ast justum eos reputasse , quod denegatum sibi videbant , variis adipisci artibus , Philippum eo perveruisse , postquam nepotem atque pupillum suum regno spoliaverat : Cæsarem , postquam armis , quæ ad patriæ defensionem ei concredita erant , illam oppresserat . Illum in obsidem traditum , primam ætatem inter peregrinos transegisse : hunc Sullæ comminationibus suspicionibusque adactum , ad Bithyniæ Regem se recepisse . Pari utrumque adductum ambitione ad imperium adspirasse , pervenisse etiam pari fortuna ac successu , ita ut per Cæsarem Reipublicæ Romanæ , per Philippum Græciae status magnam subiret mutationem . In his omnibus & utriusque consilia , & agendi rationes , & circumstantias omnes tam accurate sibi invicem respondere , ut Cæsar à natura ipsa fortunaque destinatus ad hoc videri posset , ut Philippum accurate exprimeret . Neutrum namque aperte initio agere ausum ; elanestinis contra utrumque usum artibus , ad libertatem opprimendam libertatis defendendæ præ se tulisse studium . Philippum Thesalorum suscepit patrocinio , ejecisse , qui illis imperitabant , Tyrannos ; foviisse Thebanorum cum Atheniensibus emulationem , & utrisque callide deceptis , Thermopylas tandem in suum redigisse potestatem , & hoc ipso tum inimicis , tum foederatis suis , velut frenum imposuisse : Cæsarem simili prorsus ratione procerum Reipublicæ Romanæ erga Pompejum odia aluisse , & ta hunc ad suas

pertraxisse partes, firmata per matrimonium cum filia Pompeji amicitia, & ita Gallię provinciam gubernandam unaque imperium in exercitum obtinuisse, & tum demum, quid constitutum sibi esset, prodiisse, cum viribus idoneis ad Pompejum pariter & Rēpublīcam perdendam instructus esset. Fortunam etiam utriusque ausis eadem ratione respondisse, dum non tantum sua virtute, sed hostium etiam vicio superiores extiterint. Pompejum namque, ut prudentissimi quidem censeant viri, non victum fuisse a Cæsare, si vinci se posse existimat: idem Atheniensibus contigisse, quibus nihil magis, quam nimia fiducia sui, nocuerit. Porro utrumque, & Philippum & Cæsarem, aperta vi tum demum usos esse autumat, cum inteligerent, aliis parum se proficere artibus. Illum, quæ calliditate obtinisset, pluris fecisse, quam victoriam aperto Marte reportatam, quippe in qua militum etiam virtus in glorię veniret societatem: hunc Catilinę, Lentulo, aliisque se adjungendo, satis etiam demonstrasse, imperii se esse avidorem, quam glorię. Perinde utrique fuisse, qua ratione cupitis potirentur, modo potirentur, brevissimamque viam illis viam fuisse optimam. Promissorum neutiquam parcos fuisse, nec blanditiarum, si his opus sibi esse existimarent. Ita Philippum erga Athenienses; ita Cæsarem erga proceres Gallorum Reiquepublicæ Romanæ sese gesisse, quando aut illorum sibi conciliare favorem, aut in discordiam mutuam eos accendere, e re sua esse putabat. Hunc armis Rōmanis Galliam, Gallica pecunia Rōmam perdomuisse. Nec dissimiles esse utriusque expeditiones bellicas. Cæsarem subacta Gallia transiisse Rhenum, & in fugam misisse populos Germanię: Philippum Thracię parte perlomita, Danubio trajecto, non unam a Scythis retulisse victoriam. Utrumque novis inventis armis militarem locupletasse. Philippo phalangem illam Macedoniam originem suam debere, quam qui composuerint milites, commilitonum subinde honoratos titulo, ad labores quosvis tolerandos callide incitaverit, juncta tamen blanditiis severitate, & omnilientia per disciplinam accuratisimam ex castris his proscripta: Cæsarem in castris metandis, ducendo exercitu, construendis pontibus, urbiumque obsidionibus instruendis, omnes, qui illum antevererant, superasse, & exemplum, quod omnes imitari conati sint, reliquisse: Eundem etiam novam rationem milites disponendi, & ad

ad promptissimos motus erudiendi excogitasse, summaque familiaritate amorem, & disciplinæ severitatem venerationem, sibi conciliasse, & ita ad quidvis milites habuisse longe paratisimos. Non defuisse illis audaciam, nec tamen nimium eos fortunæ suæ tribuisse: aggressos fuisse res arduas; ab iis, quæ vires humanas superare videbantur, abstinuisse, omneque in eo posuisse momentum, ut oblata sibi prudenter uterentur occasione, & interdum etiam ad infidias, bellicaque se recepisse strategemata. Noctu & interdiu aggredi hostem, perinde illis fuisse, modo vincerent. Fortunam licet uterque faventem admodum sibi haberet, tamen ejus metuisse inconstantiam. Hoç Cæsarem dictis, factis; & nimia lætitia, quod periculo feliciter defunctus esset, comprobasse Philippum. Tandem, ne quid ad similitudinem desit, pari fere annorum spatio utrumque rerum a se gestarum absolvisse cursum: Chæroneam quoque Philippo dedit, quod in campis Pharsalicis obtinuit Cæsar, ut eodem fere in loco imperii sui, quod moliebantur, jecisse fundamenta videri possint. Prosequitur hæc ulterius Auctor, in utroque similem clementiam & moderationem observando: sed non necesse est, hic plura addere. Cetera quæ in hocce opere Auctor præstítit, ita comparata sunt, in ipso libro ut rectius legantur, quam ut inde excerptantur.

DISSERTATION APOLOGETIQUE POUR ROBERT D' ARBRISSELLES,

i. e.

DISSERTATIO APOLOGETICA PRO B. ROBERTO de Arbrisello, circa ea, que de illo in Dictionario Historico-Critico BEL II dicuntur,

Antverpiæ, pro Henr. Desbordes, Bibliop. Amstel. 1791, in 8.
plag. 20.

ET si aliquot jamjam lustris Gallia monasticum, quem vocant, genium (*l'Esprit Monacal*) exuerit, nondum tamen desit monasticis rebus delectari; quippe quibus explicandis atque eruendis doctissimi quilibet ejus nationis viri certatim haec tenus operam navarunt. Qui libelli hujus auctor habetur, eruditissimus Vir, ex Ordine

dime Fontis Ebraldi, Apologiam Monachi celebris; nimirum Roberti de Arbrissello, dicti Ordinis fundatoris, confecit singulari diligentia, eamque P. Bælio inscripsit. Hic enim in Dictionario Historico-Critico, tit. *Fontis Ebraldi*, calumnias, quæ de Roberti impudicitia aliisque criminibus circumferuntur, non quidem approbaverat, sed in mitiorem potius partem inclinaverat, ambigue tamen de universa re locutus. Cujus rei gratia Auctor Apologiam pro Roberto post Manufirmum (*Mainferme*) composuit, & præmissa Bælii laude ostendit, crimina Roberto objecta a rumore quodam vago & adversariorum calumniis fuisse profecta: adeoque non opus esse, ut cum Manufirmo nimis rigidi simus, atque rumorem de Roberti flagitiis nullum fuisse contendamus, quod nimirum foret; sed sufficere, si ejus origines adulterinas & mendacissimum progressum ostendamus. Quamobrem novem capitibus universum negotium expedendum suscepit. Et *primum* quidem fatetur, Epistolam Goffridi, in qua sinistra de Roberto multa continentur, esse a Goffrido Vindocinensi illustri Abbe scriptam; quod Manufirmus infirmis argumentis negaverat, illamque Roscelino hæretico adscriperat, ea præsertim de causa, quia in codice MSto Vindocinensi non legatur. Noster vero & in Vindocinensi, velut ipsius Goffridi *αὐτογένεια*, & Cenomanensi aliisque eam extare, egregie probat, ipsi etiam Menagio non parcens. Concludit igitur, hanc Epistolam a Goffrido scriptam his præsertim argumentis: quia Sirmondus, Nat. Alexander, Menagius aliquie doctissimi, homines ita sentiunt: quia in codicibus optimis Epistolarum Goffridi exstat: quia cum stylo Goffridi modesto & vegeto convenit. Secundo loco ostendit, Epistolam alteram in Robertum de Arbrissello injuriam, nec ab Hildeberto Cenomanensi Episcopo, ut Baluzius credit, nec a Marbodo Rhedonensi, ut Menagius opinatur, quorum uterque Robertum semper arctissime amaverit, & Pontifici Regibusque commendaverit; sed a Roscelino, quem Robertus sepe castigaverat, profectam esse, ideoque maligno & mordaci stylo scriptam. Addit etiam alias rationes ex Chronologia petitas, deque odio Clericorum Secularium seculi XI, vita corruptissimæ hominum, adversus Robertum aliosque probos Monachos differit. Posthac tertio loco observat, Goffridum, Hildebertum & Marbodum famæ sinistræ de Roberto nunquam

quam fidem habuisse, sed potius eum virum divinum sanctumque appellasse, atque cum illo honeste semper conversatos esse. De Petri Salmuriensis Epistola deperdita contra Robertum *quarto* loco disputat, existimans, eam, qualisunque demum fuerit, nihil detrimenti allaturam, cum Sugertus aliquis Petri istius socii ad invidiam usque de Roberto optime senserint. Unde *quinto* argumentatur, Epistolas istas, que in Robertum injuriae videantur, solo rumore niti, ruinoso. admodum fundamento, de quo fuse differit, hominumque circa hanc rem ingenia exponit. Cui *sexta* addit, Roberti *scappariorum* in carpendis Regum & Clericorum vitiis, praesertim in castiganda aliorum libidine, ad miraculum usque progressam, rumores istos mendacii convincere; ubi Historia Pictaviensis Concilii A. 1100 habiti, nec noa illustrium familia & dignitate virorum, qui in Monasterio Fontis Ebraldi vixerint, catalogus reensetur. Nec *septimo* loco retinet, eos ipsos, quorum auctoritas in Roberti præjudicium adducitur, ejus laudes & innocentiam osanum amplissime deprædicare, quorum aliorumque, quos Robertus aliquando castigationibus suis offenderat, testimonia magno numero affert, atque *octavo* observat, neminem eorum, qui Roberto adversati fuerint, clarissimo innocentiae ejus argumento, tali quid illi publice, ore aut scriptis, objecisse. Tandem *nono* obitum Roberti, & constantem in demortuo sanctitatis famam, Ordinisque ab ipso fundati gloriam, merita & felicitatem, contra calumniias istas tam prolixè vindicat, ut propemodum Historiam Fontebaldensem, post Pavillonium, Niquetum aliquosque, scripsisse videatur.

ΤΗΣ ΚΑΙΝΗΣ ΔΙΑΘΗΚΗΣ ΑΠΑΝΤΑ.

hoc est,

*NOVI TESTAMENTI LIBRI OMNES, ACCESSIONE,
runt variantes Letiones, nunc denovo ad exemplar Oxonij
impressum revisa, sucta atque emendata.*

Lipsiae, apud Jo. Christoph. König, 1702, in 8.
Alphab. I. plag. 20.

Qui anno jam tum 1697 Septuaginta-Viralem V.T. versionem iuxta exemplar Vaticanum, Græcumque Novi Testamenti textum.

juxta exemplar Oxonii vulgatum, recudi heic Lipsie curavit soler-
tissimus Bibliopola, (conf. Acta nostra sequentis anni 98, p. 75. f.)
idem nunc seorsim Novum Testamentum repetuit, sed ita tamen,
ut novis istud accessionibus locupletare haud omiserit.

Et textus quidem Græci lectionumque variantium, juxta Oxoniensem editionem, examen & collationem qui instituit, doctissimus Juve-
nis, nomen suum solis literis initialibus B. H. W. exprimens, multis
istis navis adhuc laborare, ex inspectione plurium antiquiorum pa-
riter ac recentiorum codicum impressorum cognovit, crassissimaque
interdum sphalmata in iisdem occurrere observavit, e quibus vel uni-
cum speciminis nominat loeo. Nimirum Joh. VIIII, II, ubi Chri-
stus ad mulierem adulteram juxta textum vulgarem dicit, πορεύεσθαι μηδέτι αἰματάτως, secundum Oxoniensem editionem ex lectio-
ne variante infra posita, & manuscriptis quamplurimis comproba-
ta, sic textus legi deberet: πορεύεσθαι μηδέτι τῷ τε νῦν αἰματάτως.
Sed ita quidem vitiosissime. Legendum enim potius: πορεύεσθαι μηδέτι τῷ τε νῦν αἰματάτως.

Sed prolixior est, quæ veterem Oxoniensem excipit, nova.
Præfatio, a Viro Maxime Reverendo, Augusto Hermanno Fran-
ckio, SS. Theol. Professore & Pastore apud Hallenses celeberrimo,
adornata, in qua ea ille ad fert, quæ ad sobriam ac salutarem Scripturæ,
cum primis Novi Testamenti, tractationem pertinere existimat. Exorsus
nempe a consideratione finis, qui in lectione Scripturæ cuivis ante oculos versari debeat, falsos primum appellat, atque longius hinc re-
movet, nudam scientiam, meroenariam concionandi artem, scien-
tiā Philologico-Theologicam nude spectatam, edificationemque
solum aliorum, non sui ipsius. Scopum autem genuinum in studio faci-
endi voluntatem Dei collocat. Isto autem fine bene ordinato, de-
fiderium insuper requirit legendi Scripturam Sacram, non in lingua
tautum vernacula, sed etiam in ea, qua locutus est hominibus Spi-
ritus Sanctus. Imo studiosi Theologiae nomine vix dignum cen-
set, qui non vires animi a Deo concebras eo enixe contulerit, ut tex-
tum Hebreum Græcumque quasi vernaculum sibi reddat. Accu-
sat autem hac occasione neglectum linguarum sanctorum, præci-
pue Græcæ, cum in Academiis tum in Scholis passim obvium, Præ-
ceptoresque & Scholarchas serio admonet de linguarum istarum
nec-

necessitate & dignitate, quippe quibus locutus sit Spiritus Sanctus, qui nec *exegesias* omiserit Grammaticam, cum ad captum hominum ubique se accommodaverit. Indeque opera preium esse ait, vocum omnium omniumque particularum emphasis ac pondus, cum ex prima origine & significationis proprietate, tum ex latissimo amplissimoque uso & lingue sancte idiotismo investigare, vocato in subsidium parallelismo verbali, quem Concordantia potissimum suppeditent. Post alia ejusmodi, quae velut ad propædeutica studii Scripturæ spectant, propiora interpretationis adminicula suppeditat; & post prolixas de abuso Commentariorum, de neglecto sanctificationis studio, posthabitaque *απλότητι* a Christo Matth. VI, 22. Luc. XI, 35. & Paul. 2. Cor. XI, 2. 3. tantopere commenda, deque aliis, circa quae peccari hodie plerumque soleat, sex potissimum regulas hoc facientes subministrat. *Primo* nimisq[ue] maximum Novi Testamenti scriptis, & æquale quidem omnibus ac singulis preium Lectores statuere debere innuit. *Secundo* libros Veteris cum libris Novi Testamenti diligenter conferendos suadet, quia Mosis & Christi interpres omnium optimi sint Prophetæ & Apostoli. *Tertio* Scripturæ textus secundum ordinem collocari mandat: illi enim cum sic comparati sint, ut priores rerum vaticinia, figuræ ac fundamenta, posteriores rerum prefiguratarum atque prædictarum impletionem & fundamentorum confirmationem, explicationem atque deductionem complectantur, idcirco nec priores si ne posterioribus, neque hos sine illis facile ac sufficienter intelligi observat. *Quarto* collationem illam Scripturarum, quae omne ferat punctum in studio exegético, non tantum in realibus, sed etiam in ipsa plaræologia instituendam venire monet, cuius quippe in sacris cum rebus ipsis artissima sit connexio, quæ ad ipsas usque particulas sese extendat, adeoque harum etiam usum & emphasis harmonicam in sacris nosse multum intersit. *Quinto* lectionem librorum Mosis non tantum in reliquis scriptis Veteris Testamenti, sed in Novo etiam, tantum adferre utilitatis ait, quantum sibi forsitan pauci hodie persuadeant. *Sexto* denique sensum literalem in tota quidem Scriptura Sacra ante omnia accurate investigandum eique inhærendum, imprimis vero id observandum esse in scriptis Novi Testamenti concedit, utpote quibus hoc sit proprium, ut *ποστομα*

τῇ Χριστῷ ac rerum substantiam, quas V. T. sub umbra typorum ac figurarum repræsentarit, nobis exhibeant: ast minime tamen isthane orga sensum literalem venerationem eo extendi cupit, ut sensum mysticum e scriptis N. T. penitus exulare jubeamus.

*MAGNI DANIELIS OMEISII, COMITIS PAL. CÆS.
Et Professoris Altendorfii, Compendium Ethicum, methodo synteristica
Aretologiam & Eudemonologiam perspicuis præceptis & exemplis
proponens. Accedit Prolusio Oratoria de Insula Fortunata,
ab Aretophilo quaesta & inventa; nec non Epito-
me Jurisprudentiae Naturalis.*

Norimbergæ sumtibus Wolfg. Endteri, 1701,
in 12. Constat plag. 16.

Cujus Compendium Rheticum, in usum Gymnasii Norimbergensis florentissimi concinnatum, ante biennium recensuimus, ejusdem Celeberrimi Autoris Compendium Ethicum, una cum Accessionibus, geminis, nunc quoque ὡς ἐπ τύπῳ exhibemus. Nempe Prudentissimi Academiae & Scholarum Norimbergensium Curatores bene ac sapienter instituerunt, ut in Gymnasio suo una cum Rhetorica, Logica, Mathesi, aliisque scientiis, præcepta Morum pariter pertractarentur; quo, sicut illis studioræ pubis intellectus perficitur, ita ejusdem etiam voluntas amore Virtutis mature imbueretur. Deprehenderunt vero in vulgaribus Ethices compendiis, vel ex solo Aristotele, vel mirabili mixta ex Stagirite ac Scholasticorum penu depromtis, & juventuti adhuc propositis, nævios ac defectus complures; speciatim doctrinam de S. Bono, de Principiis Actionum Humanarum, ipsisque Virtutibus, minus accuratam, minusque sufficieniem, illamque de Affectibus vel penitus omissam, vel rudi valde Minerva traditam. Injunxerunt igitur Clarissimo Autori, ut Compendium Ethicum ejusmodi a nævis & defectibus purgatum, in usum laudati Gymnasii, ea, qui fieri posset, perspicuitate ac brevitate, conscriberet ederetque. Cui Dominorum suorum voluntati Nobilissimus Omelius ut obsequeretur, evulgavit ille nuper libellum hujusmodi, tironibus in Philosophia Practica idoneum; in quo premissis προλογομέναις necessariis, exorditur ab Aretologia generaliore,

re, quæ doctrinam (1) de virtute hujusque causis, (2) de subiecto, (3) de objecto; id est, actionibus & passionibus sive affectibus, dilucide explicat, & quomodo hi sint moderandi, per certas regulas, remedia & exempla fideliter monstrat. Dein progreditur ad Aretologiam specialiorem, quæ solidam ac sufficientem virtutum moralium enumerationem, earumque definitiones, objecta, officia & opposita complectitur, ac singulis itidem exemplis tam e sacrae quam civilis historiæ scriniis petita subjugit. Sequuntur amplius præcepta congrua de prudentia, virtutum moderatrice, & decoro, commodis pariter exemplis illustrata. Succedit tandem doctrina de præmiis virtutum, sive Eudæmonologia, vulgarium litigiorum nodis soluta, & ad juventutis captum expedite ac evidenter tradita. Verbo : dedit operam doctissimus Autor, ut τὰ πρακτικά πρακτικὲς magis quam Γεωργίας hoc in scripto pertractaret ; & disciplinam moralem, methodo synthetica, libertate eclectica, non ad ostentationem scientiæ, sed ad legem vitæ, proponeret. Compendio huic subnexa est ab eodem Prolusio Oratoria, Ethices totius summam ἐν ἴστροις & quasi Iliadem in nuce complectens, stilo florido ac semipoëtico, quem voeant, ætati juvenili haut ingratu, describens Insulam Fortunatam, ab Aretophilo quæsitam & inventam. Accedit denique, in gratiam Auditorum quorundam Academicorum, Epitome Jurisprudentiæ Naturalis, officia Hominis ac Civis succincte tradens, & juvenum animos ad legenda facilius que intelligenda scripta, cum primis Pufendorffiana, hoc de argu- mento edita, preparare valens.

JACOBI ALTINGII FUNDAMENTA PUNCTATIONIS Lingue Sanctæ, cum Synopsi Institutionum Chaldearum & Syriarum, nec non simili Institutionum Samaritanorum, Rabbinicarum, Arabicarum, Æthiopicarum & Persicarum Synopsi, a
GEORGIO OTHONE adornata.

Francofurti ad Moenum, apud Fridericum Knochium, 1701, 8.

Cum in professione linguarum Orientalium in Groningenii Academia annum jam ageret undecimum Jacobus Altingius, suauitate atque desideriis amicorum inductus, anno epochæ Christianæ M DC LIV fundamenta Lingue Sanctæ cum in faciem evulgare instituit,

stituit, ut controveriam Buxtorfium inter atque Capellum de punctorum vocalium antiquitate, tanto animorum certamine diu agitatam, thesibus hisce suis quadantenus illustraret, & contra quam Capellus, ejusdemque antesignanus Elias Levita (quasi inventum humatum Ebraeorum puncta vocalia solummodo saperent,) existimavit, ab ipsiusmet Linguæ hujus incunabulis eadem arcescenda esse, clarissime evinceret. Hoc ut commode atque argumentis firmissimis demonstret, קורן sive subtilitatem hancce suam non ad normam Rabbinorum corundemque principis Kimchii, qui solum legendi scribendique artificium, per precepta quædam euntes, Lectori adaptiunt, informat, sed ipsum insuper τὸ διότι exemplorum, quibus regulæ multum confirmantur, per causas ex imis Linguae principiis atque fundamentis deponitas, insimul declarat. Rationes sane ad punctuationem universam spectantes, clarissimum hoc Orientis fidus sub examen non tantum revocavit, sed & a locutionibus minus commodis ambiguisque quibusdam dictionibus eandem liberans, juxta methodi leges ita digessit, ut tam anomala quam analogæ punctuationis omnis causa per plerasque Grammaticæ partes expidirentur. Primum interim exemplar, quod anno supra memorato prodiit, in Grammaticæ Chaldaeo-Syriacæ locum (cum tantam, quantam Ebræa, quoad puncta corundemque mutationem, certitudinem hæ Lingue minime in se eontinerent,) ultimam Sectionem, ea, quæ ex istarum analogia anomalam in Ebræa habuerunt rationem, ambitu suo complectentem, brevibus collocaverat. Postremam denique eandemque sextam Grammatices suæ editionem cum A. M DC LXXVI, instantibus Bibliopolæ precibus, Altingius adornaret, nutu clarissimi Constantini L' Empereur ab Oppyek, quo cum operas hasce suas communicaverat, utramque Chaldaearum atque Syrarum Institutionum synopsis, ad leges methodi in Ebræa Grammatica observatae concinnatas, priori ad socians, anxias Φιλο-βελων efflagitationes quadantenus mitigavit. Sed cum & hujus editionis exemplaria ævo hoc nostro propemodum distracta perspicceret Bibliopola Francofurtensis haud incelebris, Fridericus Knobelius, sumtibus suis hasce Linguarum Orientalium Institutiones reducere meditatus est. Cumque hoc quicquid est negotii, Georgio Othoni, Marburgensis Academiz Professori publico, per amicos in-

notuisset, e re & sua & boni publici Vir hic celeberrimus esse putavit, ut novum quoddam supplementum, sive reliquarum, quotquot in splendido illo Bibiorum Polyglottorum opere continentur, Linguarum Orientalium synopsis, eadem, qua Altingii Chaldaica atque Syriaca fuerat adornata, methodo instrueret, summumque ita dissentium istud obstaculum, quod modus has Lingas docendi atque pertractandi multum diversus plurimum iisdem objicit, brevi quasi manu e medio removeret, & Cellarii, Buxtorfi, Hackspanii, Erpenii, Wasmuthi, Ludolphi, Lud. de Dieu, & Jo. Gravii opera adjutus, omnium commodis hoc modo optime demum succurreret. Ipse cum laudato Friderico Knochio, ubi, ut par est, grata mente paginas hafce literatus Orbis suscepit, eo allaborebit sedulo atque diligenter, ut præter Syntaxin tam vocum quam accentuum in Lingua Ebraea, in reliquis quoque ejusdem, ut & Prosodiae synopsis Harmonica, nec non textus cum versione & Glossario, per omnes istas Lingas ad utrumque tam analys eos quam genesis exercitium necessariis, Eruditorum oculis propediem subjiciantur.

BERNARDINI RAMAZZINI IN PATAVINO ARCHI-
Lyceo P. P. de Morbis Artificum Diatriba.

Mutinæ, typis Antonii Capponii, 1700, in 8.
Alph. I.

Quanquam Artificum plerorumque vile sordidumque vita genus est, tanto tamen majori cura conservatio eorum imperantibus esse debet, quanto minus illorum opera carere Respublica potest, & quanto majoribus ipsi, dum aliorum commoditatibus serviunt, incommodis malisque premuntur. Etenim præter innumeras laborum, quos quotidie sustinent, molestias, triste illud plerumque iis fatum obtingit, ut unde necessaria ad vitam producendam alimenta expectabant, gravissimos persæpe morbos referant, mortemque ipsam accelerent. Optime proinde de Artificum cuiuscunq[ue] generis ac ordinis salute meritus est celeberrimus Ramazzinus, dum miserae eorum conditionis multoties in praxi medica deprehensæ conscientius, accuratissimo hoc de Morbis Artificum tractatu, quem cu-
rante illustri Magliabechio ad nos transmittere dignatus est, & cau-
fas

fas eruire, quæ tot tantisque morbis obnoxios eos reddant, & quibus remedium prospici iis utcunque possit, docere constituit. Abfolvitur autem totus liber XLIII capitibus; quorum I agit de Morbis Metallifosorum; II Inauratorum; III Jatraliptorum seu Chirurgorum undorum; IV Chymicorum; V Figulorum; VI Cupratorum & Stanniorum; VII & VIII Vitrariorum & Speculariorum; IX Pictorum; X Sulphuriorum; XI Fabrorum Ferrariorum; XII Gypsiorum & Calcariorum; XIII Pharmacopœorum; XIV Foricariorum; XV Fullonum; XVI Olcariorum, Coriariorum, Fidiciniorum, Caseariorum, & eorum, qui candelas sebaceas conficiunt; XVII Tabacopœorum; XVIII Vespillonum; XIX Obstetricium; XX Nutricum; XXI Oenopoœorum, Cerevisiariorum & Zythopœorum; XXII Pistorum & Molitorum frugum; XXIII Amylopœorum; XXIV Lapididarum; XXV Fabrorum Murariorum; XXVI Lotricum; XXVII Cibratorum & Mensorum frugum; XXVIII Lini, Cannabis, ac sericearum placentarum Carminatorum; XXIX Balneatorum; XXX Piscatorum & Nautarum; XXXI illorum qui in Salinis operantur; XXXII Statariorum Artificum, verbi gratia Fabrorum lignariorum, dolantium, secantium, sculptorum; XXXIII Sedentiariorum seu Sellulariorum, verbi gratia Sutorum & Sarcinotorum; XXXIV Judæorum masculini & feminini generis, qui sedentarias ac statarias artes exercent, quales sunt, si vestium antiquarum reconcinnationi operam dent, si culcitas lanas ob quotidianum cubatum duriores redditas resarciant, si lana super erates vimiecas virgis verberando & excutiendo molliores redditant, si ex lineis & cannabinis vestibus veteranis frustula per urbem vicatim clamitando vili pretio emant & colligant, ut ex iis Chartarii papyrum officere possint; quæ singula eommota, aut etiama in sacces ingesta, & ex iis iterum extrusa, tetterimum halitum spirant; XXXV Cursorum; XXXVI Equisorum; XXXVII Bajulorum; XXXVIII Athletarum; XXXIX Lepturgorum; XL Phonaeorum & Cantorum, aliorumque, quibus cantus & vocis exercitatio artis loco est; XLI Agricolarum; XLII Castrorum militum, & XLIII Litteratorum.

Quædammodum vero sub initium tractatus duas præcipue causas allegat, quæ tanta, quibus Artifices memorati (vocabulo videri-

delicet artificis latissimo sensu sumpto) obnoxii sunt , mala excitant , nimirum primo pravam materia , quam tractant , conditionem , quæ talis plerumque esse solet , ut noxiorem halitum tenuesque particulas humanæ naturæ maxime infensas expiret , iisque particulares morbos invehat ; deinde violentos & incompositos valde motus & incongruas corporis configurationes , quæ vitalis machinæ structuram tanto nisu vitiant , ut inde non nisi gravissimi paulatim morbi succrescere possint : ita in singulis ferme capitibus artis , quam tractat , eminentiam , usum , inventionem , antiquitatem , modum agendi & perficiendi enchiries , ætatem , & quæ virtus & amictus in ea arte ratio habenda sit , describit ; morborum species eorumque causas enumerat ; textus & interpretationes Hippocratis ejusdemque commentatorum , observationes item ac controversias recentiorum addit ; prognoses efformat , methodum medendi , medicamentaque tradit , & cautelas diaeteticas inculcat , inque alia non utilia minus quam jucunda argumenta subinde digreditur , uno eodemque scribendi ordine non tamen ubique servato . Ne specimen desit , caput I de Morbis , quibus Metalli - Fossores obnoxii sunt , paulo fusijs recensere operæ pretium videtur . Descriptis nempe Metallifossoribus , morbos eorundem dyspnœam , phthisin , a popplexiam , paralysin , cachexiam , pedum tumores , dentium casus , gingivarum ulcera , artuum dolores & tremores enumerat , modumque edisserit , quo cerebrum & pulmones noxiis adeo affectibus in eis corripiantur , innuendo imprimis , quod pulmones cum aëre minerales spiritus hauriant , & primi noxam persentificant , inde vero iidem halitus cruxi permixti , cerebri & nervosi laticis naturalem temperiem inficiant . Hinc ætatem metallifosorum dicit esse brevissimam , conditionemque miserrimam , ita ut *Agricola* teste , feminæ , quæ id genus hominibus nubunt , sappiunt , & septem non nunquam viris nubant . Et ea de causa etiam sontes & graviorum criminum reos , Martyresque olim ad metallæ damnatos fuisse , refert . Veterum Metallofosorum amictum & infelicem conditionem p. 12. ex *Pignorii Lib. de Servis* obiter delineat , nec nostris temporibus cultu speciosiores in fodinis fossores esse credit . Metallographos , qui de fossoram morbis , regimine & remediis scriperunt , p. 13 recenset , quos inter sunt *Georgius Agricola* . 6. de Re Metallica , Bern. Cœsus in Mineralogia ,

Arban. Kircherus in Mundo subterraneo, P. Lana in Magisterio Artis & Nature, D. Ramlovius in tractatu Germanico de paralyse & tremore Metallurgorum. Inde causas morborum, quibus metallifossores obnoxii sunt, curatius memorat, dum in humidis fodiinis, quæ aquam stagnantem continent, eorum crura vitiari observat, ipsorumque ob crassos & viuos halitus, qui ab illis exspirant, & quidem tunc maxime, cum decisa saxorum fragmina in aquam decidunt, & Camarinam illam movent, intercepto anhelitu præcipites ac semianimes multoties cadere; in siccis vero fodiinis ignem, venenorum atmos domitorem, ubi illo ad saxa emollienda opus sit, pestiferos ait ex minerali materia halitus elicere, ac in motum ciere. Imo p. 14 addit, nullam truculentiorem pestem fossores ad extremam perniciem deducere, quam quæ ex Mercurii fodiinis erumpit; quod aliorum observationibus & ratiociniis illustrat. P. 15 asthmatis species Metallurgis proprias recenset, & p. 17 externarum partium, manuum, verbi gratia, crurum, oculorum, faecium noxas memorat, & ubi pompholyx nigra reperiatur, usque ad ossa, manus & crura abradi, *Agricola* imprimis teste edocet. P. 18 ab animalculis, araneorum speciem referentibus, & in argentariis fodiinis degentibus, fossores non advertentes pungi; a Dæmunculis vero & spectris vere terri ac infestari observat. P. 19 & 20 curam traditurus, cum Metallurgis perinde ac cum iis agendum esse admonet, qui desperatis morbis laborant, quibus tamen idecirco medica præsidia, saltim ea, quæ delinieam vim habent, minime sint deneganda. In specie vero fraudet, ut per cuniculos cum fodiinis in fundo communicantes, machinis quibusdam spiritualibus utantur, ad ærem veteranum ob halitus, qui a minerali materia & a fossorum corporibus exspirant, tum ob eum, quem accensa lumina effundunt, extrudendum, & recentem ac puriorem immittendum; item ut ocreis & chirothecis crura & manus muniant, cum veteres, *Julio Polluce* teste, eos culeis amicite confueverint, *Plinio* vero testante, ori vesiculas laxas illigaverint, ne pernicialem pulverem inspirarent, & *Kircher* auctore, in Arsenici fodiinis præfertim vitreas larvas iis apposuerint. P. 21 remedia interna esse docet jura pinguia, oleosa, balsamica, vinum generosum, præservationis ergo; pro infectis, balsamum urticæ, spiritum salis dulcem & alimenta sale nitri condita. Pro faecium & gign-

gingivarum erosione gargarismata ex lacte, & cum *Agricola* butyrum iis, qui in plumbeis fodinis operantur, præscribit. Eos vero, quoniam manus & crura vitiata sunt, uti in fodinis, in quibus pompholyx nigra eruitur, evenire solet, pulvere lapidis Asii curari posse existimat. Asthma ex metallicis fumis obortum per Mercurium dulcem, turpethum, purgantia per inferiora, antimonium diaphoreticum, Bezoardicum solare, prostigandum ex Etmüllerio nostro docet; oculos vero mineralibus halitibus damnum persentientes, per collyria ex seris squamma & nitrofa sanari observat. Et summatim demum aptiora & valentiora remedia ad metallicos morbos expugnandos, ex mineralium familia ut plurimum petenda esse admonet provido sane Naturæ consilio, ut unde malum profectum est, inde quoque salus proveniat. Cæterum opus hoc pro tanta rerum varietate fuceinctum quidem est, exquisito tamen sermonis nitore ornatum, ex longæ & indefessæ experientiæ sinu collectum, & innuræris Autorum tam veterum Græcorum & Romanorum, quam modernorum, Italoru[m], Anglorum, ac Germanorum præcipue observationibus Medicis, Philologicis, Mechanicis, variisque ad artificia enchirisibus necessariis exultum, nec solis adeo Medicis, sed & aliis rerum ejusmodi curiosis utilissimum.

*EPISTOLA BLUSSIERII, SOCIETATIS REGIE IN
Anglia Socii, ad Editorem Translat. Anglic. scripta, de tri-
plici Vesic. i. a.*

Translata ex Trânsfct. Philos. Angl. 1701,
Mons. Januar. pag. 752.


UT fidem liberem, cum his descriptionem & figuram triplicis vesicæ, quam ruper, cum Societas Regia esset congregata, propriis usurpati oculis, transmitto. Et quo magis extraordinarius est casus hic, eo minor mihi dubitandi existit cœla, quia magnæ Tibi is sit voluptati. Duplicem equidem vesicam in cadaveribus quandoque repertam esse, Medicorum observationes. & per orbem famigeratissimi Casauboni exemplum testantur. Tres tamen in homine nunquam fuere conspectæ. Quanquam autem non negem, similem vesicæ constructionem uni alterive homini obtigisse; ab Authoritate tamen ullo talis esse commemoratam, non recordor. Ca-

daverum enim sectiones negliguntur, nec dubium est, quin Medici, corpora insuetis affectibus peremta majori cura investigantes, adversari sint, soli saepe partium conformatio*n*i p. n. deberi, quod ipsi sanguinis humorumque intemperiei adscribere solent. Cujus testimonium triplex haec exhibet vesica, in cadavere Domini Booth reperta. Antequam autem ipsius tradam descriptionem, haud absconsum erit, symptomata, quibus hic Vir ob vesicæ conformatio*n*em fuit expositus, recensere, & mortis causam allegare.

Optima hic licet fruens sanitatem, urinam tamen inter mejendum debito modo & pleno alveo reddere non valebat; mingebat paulatim, & sub maximis inspirationis conatibus, imprimis ubi exilis urinæ quantitas vesicæ inexistebat. Ex quo molestiam quidem insignem, ardorem tamen non percessus fuit, nisi ultimis duobus vel tribus annis, quibus mucus cum urina excerni solitus, dolores circa vesicæ collum inter mejendum excitavit.

Quoniam autem hic mucus tandem in multo majori quantitate prodibat, a calculo vesicæ eum productum judicabat; quapropter Chirurgi investigationi se subjectit; qui cathetere immisso, resistentiam quandam in urethra observavit, vi tamen eundem usque adeo adegit, ut ruptis membranis æger magnam sanguinis copiam ejiceret, talemque haemorrhagiam decem per dies, termedia negligens, non absque enormioribus doloribus fuerit percessus. Sanguis enim in urethra grumescens nisi summis cum conatibus & doloribus foras propelli non poterat, quos tandem gangræna & mors insequebantur.

Proximo a morte die, cadaver aperiebam, presentibus Doctoribus, Dawes, Chamberlain, Woodward, Bernardo Chirurgo & aliis, & inveniebam, vesicam urinatiam naturalem in sinistra cœlis parte supra os ilium situm suum obtinere, quoniam moles quædam ampla & rotunda, sub pube & supra intestinum rectum, totam hypogastrii cavitatem impleverat. Ut autem accuratori omnia subjicerem examini, penem & intestinum rectum exsecui, apertaque urethra nullam carnositatem, qualam Chirurgus se percepsisse aiebat, nec quicquam p. n. constitutum, præter membranam a cathetere disruptam, in illa conspexi; tum immisso in vesicam conductore, disseci hanc, & observatum fuit primo, dictam molem rotundam ex duabus vesicis aut potius cystibus per membranam a se invicem divisas



fis fuisse conflatam, harumque alteram, quæ veræ vesicæ immediate adjacebat, hac majorem, alteram vero, quæ ad sinistrum latus vergebatur, minorem extitisse, utramque orificio suo in cervicem veræ vesicæ prope cystium orificia desisiisse, ita ut ab his æque, ac a vera vesica, urina commode potuerit admitti.

Deinde observavi, glandulas veræ vesicæ supra modum magnas & rubicundas fuisse, qui color p. n. forsan ab inflammatione per urethræ dilacerationem producta deducendus est. Experientia me docuit, crassum illum mucum, qui ex vesica profluit, & a quibusdam pro pure ex renum ulcere huc derivato habetur, nil nisi productum esse glandularum harum in scrophulas degenerantium; tum enim mucus hic crassescens & viscositatem induens, eundem dolorrem, quallem calculi solent, in vesicæ collo producit.

Glandulæ in majori cysti exiles quidem erant, conspici tamen poterant; in minori vero conspectum omnino effugiebant.

Descriptis igitur his vesicis, haud arduum erit, symptomatum reddere rationem, quibus hic vir fuit expositus. Quoniam enim major cystis dictum situm occupavit, urina non nisi cum maximo inspirationis conatu & paulatim exprimi potuit, cum ipsius musculi eam ejiciendi sufficientes haud obtinuerint vires. Majoribus autem conatibus opus fuit, exili urinæ quantitate in vesica existente, quoniam majores tum requirebantur urinam ex fundo cystis versus superiora urgendi vires.

Dolor, quem ultimis annis sustinuit Noster, crassitiae muci ex glandulis vesicæ profluentis debetur, siquidem ipsius renes sani admodum existebant.

Explicatio Figuræ.

- A A. Corpus veræ vesicæ, cuius glandulæ sunt 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.
- B B. Magna cystis, cuius rugæ sunt 1. 2. 3.
- C C. Parva cystis.
- D. Pars veræ vesicæ reclinata.
- E. Cervix vesicæ.
- FFFF. Duo ureteræ.
- G. Insertio vasorum spermaticorum in urethram.
- H H. Prostata.
- I I. Vesiculae seminales.

KK. Vasa deferentia.

L. Urethra.

MM. Musculi erectores.

N. Penis.

VITA JEPHTÆ, FATO, VOTO, FACTO INSIGNIS. Autore JOH. JACOBO SCHILDT.

Francofurti ad Moenum, apud Frid. Knoehium, 1701, 8.

Alph. i. plag. 10.

Quam olim nuperque multi celeberrimi Philologi atque Theologî, in præfatione tractatus hujus copiosissime citati, in utraque partem disceptarunt, de *Voto Jephœo* controversiam, eam sub incudem denuo Clarissimus Autor revocavit, suamque de ea sententiam, primum quidem succincte in Epistola ad R. P. Honori-um a Khobalt, deinde etiam integro, quem nunc exhibemus, libro *de vita Jephœa, fato, voto & facto insigni* descriptam, Orbi Eruditio publicavit. Et *Θεογατιας* quidem Hebraeorum rem publicim fuisse, in Prolegomenis, ex ejus institutione, administratione, miraculosa protectione, & Herorum fortissimorum excitatione demonstrat: interque hos vel primo loco Jephoram ponendum esse censet. Hujus in juventute fatum durius dum tradit, nobile majorum ipsius genus e tribu Manasse, Gileaditarum familia deducit; materni generis sordes sollicite abstergit, ipsumque non spurium, sed מִנְחָה נְשָׁמָה mulieris (non meretricis, quæ vulgi sententia est; sed) tenuioris fortis filium fuisse ostendit, atque exinde fratrum ipsum hereditate domoque paterna excludentium iniquitatem demonstrat; quæ tam non fregerit Jephœa animum, sed exeret potius, ut expeditionibus bellicis, (quæ contra Scripturæ literam, latrocinium ab Interpretæ vulgato appellantur) clarius ipsius virtus eluceret, ipseque occasione belli ab Ammonitis illati dux Israelis eleggeretur: quod officium heroicis virtutibus undique ornasse dicitur, in primis in expeditione contra Ammonitas suscepta, cuius felicem sibi eventum, exemplo aliorum belli ducum, solenni voto spondebat. In quo explicando ita nunc versatur Autor, ut illud non impulsi cuidam divino, qui in Jeptha solum ad fortiter in prælio pugnandum tendebat; sed ipsius Jephœa ardori, victoriaque obtinendæ desiderio, non fatis qui:

Proleg.

Sect. 1, 2, 3

L. i. c. 1, 2
c. 3.

p. 4, 5

c. 6.

c. 7.

c. 8, 9, 10

c. 11

lib. 2

c. 1, 2, 3

c. 4.

c. 5. 6.

c. 7.

c. 8.

c. 9.

c. 10. 11.

c. 12.

ae. 13 - 28.

quidem omni ex parte circumspetto tribuat, ejusque sensum hunc esse dicat : *Quicquid sine casu, sine destinato consilio, reduci victori ob viam occurrerit, erit Domini, (ejus cultui consecratum) aut (si nempe aptum fuerit) offeram illud in holocaustum. Canem enim, aut aliud immundum animal, in holocaustum Deo offerre non licebat, uti nec hominem.* Inde post victoriam Jephthæ luctus & error in primo affectuum eoque vehementissimo impetu notatur, quo ille votum irrevocabile judicarat, quod dissolvi tamen potuisse, ex Lev. XXVII, 2 Autori videtur, cum Capelli sententia de anathematè plena, nec sine merito, rejiciatur. Non minus filia, quam *Seilam*, Philo Byblius appellat, obedientia commendatur, quæ id solum precata, ut virginitatem duobus mensibus cum sociis puellis in montanis regionibus deplorare, & mundo ultimum vale dicere liceret, commemorabili posteris pietate, haut invitâ voti executionem sustinuit. Quæ quidem in S. Codice his verbis expressa, *Fecit ei pater, sicut voverat*, ita ab Autore nostro explicatur, ut, collatis eius votis Jephthæ legitimi voti requisitis, filiam Jephthæ ex voto patris nec immolandam, nec re ipsa immolatam, sed Deo ejusque cultui, ac pietatis rerum divinarum meditationibus in vita solitaria consecratam fuisse, octo argumentis demonstraret, & cuivis argumento explicato statim adversariorum objections subjiciat, ac refutet. Urget hic potissimum claram & expressam Scripturæ literam, quæ ne verbum quidem de filia morte habeat, & luctus paterni causam illam dicat, quod unica fuerit filia, isque adeo in illa stirpis & familiæ interitudo lugere debuerit. Ceterum claris verbis adjici ait, qualis voti in filia fuerit executio. Dicit enim : *& fecit ei voram suum, quod voverat :* **וְיָרַע אִישׁ לֹא יְדַעַת** ut illa non cognosceret virum; unde & filia non vitam sed virginitatem suam deploret, quia sterilitas, quæ virginitatem comitatur, collato Luc. I, 25, probro inter Judæos fuerit. Deinde in illo totus est Autor, ut præceptum dissentientium argumentum declinet, quod nimirum votum virginitatis, ipsis etiam Pontificiis patentibus, in V. T. plane ignotum, virginitas perpetua probro, sterilitas pro maledictione, feminis vero multiplicatio benedictionis loco fuerit. Omnia enim hæc illis quoque posse opponi ait, qui immolatam puellam dicant : æque illud votum ineognitum & iniuritatum Judæis fuisse, nec minus multiplicationem prolis impedi-

vis-

vuisse, Jephtham denique non directe filia suæ coelibatum vovisse, sed per accidens illum in foemina Deo consecranda intervenisse, nemimurum mariti mandatis & negotiis domesticis a voti executio-
ne distraheretur; quæ cum in viris cessarit ratio, per Nasireaturn
ipsis matrimonium non vetitum fuisse. Præterea nimis confiden-
ter affirmari, votum coelibatus inter foeminas V. T. plane fuisse in-
cognitum; cum Guilielmus Perkinsius Anglus T. 1. L. 2. Cas. Consc.
C. 15. col. 35. consuetudinem virginitatem vovendi illis diebus capisse,
adserat: cui quamvis D. Georgius Röñig Cent. 2. Vind. Sacr. Disp. 1.
Loc. 4. §. 7. se opposuerit; pugnare tamen pro Perkinsio ipsam tex-
tus συνάρχιαν; cum verba בִּרְאָלָה וַתֵּחֶזְקֵן, & factus est mos
in Israële, quæ a B. Lutherò & aliis cum verbis v. 40, Filie Israël
quot annis iverunt &c. conjunguntur, vi accentus Sylluk non ad v. 40.
conventumque filiarum Israël, sed ad v. 39. ejusque verba antece-
dentialia, etiam juxta Heinsum L. 16. Exerc. Sacr. in N. T. C. 7 ad
Hebr. XI, 32, hoc sensu pertineant: *Et fecit in illa votum suum,*
quod voverat, ita ut ipsa non agnosceret virum, & fuit (hoc, ut fi-
lia scipisis, conf. Math. 19, 12, vel a parentibus, conf. 1. Cor. 7, 37 de-
*votæ, virum non agnoscerent ab hoc tempore) statutum (mos, consue-*tudo) in Israël.* Id confirmari porro luculentissimo R. Azariae in li-
bro אֲמֹרַי בִּנְהָה c. 60 testimonio, quo doceatur, sub templo se-
cundo integrōs virorum & foeminarum cœtus a negotiis mundi ad co-
lendum Deum, & investigandam sapientiam se separantum extitisse: confirmari etiam Hannah Luc. II, 36. & aliarum foeminarum,
Esseñorum item, qui ὄγαμοι vivebant, exemplo, Christique ipsius
testimonio, qui Math. 19, 12 clare dicat, fuisse quoſdam, οὐτιστές
ἐννέακοσιαὶ επτάτες; quod quin voto etiam factum sit, nihil impe-
divisse. Confirmari tandem consensu nostratū Theologorum,
D. Fridliebii Theol. Exeg. ad Exod. fol. 180. & D. Dieterici Antiquit.
V. T. fol. 202. existimantium, post ædificatum templum certam juxta
illud sedem fuisse, ubi mulieres rebus divinis dicatae habitarent;
quanquam cum iis, quoad circumstantias, non in omnibus consenti-
at Autor, in primis cum Casaubonus Exercit. I ad Annales. Ba-
ron. c. 21. sqq. in aliquibus contrarium ostendat: qui tamen
illud non evicerit, nemini coelibatus votum sub V. T. usitatum fuisse;
cum inter mulieres ad osium tabernaculi ministrantes Exod. 38, 8.
I. Sam.*

1. Sam. 2, 22, & cantatrices Nehem. 7, 67, cœlibes fuisse, credibile sit, Ex qua quidem interpretatione Pontificios pro voto cœlibatus, qualis inter ipsos viget, non firmius, quam illos, qui ex Jephigeniæ, quam fingunt, immolatione Christi typum faciunt, argumentum capere posse, novem rationibus ostenditur. Adversus contrarie interpretationis patronos difficultates, quibus immolationis sententia premitur, urguntur: patri id per *סֵגֶנָה*, & interdictum divinum, quo nulli, nisi sacerdoti, ad aram accedere permisum erat, non licuisse: neque aliquem sacerdotum illam offerre ausurum; plures autem, ipsum, interjecto i mensium intervallo, filiam immolari non licere, e Deut. XII, 31 edocturos fuisse. Ceterum primitivæ ecclesiæ Patrum autoritatem, qui uno fere ore filiæ immolationem statuunt, tanti nemini esse debere, ut contra expressa S. textus verba, tam duram interpretationem clarissimæ literæ præferat: nec Capelli sententiæ, quæ Jephæ filiam per anathema, Levit. 27, 28, occisam faltem non oblatam dicit, sibi constare posse; cum Jephæ non שְׁמַרְתָּ sed שְׁבַרְתָּ voverit, ille vero quosvis homines per anathema occidi potuisse, parentibusque ac heris in V. T. jus vitæ & necis in liberos ac servos fuisse, gratis asserat. Libro tertio factum Jephæ memorabile contra rebelles populares Ephraimitas exponit Autor, illorumque convitiis ac seditione expositis, penes Jephæt stetisse victoriæ declarat, & a crudelitatis nota, qua quibusdam ob trucidata 42 millia Ephraimitarum dignus videtur, eum vindicat, ut ipsum injuste illatum bellum repulisse, victos ut rebelles punivisse, & severiori hoc exemplo, quod Forstn. ad Tacit. Ann. XIV, 44 Principibus permisum ait, sive securitati publicæque saluti consuluisse, perhibeat. Qua occasione de tessera militari schibboleth, qua Ephraimitæ tribum dissimulantes agniti sunt, erudite agit, illosque blaſa τὸ σχιββοληθή pronuntiatione per fibbo:eth, ut forex suo indicio solet, proditos ac obtruncatos esse ostendit; quam rem exemplo e recentiore Galliæ Historiæ petito e Beccmanni Histor. Geogr. & Civil. P. 1, c. 6, Sect. 1 §. 3 illustrat. Hic enim e probatis autoribus perhibet, Anglos e prælio superstites omnes fuisse occisis, qui nomen Pequigny literis omnibus pronunciarre nequibant, Pequigny loco Pequigny proferentes. His tandem adjicitur ultimus Jephæ post pia fata honos, adductis e Jud. XI, 1. Sam. XV, II, & Hebr. XI, 32, aliorumque recentiorum, qui ejus for-

E

titu-

c. 30.

I. 3.

c. 1, 2.

c. 3, 7.

c. 8.

c. 9.

titudinem ae fidem laudant, testimoiiis, notata simul Nic. Serrarii
superstitione, qui Comment. in Judic. Q. 4. in C. 12. fol. 348 Jephtham
hac formula salutandum pronunciat: *Sancte Jephte ora pro nobis!*

COMEDIES, TRAGEDIES AND OPERAS, &c.

id est,

COMOEDIE, TRAGOEDIE ATQUE DRAMATA
Musica. Volumina duo. Auctore JOHANNE DRYDEN,
Armigero.

Londini apud Jacobum Tonson, Thomam Bealt & Ri-
chardum Wellington, A. 1701, in fol.
Alph. 13.

Tantam apud Anglos laudem hic Auctor sibi peperit atque exi-
stimationem, ut quicquid ab eo consignatum est, studiose con-
quirant, & cum novos ab eo jam defuncto foetus exspectare amplius
non possint, vitam quasi reddere novamque lucem affundere scriptis
olim abs eo publicatis studeant. Quamobrem et si in magno hoc o-
pere nihil novi existet, nonnullam tamen ejus mentionem hic facere
voluimus, cum ob ingenium auctoris non vulgare, quod vel *Fabula*
ejus *Veteres & Hodie*, quarum recensum Actis anni 1700 p. 321
seq. inseruimus, satis produnt, tum maxime, quod, quæ sparsim fuere a
Drydeno edita, rarius hactenus in Germania nostra comparuere.
Diviserunt opus in duas partes editores, quarum prior Dramata
complectitur sequentia: *Ferus Amasius*: *Famine emulantes*: *Impe-
rator Indicus*: *Amor secretus*: *Martinus Marr-all*, seu, *ficta inno-
centia*: *Tempestas*: *Amor vespertinus*: *Amor Tyrannicus*: *Alman-
for & Almahide*: *Matrimonium moris bodierni*, (Marriage a la
Mode:) *Amor in monasterio*: *Amboyna*: *Status innocentia*, quem in-
geniose quondam a Miltono confectum dramate exornavit Drydenus.
In altera parte exstant *Aurenge-Zebe* seu *Magnis Mogul*: *Cuncta
pro amore*: *Limberham*, seu *Custos benignus*: *Oedipus*: *Troitus &
Cressida*, seu *veritas sero reperta*: *Enodatio duplex*: *Dux Guifus*:
Albion & Albanius: *Sebastianus Rex Lusitania*: *Ampbiryon*: *Cleo-
menes*, *Heros Spartanus*: *Rex Arthurus*: *Amor triumphans*. Hæc
quoniam singula secundum theatri regulas examinare nostrum non
est,

est, dissertationem saltem, quæ in ipso operis principio exhibetur, de Poësi Dramatica, a nobis quoque, cum Fabulas Drydent recenseremus, memoratam, velut in transuersu perlustrare licebit.

Scripta est illa dissertatio per modum Dialogi, quo *Crites* primum & *Engenius*, atque inde *Lipsidejus* quoque & *Neander*, sub quo nomine Auctor ipse latitare voluisse videtur, inter se committuntur. Data igitur occasione, de veterum primæ & recentiorum, speciatim Anglorum, Poësi Dramatica disputatio instituitur. Nam quod ad carmen Epicum Lyricumque attinet, veteres facile ab Anglis recentioribus superari, credit *Eugenius*, quos inter ab eleganti sermonis concinnitate Johannem Suckling, a facilitate & suavitate Wallerum, a maiestate exactoque ad regulas poëticas stylo Johannem Denham, ac denique Coulæum a summa vi ingenii rerumque & verborum copia commendat. Inde primus *Crites* veterum causam agit, eosque eo majorem dramati dedisse operam ait, quo magis fuerint gloriæ cupidi; quandoquidem & in drame viciſſe eoque coronari, laudia apud veteres fuerit non exigua. Quousque vero hanc artem evenerint, haud difficulter liquere ex eo putat, quod recentiores poëtæ, maxime Galli, Aristotelis, & qui cum commentario velut illustrasse videntur, Horatii præcepta sectentur. Quam enim Galli desiderant, unitatem temporis, loci & actionis, veteres quoque diligenter videntur observasse. Quippe actionem nullam in theatrum deducebant, quæ intra viginti quatuor horarum spatium revera perfici non posset, ut inter rem ipsam & representationem ejus esset proportio. Locum eundem esse, vel si plures representarentur, minus eos abs se invicem distare oportebat, quandoquidem in eodem theatro varias urbes exhiberi, admodum videretur incongruum. Qua in re commendatur industria principis poëtarum Gallicorum Corneille, qui in connectendis apte scenis (*la liaison des scènes* vocat) non parum ubique artis operæque posuit. Denique actionem esse unicam, id est, ad eundem finem in drame tendere volebant omnia, atque adeo ea ipsa quoque, quæ obstat videri possent, aliaque, quæ passim inspergerentur. Quæ dum ab Anglis vulgo minus observari affirmat *Crites*, tanto magis prædicat Benjaminem Johnson, felicissimum veterum imitatorem. Cæterum vero, si quibus veterum dramata minus placent, illud in causa esse putat, quod verborum ac sententiarum dul-

cedimēm in alio prorsus avo constituti non satis capiamus. Huic adversarium se professus *Eugenius*, præstare omnino ait, ut naturam ipsam, quam ut veteres imitemur. Illos enim non raro deficere, quippe qui ne quidem actuum certum numerum constituerint; quod cum cognovissent Hispani, drama omne tribus actibus circumscripti, quos secuti deinde Itali aliæque nationes. Quin & hoc in Græcis reprehendit, quod res tritissimas & in vulgus notas representare consueverint, usque ad nauseam, unde delectationi, quæ dramatis finis haud postremus est, multum decesse videatur. Romanos quoque non modo eadem semper chorda oberrasse, sed & si prius contra theatri regulas peccasse, non uno exemplo probat. Ut vero minus oblectarunt veteres, ita nec profuere satis, judice *Eugenio*; quandoq; idem tantum absuit, ut virtutes pro eo, ac par est, commendarent, ut potius fenestras aperirent vitiis. Quæ ideo illis condonanda minus videntur, quod qui tragedias scriberant, comedias, & qui comedias, tragedias scriberent nullas. Quod autem de sermonis difficultate injiciebat *Crites*, id ejus hypothesi *Eugenius* putat nequaquam posse inservire, cum poetam deceat sublimes meditationes facili oratione convestire. Qua occasione, quantum inter Donnium & Clevelandium, poëtas Anglos, interficit, ostendit, quorum ille in satyris cogitationes sublimiores vulgari dictione, hic res vulgo obvias verbis sesquipedalibus & multum a communi usu remotis expresserit. His auditis *Crites* veteribus nihilominus, tanquam in sua arte magistris, laudem suam & honorem deberi statuit, neque difficitur, ut mores hominum cum tempore, ita mutatam quoque esse theatri rationem. Nova deinde lite orta, Galline an Angli in dramate magis excellant, *Lysidejus* Gallorum, *Neander* Anglorum partes tuetur. Primus ille invehitur in Anglorum tragedias ludieras (*Tragi-Comedies*) in quibus gaudia & fletus miscentur, & multi prodeunt in scenam, qui inter se affinitatem nullam habent. Contra Gallos laudat, quod non modo actionis, sed & temporis & loci longe meliorem rationem habeant, & postquam e re nota ad mentem Horatii drama confecerint, eo vires suas conferrant, ut ad effingendam unicam actionem eximiam cuncta concurrant. Quibus in rebus eum minor sit Anglorum curiositas, fieri inde putat, ut multæ scena, & scoris apud illos spectentur, videantur

tur egregiae, quæ si ad drama ipsum referantur, reperiantur inepta & inelegantes. Ut taceamus, quantum decoris Gallis afferat rhythmi varietas & puritas, quam in versu Anglico non immerito posset aliquis desiderare. Vicissim *Neander*, et si & Gallos plerumque theatri leges & τὸ πεῖσμα probe observare, & Anglos frequenter hallucinari non dissimulet, tamen cum plura alia, tum varietatem ipsam in Anglis ex merito laudat. Nam quod ad Tragoedias ludicas spectat, ab Anglis primum inventas, menti non minus quam sensibus licere ait, atque posse eam adeo & que facile a luctu ad latitudinem, quam oculos ab objecto minus grato ad gratum transferri. Egregie vero affectus varios ad naturæ ipsius modum exprimere Anglos, neque quod ad Comœdiam speciatim attinet, prostare apud Gallos unicum putat, quæ tantum habeat varietatis, quantum habent Johnsonis comedie. Quin & in ipso sermone varietatem quandam commendat, cum prolixiores Gallorum declamationes haud immerito fastidiantur. Eam vero orandi consuetudinem tum putat apud illos invaluisse, cum Cardinalis Richelius theatri faciem paulum immutaret, nimis ne quid esset in dramate, quod cum Cardinalis gravitate pugnaret. Quod autem eum morem hodieque retineant Galli, ex illorum derivat genio, quippe qui cum natura hilares sint & faceti, ad severitatem perduci ament, ideoque tragœdiis magis delectentur; eum contra Angli natura severiores, comedie exhilarati potius cupiant. Cæterum familiaribus sermonibus hoc magnopere dicit repugnare, ut quis solus multa loquatur, sed decere confabulantes breviter suam sententiam sed acute promere, nec quicquam esse ad Comœdiam aptius, quam responsiones breves & ingeniosas (*reparties*) quibus excellat apud Anglos Fletcherus. Præterea cum Galli oblectandis oculis minus studeant, ab Anglis ipsa quoque representatione eos superari censet. Neque enim minori probabilitate actiones, quas vocat, tumultuosas, quam ipsos Reges &c. representari posse credit, ita tamen ut morientium in theatro species non facile admittat, & recenseri talia cum Johnsonne, quam oculis exhiberi malit. Quin & hoc ipsum reprehendit in Gallis *Neander*, quod se nimium regulis manu ipare soleant; unde fiat, ut multum oblectationi decadat, neque facile Angli applaudant dramati Gallico in suam linguam translato. Quanquam ab Anglis quo-

quoque observari regulas illas, nodi vero & characterum varietatem multo majorem, & sermonem adhiberi magis masculum, exemplo dramatis a Benjamine Johnson conficti, quod *Feminam silentem* vocat, prolixè latè it assertum. Quæ tametsi recensere singula non licet, non erit tamen supervacaneum, de auctore illo ex mente Drydeni nonnulla addere. Tantis enim eura laudibus effert, ut si non ingenio, certe arte superatum ab eo putet ipsum Shakespearium, qui ut eruditus minus fuit, ita ingenio modernos omnes Poëtas & tantum non veteres quoque superasse fertur, ut Halesius nihil uspiam apud Poëtas pulcrum existare judicaverit, quod non multo eleganter aliquo in drame expresserit Shakespearius. Ne vero solus sapere videretur Johnson, cuncta Beaumontii censuræ subjeicit, qui ut post Shakespearium inclaruit, ita dotes insitas magis studio percoluit. Quin & Fletcherum, qui cum Beaumontio linguam Anglicam ad summum fastigium perduxisse fertur, saepe habuit adjutorem: Græcos quoque Latinosque poëtas non dubitavit, ubi opus esset, transferre, unde cum Latina vocabula morosius retineret, admirationem majorem peperit, Shakespeario deludente magis. Sed pergendum est ad ultimam quæstionem de rhythmo, utrum tragœdiaz conveniat, nec ne? Negat convenire *Crites*, ideo quod repugnet rerum naturæ, nec quisquam rhythmice loquatur in familiari sermone. Huic *Neander*, neque id absolum adeo esse, respondet, ut rhythmice alter cum altero confabuletur, modo id fiat libere & ultiro, ne vis inferatur constructioni, & in tragœdia paulo magis oportere res extolli, quam vulgo obtingant. Dubium vero non esse ait, quin multum ponderis sermoni accedat, si præter numerum rhythmus quoque adsit; quod in carmine Epico appareat maxime, cui tragœdia similis plane videri possit. Quamobrem Hispani, Itali atque Galli, tragœdias suas rhythmice scribere consueverint. Apud Anglos primus Drydenus morem hunc introduxisse videtur, qui cum aliud nihil a Fletchero, Johnsone & Shakespeario relictum sibi cerneret, in quo emineret, hoc unum arti velut in complementum addidit.

Possemus pari modo dedicationes nonnullas & præfationes, quales plerisque dramatibus præmisit Auctor longe eruditissimas, perlustrare, si quidem id instituti nostri ratio permitteret. Nam & rur sus-

fus, quem usum afferat rhythmus, in dedicatione *Faminarum amulan-
tium* ingeniose adnotavit. Qua occasione obiter laudat Wallerum,
quod sensum duabus lineis circumscribere poetas Anglos primus in Ly-
rics docuerit, quem imitatus hac in parte feliciter est poeta Epicus Jo-
hannes Deaham in *Colle Cuperi* (*Cooper's Hill*) quod poëma, si
majestatem stili spectes, omnibus exemplo esse potest: idemque
Wilhelmus Davenantius in dramate, quod Obsidionem Rhodi vo-
eat, egregie præstítit. Erudite non minus Auctor in præfatione,
quam *Almansori* & *Almabide* præmisit, de dramate heroico, tum in
præfatione ad *Troilum* & *Cressidam* de tragœdia, ac denique in ea,
qua *Aibioni* & *Albanio* præfigitur, de dramatibus musicis, qua oper-
ras vocant, edisseruit.

MEMOIRES DU DUC DE NAVAILLES &c.

i. e.

*COMMENTARII DUCIS NAVAILLII ET VALLET-
ta, Paris & Mareſcalli Francia Eborique Ducis Car-
nuntensis.*

Amstelodami apud Jo. Malherbium 1701, 12.

plag. 14.

DReclare posteritati consularent viri tam in lago quam in toga illu-
stres, si extantiora vitæ suæ momenta, rerumque fortiter a se ge-
storum scriem, scriptis mandare non fastidirent. Ita enim futurum
esset, ut patriæ suæ quisque historiam absolutam magis redderet, ma-
gnorumque facinorum decus a recordis vulgi opinionibus illibatum
servaret. Fecit hoc ipsum aliorum suæ nationis exemplo instigatus,
Dux Navaillius in quinque hisce Commentatorum libris, perspi-
cuæ narrationis brevitate maxime commendabilibus, unde nos quo-
que præcipua more nostro referemus. Originem suam a familia in-
ter Bearnos nobilissima, Montaltia dicta, patreque Philippo sibi co-
gnomine dedicit. Qui cum negotiorum provincialium causa au-
lam Regis A. 1635 petret, filium quatuordecim tum annos natum
secum duxit, Richeliique Cardinalis pedissequis nobilibus ea con-
ditione accerseri permisit, ut in religionis suæ exercitio, Reformatæ
scilicet, non impediretur. Noster autem haud longe post, Do-
mini persuasionibus captus, ad ejusdem sacra sponte transit, & pa-
ren-

rentem non modo, verum etiam majorem familiæ suæ partem, imitatores habuit. Ab illo tempore Signifer cohortis marinæ a Richelio conscriptæ factus, annuoque mille thalerorum stipendio a Rege ornatus, prima in castris rudimenta posuit A. 1638, quo Fanum D. Audomari frustra obsecsum, ad Palincovam vero feliciore Marte pugnatum fuit. Sequentibus annis Hesdunensem atque Atrebatensem obsidiones vidit, centurionisque honorem meruit; mox in ductorem legionis pedestris, a patruo suo ante decem lustra erectæ, promotus sub Harcurio ad Coniacum militavit. Altera aestate ad occupandam Dertonam, oppidum apud Insubres haud ignobile, plurimum contulit, quippe qui desperato fere obsidionis successu, munimenti genus, quod semilunam vocant, ingenti suorum virtute cepit, eoque modo Hispanos ditionem pacisci coegerit. Tam prosperæ rei nuncius delectus Noster, cum Longavillæ imperatoris commendatitiis ad Regem mittitur, Richelio autem vivis forte exento, præmiorum spe non tantum excidit, sed etiam perdendi stipendiis discripsum incurrit, nisi Regis adeundi copiam nactus, in benigniorem partem illum flexisset. Eo mortuo, Mazarini surgentis altri clientelæ se totum tradidit, cuius ope aliud congiarium a Regina matre impetravit, indeque in Italiam redux oppugnationi Finalii adstitit, quam cum Galli, ob imposita Genuensium navibus Hispanorum auxilia, solvere necesse haberent, legionem suam e suburbio, minore, quam credebatur, dispendio subduxerunt, valnere tamen molestissimo affectus. Novo deinde Cardinalliti favoris specimine delinitus, dum antiquioris legionis Tribunatum capessere, suam autem in fratrem transferre integrum ipsi fuit, ad Rhodam Catalaunia, sub Comite Pralino Plesio expugnandam abiit, quæ etiam, gubernatoris sui in defendendis urbibus imperitia, in potestatem Gallorum pervenit. Inde ad obsidionem Lentsii in Hannonia a Marescallo Rantzvio formandam alegatus Noster, atque in sequenti hyeme aciei Instructoris officio ornatus, in Italiam militatum divertere debuit, ubi sub Thoma Sabaudie Principe, imperatore parum solerte & tractandarum obsidionum minus gnaro, Orbitellum adpulit, cuius rei hic fuit eventus, ut post multas clades strinque editas, & Brezeum pugna navalی occisum, Gallos infectare dilcedere, ac Telonem reverti oportuerit. Tum Mazarini Car-

cataphractorum turmæ præficitur Noster, brevique post in Insulam, ut sub Duce Mutinensi, fœdere Gallis recenter devincto, arma Hispanis inferret, ire tenetur. Prope Bozzolum tum temporis conflictus acerrimus magna animorum contentione suscepitus, in quo Navaillius exigua manu totius exercitus hostilis impetum fortiter sustinuit, licet Atestinus, prostrato equite Gallico, signum receptui dedisset, fugaque ingens jam spatiū emensus esset. Proxima expeditione Caracenam in castris munitissimis, adortus magna clavis de affectis, tormentis omnibus exxit, Cremonamque citato gradu petere coegerit. Gujus urbis obsidium cum facere constituisset Atestinus, exteriores munitionum prætenturas invadere jussus Navaillius, rem aleæ plenissimam incredibili militum suorum fortitudine feliciter quidem perfecit, sed vulnus in cervice tulit, e quo Placentia sex hebdomadas graviter decubuit. Restauratis viribus in Galliam secessit, cum belli civilis classicum caneretur, in quo Reginæ regentis & Cardinalis partibus constantissime adhæsit, fidemque suam ac industriam in rebus maximi momenti, quas enarrare nimis prolixum foret, iisdem abunde probavit, eaque de causa Bapalmensem præfecturam obtinuit. Postmodum cum Domicella Neuillani, quæ plurimum Reginæ gratia florebat, clam Funditorum factione, matrimonium contraxit, & Mazarinum digressum ab aula cum expedita militum manu incolumem Sedano reduxit. Inde Pontes Cæsaris, arcem ad Ligerim sitam, factiosis extorsit; eorum copias Condæo antesignano fretas in suburbio S. Antonii, quod Parisiensium est, magna strage attrivit; reliquias intra urbem se recipere compulit. Neque plures alii proxime insecuri anni in glorii ipsi effluxere, siquidem ad Atrebatum, Montem medium & Valencenas, fortissimi Ducus partes strenue sustinuit. Inprimis vero Regis exercitui, axiomate Capitanei Generalis & Legati Extraordinarii ad Principes Italos, sub Duce Mutinensi A. 1658 imperavit, Mortaramque Insubriae oppidum munitissimum cepit, majora ausurus, nisi confederati Ducus obitus confilia turbasset, quo mortuo, Bersellum ab Hispanis clausum illato auxilio servavit, pacisque in Pyrenæis sancta, summa potestate exauctorandi milites istis in provinciis eminuit. Post Ludovici XIV nuptias, Eques Ordinum ejus creatus, cum gratia Regis cumulatissime frui yideretur, dærepente in acerbisitatem

mam ejus offensam una cum conjugé adductus , omnibus stipendiis atque officiis privari meruit , reddita ipsi pecunia , quam hisce emendis erogaverat . Accidit autem , ut Regina mater in morbum illápsa , vita graviter periclitaretur , & Navallii memor rogaret Regem , ut illum in gratiam reciperet ; quo ipso quoque effecit , ut Anglis bellum denunciantibus , Rupellæ , Alnetensis regiunculæ , Broagii , atque adjacentium insularum præfectura Nostro decerneretur , quam etiam summa cum laude obivit , delectu nationalium habito , qui maritimas oras citra diminutionem reddituum regiorum defenderet . Postquam vero profunda pace conquevisset Gallia , Rex Clementis X Pontif. Max. & Venetorum precibus se exorati passus , ad Candiam liberandam , quam Turcæ immensis copiis a longo jam tempore circumfederant , manum sex millium armatorum destinat , & Navallio illuc deducendam tradit ; qui ubi vix appulisset , hostes e castris , quæ ad Sabioneram habebant , ejiciendos esse statuit . Summo igitur mane ad Turcarum munimenta atque aggeres exercitum educit , ac ferociter in illos undique invectus castellis suis proturbare , triginta tormentis bellicis potiri , ingentem numerum occidere , reliquos in fugam convertere , jamque victoriam in manibus babere , cum pulvis pyrius , cuius magna vis in quodam hostium suggestu erat , ignem conciperet , ac victorum aciem dirimeret ; quo viro hostes instare rursus ac redintegrare prælium , Galli timore suo fluctuantes remissius pugnare , pedem referre , tandemque intra urbem se abdere . Nihil post infelicem rei hujus exitum fere memorabile gestum esse Noster notat , adeoque cum urbem undique aperfam diutius obsidionem tolerare non posse , ipsos quoque Venetos de illa dedenda clandestina consilia inire , commeatum de cætero in classe deficere animadverteret , cum superstite copiarum parte in naves se contulit , ac secundo vento in Galliam rediit . Quoniam vero Legatus Reipublicæ magnam huic factō invidiam apud Regem concitaverat , ideo domum abire , aulaque tres annos carere debuit , donec tandem licentia illuc revertendi impetrata , Regi omnia ordine exposuit , suspicionemque rerum in le gestarum à se amolitus cuncta adeo ei approbavit , ut omnimode ipsius gratiam recuperaverit . Missus deinde ad copias ejus in Alsatia , Lotharingia , Comitatuque Burgundie ducendas , Grayam intercepit , & paulo post Locumten-

nens

nens Generalis Condæo in prælio Seneffiacensi strenuam operam navavit. Tandem scipionem Marescalli Francie a Rege A. 1675 accepit, atque insequenti suprema cum potestate moderatus est exercitum Regis in Catalonia, expeditionesque suas memorabili victoria A. 1677 de Hispánis, quos Comes Monteregius ductabat, reportata, & expugnatione urbis Puicerdæ nobilitavit. Verum tam prosperos successus repentina filii sui unici, & ductoris catervæ gradium jam promeriti, mors nimium födavit. Cæterum licet vitam remotam ab aula transfigere in animo haberet, ut tamen commodiorem nubendi conditionem filiabus suis quereret, aulam sectatus est, & A. 1683 a Rege Duci Carnutensi Ephorus præfici meruit. Finem hic imponit commentariis suis, nec multo post superfuit; quandoquidem proximo statim anno violenta hæmoptysi suffocatus, vix stationem dereliquit.

*THOMÆ CRENI ANIMADVERSIONUM PHILO-
logicarum & Historicarum Pars octava.*

Amstelodami, apud Seb. Petzoldum, 1701, in 8.
plag. 17.

LAUDANDA EST QUAM MAXIME INDEFESSA CLARISSIMI PHILELOGI, TH. CRENI, DILIGENTIA, QUAM HACTENUS UT IN LABORES ALIENOS, SCRIPTA NEMPE TOT ERUDITORUM CELEBERRIMORUM MIGRATIONA AB INTERITU VINDICANDA, SIC IN ANIMADVERSIONES QUOQUE PHILOLOGICAS & HISTORICAS, TANQUAM PROPRII INGENII FOETUS IMPENDIT. NAM, UT COLLATUM IN ISTA STUDIUM NUNC TACEAMUS, HARUM CARTE PARTES QUATUOR, SEPTIMAM, OCTAVAM, NONAM ATQUE DECIMAM, ANNO UNICO PROXIME CLAPSO, PAUXILLO SPATIO EDITIONI CUJUSQUE INTERJECTO, ERUDITO ORBI OBTULIT, OCCASIONEMQUE POTISUMA EX IIS DELIBANDI ADMODUM JUCUNDAM NOBIS SUBMINISTRAVIT. HAC TAMEN VICE IN SOLA OCTAVA (SEPTIMAM ENIM DICTO ANNO P. 236 RECESSUMUS,) ACQUIESCERE EST ANIUS, CUM, QUA MINUS RESIDUE DUAE ADJUNGANTUR, SPATII ANGSTIA, IN QUAM CONCLUSOS NOS VIDEMUS, PROHIBEAT.

More autem suo a variis AUTORUM ALIQUOT ANTIQUORUM EDITIONIBUS EXORSUS, OVIDIUM PRIMO AD MANUS FUMIT P. 1, S. INDE AD TACITUM P. 9, S. PROGREDITUR, AC TANDEM HIS DUUMVIRIS TERTIUM T. LIVIUM P. 30, S. SUPERADDIT. AD IDEM VERO CAPUT DIVERSA DE THEOLO-

F 2 gis

gis ac Eruditis aliis iudicia refert, utpote de Jano Letnatio, p. 25. Guil. Parvo, p. 38. Jano Guilielmio Lubecensi, juvene annorum viginti septem, Critico præstantissimo, p. 42. Guil. Teeling io, p. 43. f. Guil. Perkinso, & Prynnio, p. 51. Tyndallo, p. 53. Lindano, p. 56. Gnapheo seu Fullonio, p. 61: in quorum plerosque ea occasione incidit, quod peculiariter ad istos excurrit, qui nomine Guilielmi insinuati fuerunt; horum etenim catalogum sat prolixum a p. 36 ad 62 texit.

Quod hoc excipit, secundum caput, in frontispicio statim exhibet prolixam formulæ, *videlicet Consules, ne quid Res publica detrimenti caperet*, expositionem, a p. 63 ad 68. Hinc p. 72. f. exempla plurima Latinitatis suspectæ neglectæque coacervat. Pag. 94. f. testimoniis non unis comprobatum dat, quam misere corruerint ac depravarint Pontificii Cosmographiam Seb. Münsteri, ac semel huc delatus, alia quoque eorum in Scriptores bonos latrocinia commemorat, p. 118: nec p. 128 taxare omittit, quod pientissimi Jo. Averanii seu Habermannii libellum precationum e Germanico in Belgicū idioma sic transtulerit Theologus Hardervicensis, Henr. Dietius, ut Reformatum Habermannum nunc audire posse, ipse nullus ambigat.

In capite tertio occupatus est in detegendis quibusdam Anonymis & Pseudonymis, & quisnam sit Irenæus Philalethes? p. 150; quis Amandus Flavianus? p. 152; quis Franc. Marinius? p. 159; cui debeatur Mercurius Britannicus? p. 55; cuius fit tractatus inscriptus *ad legem & testimonium?* p. 151; quibusnam commentarii de statu Religionis & Reipublicæ in regno Galliarum, A. 1571 editi, debcantur? p. 161. f. disquirit. Prolixissime vero omnium p. 153. f. ostendit, quod exercitationis paradoxæ, de Philosophia interprete Scripturæ, autor minime sit Lamb. Velthusius, sed Medicus potius Amstelodamensis, Ludovicus Meyerus.

Curiosis accensere liceat, quæ de viris quibusdam eruditis, qui munus Historiographi studiose ambiverunt, p. 162 sqq. refert, & quæ p. 183 f. de lingue Latinæ usu adeo frequenti in Poloniam introducto, vicissim vero p. 186 f. de eadem lingua in Italia hodie prope modum excoleta facta commentatur. Tartari an origine Israëlitæ sint? p. 203 querit. Superintendentis titulum nonnullis nimis ambitio

bitiosum videri, p. 208 innuit. De apostatis a Christianismo ad Judaisnum transgressis p. 217 agit. A pag. 237 ad finem usque, varia utilia & elegantia de sale in medium affert.

Sed nec, qui commoda dictorum Scripturæ interpretatione delectantur, deesse sibi heic legendi materiam intelligent. Nam ad Matth. XII, 40, de triduo mortis Christi p. 69 f. ad Matth. III, 11, de baptismo Christi *τον εύματι ἀγίῳ νερῷ*, p. 222 f. ad Matth. V, 13, de sale infatuato p. 257, & ad Col. IV, 6. de salibus sermonis p. 237 f. erudite dispicit. Nec male forsitan ad hunc censum connumeraveris, quæ de versione Bibliorum Piscatoris inepta passim & ridicula, p. 255 f. ex Havemann repetit.

Ex epistolis, quæ huicunque inter *ἀνεδέτυς* delituerunt, nunc vero demum clarissimi Autoris opera in lucem protractæ sunt, eam præ ceteris nominamus, quam B. Lutherus A. 1539 ad Suecorum Regem Gustavum I exaravit, inque ea Georgium quendam Normanum, ut Regio Filio paedagogus præficeretur, commendavit; hanc enim integrum, e Bibliotheca Regia secum communicatam, p. 144 f. legendarum Noster exhibet.

THE HISTORY OF PHILOSOPHY, BY THOMAS STANLEY.

id est,

THOMÆ STANLEI HISTORIA PHILOSOPHICA,
una cum Vita Auctoris nunc primum prodeunte. *Editio tertia.*

Londini apud W. Battersby, Hugoitem Neumannum, Throntam Cokerill, Herbertum Walwyn, & A. & J. Churchill, A. 1701, fol.
Constat Alph. 8, pl. 7.

Cum notus eruditis abunde sit hic liber, tertia nunc vice recusus, & a nobis quoque, cum secundum A. 1687 prodixisset, Supplementorum Tomo II, Sect. VIII, p. 356 sq. ex merito laudatus, poteramus eius mentionem non injuria hoc loco omittere, nisi de vita & scriptis celeberrimâ Stanleji addita quendam huic editioni essent, e quibus pauca recensere opera duximus.

Natus est Thomas Stanlejus patre cognomine, in loco quodam

dam Hartfordiae, quem vocant Angli *Cumberlow-Green*. Et quamquam Auctor anonymous annum nativitatis ipse non expresserit, quippe eo apparatu, ut videtur, non instructus, qui ad scribendam tanti Viri vitam requirebatur; attamen cum anno circiter 1628 natum esse, haud difficulter ex eo conieicias, quod ante annum etatis vigesimum octavum Historiam suam Philosophicam absolvisse perhibeatur, quam constat A. 1655 prima vice impressam fuisse.

Annos natus quatuordecim Cantabrigiam se recepit, quo locum studiis aliis postea navavit operam diligentem, tum imprimis capi poëeos amore coepit, elegantiaque composuit carmina Anglicæ, quæ post ejus ex itinere redditum Londini A. 1649 hoc titulo prodierunt: *Europa*, *Cupido crucifixus & Pervigilium Veneris*, cum notis. Multo magis tamen studium ejus & doctrinam prodidere ea poëmata, quæ biennio post publicavit Anglice hoc titulo: *Anacreon*, *Bion*, *Moschus*, *Oscula Secundi*, *Cupido crucifixus Ausonii*, *Veneris Pervigilium*, cum aliis nonnullis carminibus Peragrata Gallia, Italia & Hispania, domum reversus Stanlejus, cum secundum leges nondum major esset, Jacobi Engani filiam Dorotheam in matrimonium duxit. Neque tamen sic sò abstrahi a Musis suis passus est, primumque huic ipsi Historiæ Philosophicæ scribendæ animum applicuit, quam prolixe hic recensuit auctor anonymous. Postquam vero hoc opus absolvisset, nondum, ut supra dictum, natus annos vinti octo, novum aggressus, *Aeschylum* illustrare immenso labore, annius est, cuius etiam A. 1663 nitidissimam ac emendatissimam editionem procuravit. Sed alia quoque opera post se reliquit, quæ nondum publicam lucem adspexerunt, & asservantur in instrutissima Bibliotheca Johannis Mori, Episcopi Norvicensis Maxime Reverendi. Qualia sunt *Amplissimi Commentarii in Aeschyli Tragedias*, octo voluminibus in forma folii, ipsius Stanleji manu scripti; *Adversaria item, in quibus Sophoclis, Euripidis, Stephani de Urbibus, Juvenalis, Persii; Achillis Tatii, Theocriti, Ariostio, Parthenii, Hesychii, Antigoni, Carystii, Callimachi loci plurimi emendantur & explicantur*; nec non *Praelectiones amplissime in Theophrasti Charakteres*, ac denique *ArgoDivisa*, sive *Exercitatio Philologica de Primis seu decimis praece ad vers. 4, c. 7, Epistole ad Hebraos*, qua nonnulla S. Scriptura loca explicantur, veteres aliquot

*liquor ritus eruuntur, auctores plurimi, præsertim Greci, partim emen-
dantur, partim illustrantur.* Quas doctissimi viri lucubrations, luce
publica sine dubio longe dignissimas, ne invideat Orbi Literato, sed cum
eo liberaliter communicet, publico, si licet, nomine *Celeberrimum Pos-
sessorum submisse rogamus.* Fuit autem Stanlejus facie decora, &
modestia, candore, eruditione parem suo ævo vix quenquam ha-
buit. Cæterum Auctor vitæ eum cum Mirandula confert, quod pariter
libri, quos conscripsit, annorum ejus numerum longe superent,
& eandem ferme, quam Picus, ætatem attigerit; neque minus fa-
miliam Stanleji commendat, quæ præter illum, alterum quoque An-
glia lumen Johannem Marshamum produxerit.

NOVI LIBRI.

Cosmologia Sacra : Or, a Discourse of the Universe as it is the
Creature and Kingdom of God. By Dr. Nebemias Grew. Lon-
don, printed for W. Rogers, S. Smith &c. 1701. fol.

Danmonii Orientales Illustræ : Or, The Worthies of Devon. A
Work, wherein the Lives and Fortunes of the most famous Nati-
ves of that Province are memoriz'd. By John Prince. Exeter,
printed for Awsham and John Churchil, in London. 1701. fol.

An Account of divers choice Remarks, taken in a Journey through
the Low-Countries, France, Italy, and Part of Spain &c. As
also, A Voyage to the Levant. By E. Veryard M. D. London,
printed for S. Smith and B. Walford, 1701, fol.

De Veteribus Græcorum Romanorumque Cyclo, obiterque de Cyclo
Judaorum etate Christi, Dissertationes decem, cum tabulis neces-
sariis. Inferuntur tabula fragmenta veterum inedita, ad rem
spectantia Chronologicam. Auctore Henr. Dodwello. Oxonii e.
Theatro Sheldoniano, 1701, in 4 charta auguste.

Dictys Cretensis & Dares Phrygius de Bello & Excidio Troja, cum in-
terpretatione Anne Daceria. Accedunt in hac novâ editione
nova variorum integre &c. Dissertationem de Dictye Cretensi
prefixit Jac. Perizonius. Amstel. apud Georg. Gallet, 1702, 4-
Stanislai Lubomiri S. R. I. Principis, Supremi Regni Polonia Marc-
schal-

Saballi, Repertorum Opuscula Latina, Sacra & Moralia. Varvia, typis S. R. M. in Collegio Scholarum Piarum, 1701, 12.

Tractatus de Libero Arbitrio in tredecim Disputationes divisus. Auctore D. D. Joanne Fernandez de Prado. Alcalae, apud J. F. Bribonnes, Academia Typographum, 1701, fol.

Tractatus de Sacro - Sancte Trinitatis Mysterio. Auctore Emanuele Navarro. Salmantica apud G. O. Gallardum, 1701, fol.

Augusta Beichlingiorum Origines. Dresden, apud Mauritium Bobener, 1701, 4.

La Theologie Chretienne & La Science du Salut, ou l' Exposition des Veritez que Dieu a revelées aux Hommes dans la S. Ecriture. Par Benedict Pittet. A Amsterdam, chez G. Gallet, 1702, in 4.

Deconomie Generale de la Campagne, ou Nouvelle Maison Rustique. Par le Sr. Louis Liger. A Amsterdam chez H. Desbordes, 1701, 4.

Vocabularium Anglo-Saxonicum, Lexico Guil. Somneri magna parte auctius. Opera Thome Benson. Oxonie e Theatro Sheldon. 1701, in 8. chartæ aug. Impensis S. Smith & B. Walford Bibliopolarum Londonensium.

Phadri Fabularum Aesopicarum libri V. Notis doctorum selectioribus novisque illustrati, opera Tho. Johnson. Londini, apud C. Harper, S. Smith &c. 1701, 8.


The Earl of Arlington's Letters. Vol. II, containing a Compleat Collection of his Lordship's Letters to Sir Richard Fanshaw, the Earl of Sandwich, the Earl of Sunderland &c. London, printed for Tho. Bennet, 1701, 8.

Select Letters to the Prince of Orange (now King of England) King Charles II, and the Earl of Arlington. Vol. III. All written by Sir William Temple. London printed for Tho. Bennet, 1701, 8.

A Discourse on the Name, Notion, and Observation of the Lord's Day. By Tho More. London, printed for Tho. Nevborough, 1701, 8.

An Account of Livonia. With a Relation of the Marian Teuronick Order &c. London, printed for P. Buck, 1701, 8.

Pag. 29, ubi explicatio figuræ exhibetur, in margine scribatur Tab. I,
Latere etiam Benevolum Lectorem nolumus, proditum post octiduum Sectionem
pœmam IX Tomi III Supplementorum.



A C T A
E R U D I T O R U M ,
publicata Lipsiae
Calendis Februarii Anni M D C C I I .

*DICTYS CRETENSIS ET DARES PHRYGIUS DE
Bello & Excidio Troje, in usum Serenissimi Delphini, cum interpre-
tatione Annae Dacerie. Accedunt in hac nova editione Notæ Variorum
integra: nec non JOSEPHUS ISCANUS cum Notis Sam.
Dresemii. Numismatibus & Gemmis, Historiam illustrantibus,
exornavit LUD. SMIDS, M. D. Dissertationem de Dy-
cty Cretensi præfixit JAC. PERIZONIUS.*

Amstelædami, apud Georgium Gallet, 1702, in 4.
Alphab. 3. plag. 5 $\frac{1}{2}$ & fig. æn. plag. 1 $\frac{1}{2}$.

CRetensis Dictyos & Daretis Phrygii, Trojani belli, ut putantur, scriptorum editiones in Actis nostris anno 1691, mense Julio, p. 334 enarravimus: in quibus nitidissima procul dubio erat, quam *Anna*, Tanaquilli Fabri perdocta filia, Andreæ nunc Dacerii, itidem doctissimi viri, conjux, in usum Serenissimi Delphini, cum suis in utrumque Auctorem notis, 1680 adornaverat. Hæc jam in Batavia cum multis accessionibus, curante Clarissimo Viro *Lud. Smids*, repetita, nitore superiorem æquat, additamentis ornatisimis mirum quantum superat. Nam non modo texum Parisiensis editionis, sed ipsius etiam Annæ annotationes, laudatus Editor ab innumeris hypothetarum erroribus repurgavit. Deinde integras notas *Josæ Merceri*, *Casp. Barthii*, *Ulrici Obrechti*, *Pauli Vindingii*, doctas sane ac elegantes omnes, addidit. Daretis Phrygio illustrando adjunxit metricalam *Josephi Iscani* paraphrasin, *Samuelis Dresemii* notis explicatam. Operi, instar copiosæ præfationis, præmisit eruditissimam *Jacobi Perizonii* de *Dycty Cretensi* Dissertationem, qua de scriptis, sub nomine illius vulgatis, aut tan-

tum citatis ab aliis, præclare & ingeniose judicatur. De suo doctissimus Editor numismatum & gemmarum imagines, quæ historiæ Dictyos, seu Septimi Romani, qui ex Græco convertit, aliquid lucis adferre possunt, adjecit, nitidissime omnes expressas, singulasque adnotamentis brevibus expositas atque illustratas. Operæ putamus pretium fore, si de iis, quæ Parisiensi Argentoratensi editionibus, antea notis ac perspectis, alteri etiam, Argentoratensi puta, dicto anno 1691 in Julio a nobis descriptæ, hac editione accesserunt, copiosius quodammodo differemus, ita tamen, ut prius, quæ ad *Dictyn* illustrandum pertinent, exponamus: deinde etiam quæ ad *Daretem*.

Græci posteriores, Suidas, Malelas, Cedrenus cum Scholasticis & Rhetoribus Græcis referunt, *Dictyn* quandam, qui Idomenea adversus Trojam ex Creta secutus sit, scripsisse Historiam belli Trojanæ, cui ipse interfuisset. Idem tueruntur ex recentioribus eruditis non pauci, & in his Vossius pater ac Leo Allatius. Contra hos, Vir clarissimus, *Jacobus Perizonius*, Dissertatione sua duo probanda sumvit, primum, non alium Græcorum, quem laudant, scriptorem *Dictyn* extitisse, quam cujus libri fingebantur Neronis tempore in sepulcro Cretensi, terræ motibus concusso, reperti esse: alterum, hunc, Neroniani temporis confictum *Dictyn* Græcum, esse ipsum, quem *Septimius Romanus* Latine ita verterit, ut simul eum contraxerit, præsertim posterioribus libris: id quod contra Casp. Barthium, Jos. Mercerum & Annam Daceriam, negantes versionem, Perizonius tuerit.

Primum probat, quia Suidas tradiderit, sub Claudio; & Malelas sub Claudio Nero inventam esse arcam in Creta cum libris *Dictyos*: quæ nomina inter se non pugnant, quia & Nero fuerit *Claudiusr*, & alibi simpliciter *Claudius* dictus, idemque Senatus consultum in Jure Romano nunc *Claudianum* nunc *Neronianum* appelletur. Auctor & factor illius scripti eidem ipse fuisse videtur, qui in Epistola Septimi *Praxis*, in Prologo Latino *Eupraxis* vocatur, is scilicet, qui Græcum scriptum *Neroni*, in Græcia tum agenti, obtulit, vano homini, & Troica sœpe cum voluptate ludenti: quo tempore *Cretam* terra motu concursum fuisse, etiam Philostratus in Vita Apollonii auctor est. Unde concludit Perizonius, eundem *Dictyn* Latinum esse, & *Praxidis* Græcum, quia Septimus dicat, se vestissum in Creta insula inventum. Id quod

quod sectione VI ulterius probatur ex titulo communi, qui Suidæ est ΕΦημερὶς Τρωϊκοῦ διακόσιος; Septimio, *Ephemeris Belli Trojani*. In eeteris ibi Suidas emendatur & suppletur. Deinde probat, quia Septimi tradat, Cretensem Dictyn literis Punicis scripsisse: quod sic etiam Græcus scriptor ab Allatio citatus, in Rhetoricis Prolegomenis referat, Dictyn συγγέναις Φοινίκαι γεάμασι, οἰς Ἑλληνες τὸ τέλον Κάδμου μαθήτες ἐχεῖσθαι, scripsisse Phoenicum literis, quibus tum Greci, a Cadmo edotti, uebantur. Denique ex Septimi collatione cum Græcis Malela, ex Dicty Græco depropositis, idem probatur. Quibus non obesse Dissertator dicit, quod a Malela multa alia referantur, quæ in Septimio desiderentur; & quædam aliter, quam ab eodem Septimio. Fateri enim ipsum Septimum, se libros Dictyis posteriores (quatuor ex novem Suidæ) in unum contraxisse: ergo & alibi liberius vertisse, vero prorsus esse simile. Et Malelam quoque oratiunculas Trojanorum, a Septimio descriptas, prætermisssæ, utpote a Chronologia, quam composuit, & forma & stylo alienas: ut tamen in ipso argumento, & in ordine, sæpe in verbis etiam convenient. Quæ vero aliter Malelas narrat, non ex Praxidis Græco Dictye, sed forte ex Sisypho Coo, ejusdem farinæ scriptore, qui Teucri in eadem adversus Trojanam expeditione comes fingitur, videtur accepisse: quod ex ipso Malela Joannes Tzetzes Chiliad. V, 29 refert. Addit clarissimus Author Dissertacionis, Malelam etiam liberius ex Dictye illo excerpisse, quod sectione XII ex barbaris vocabulis ostendit, quæ absit ut Neronis ævo in Græcia obtinuisse credamus.

Obvertit quidem Jos. Mercerus, quem doctissima Anna etiam secuta est, Græcum Suidæ & Isacii Tzetzæ Dictyn omnino alium a nostro Latino fuisse, quia Oenone Græcis ex Dictye suo dicatur sibi vitam suspendio eripuisse: Septimio autem, per mororem deficiente animo concidisse. His autera noster Perizonius respondet, quia etiam Cedrenus Tzetzæ (ad vers. 61 Lycophronis) consentiat, mortem Oenonæ αὐγχόνη, λαqueo arcessitam scribens, sicut ille βρόχοις αἴταγχθεῖσα; videri Dictyn illum ambiguo verbo απνύζειο fuisse usum, quod Græculi de suspendio, ut sæpe sonat; Septimiū de quacunque morte, quæ ex morore contrahatur, ut alibi significat, intellexerit: de qua gemina notione Author ad Elianum V, 8 pluri-

bus differuerat. Stat ergo ipsi, Septimum nostrum ex Græco vertisse quam reliquit nobis historiam : nec alium Græcis sub Dictyos nomine fuisse librum, quam illum Neronis tempore a Praxide quodam confictum, quocum & titulus Latinæ historiæ, & res ipsa, ac ordo rerum, & inventi libri fabula, utrobique eadem, conveniat.

Vossius quidem de Hist. Lat. & Mercerus hoc cujuscunque auctoris opus Latine primitus scriptum, non versum ex Græco, censem : versionem autem clarissimus Auctor noster probat porro sectione XV ex crebris Septimi Græcismis, & exemplis pene multis id declarat. Etiam in iis, quæ Malelas ex Dictye Græco allegat, Septimum ad verbum congruere, atque sic verbum de verbo sæpe expressum esse, sect. XVII, XVIII, XIX copiose demonstratur. Totam scenam Casp. Barthius invertit, ratus Græcos, qui Dictyn citant, ex Latino Septimi haufisse, vel Latinum Græce conversum fuisse : cui laudatus Perizonius præter sæpe dictam Septimi de versione confessionem, præterque modo explicatum de Græcismis crebris argumentum, respondeat, multa Græcos ex suo Dictye adferre, quæ in Latino nostro non reperiantur : & Malelam, qui Latine vix intellexerit, ut CL. Hodius in Prolegomenis probavit, multa disertius euratisque expressisse, quam in Latino sunt relata. Denique ex lib. VI Septimi manifestum facit, quem ex quatuor Græci Dictyos libris, ipsius confessione cum Suidæ numero collata, contractum esse, supra demonstratum est. Unde hunc in modum concluditur sect. XXII : Si hoc constat, Septimum vertisse ex Græco Praxidis, & Græcos nullum alium Dictyn habuisse, quam qui Latino nostro congruit, & ex quo Septimus vertit ; consequens est, ut falsum sit, quod Græci supra nominati tradiderunt, quodque ideo crediderunt Vossius pater, Leo Allatius, & plerique hodie alii, antiquissimum quendam Dictyn historiam Trojani belli, cui ipse interfuerit, scripsisse : ut contra ea certum sit, finxisse id nomen & astatem, qui Neronis tempore ex Homero & aliis historiam illam composuit Græce, quam Latine convertit Septimus ; nec ante Homericum Græcis ullum scriptorem fuisse, doctissimus Auctor noster ad Elianum XI 2, ex Dionis Chrysostomi Τεωτηφ̄ līve de Ilio non capto comprobavit. Esse autem Dictyn illūm, quem Græci jactant, commenticium, evincitur sect. XXIII ex erroribus historicis, quales ostenduntur de Æthra, Helenam comitata ; de Castore & Pollu-

cc;

ee; de Memphine Tithoni atque Auroræ &c. item scit. XXIV ex poeta-
tarum fragmentis, nihil veri continentibus, quæ, tanquam veram hi-
storiam, prodidit hic Dictys, quod ex poetis hausisse arguit, quibus
talia condonantur, non autem æque historicis, verbi gratia muros
Trojæ a Diis exstructos esse; equum ligneum per muros dejectos
in urbem inductum; Helenum & Cassandram de malis illis & futu-
ris vaticinatos fuisse: quibus addi possunt, quæ de Cyclopibus, Po-
lyphemō, Penelope ac triginta procis, quasi vere gesta, ibidem sunt
historice narrata. Sectione XXV iphius Pseudodictyos indicio mon-
stratur, non antiquissimum esse, quæ Trojanos vocet *Barbaros*, &
hoc nomine *Gracis* opponat, qua differentia post longe nondum-
suerit inventa; quemadmodum Thucydides & Strabo observarint,
Homerum, qui Dictye illo, si quis fuisset, longe fuisset posterior, non
modo non Trojanos, sed ge ullum populum dixisse βαρβαρος: tan-
tum semel *Caras βαρβαροφωνος*, de quo nomine Strabo lib. XIV
consulatur. Deinde quia *Thessaliam* nominet, quod nomen ne fan-
do quidem auditum fuerit Trojani belli temporibus, nec ante Hera-
clidianum reditum in Peloponnesum, receptum usu fuerit; qua de
causa Vellejus Paternus poetas Tragicos reprehendat, qui ad anti-
quiora tempora illud aliquando referant. Ad hæc quia Hadriatii
maris insulam *Coryram Nigram* vocet: cum ne major quidem Cor-
cyra, Epiro objecta, hoc nomen habuerit Homeri temporibus, sed
Scheria, & *Phisacum insula* tantummodo appelletur. Unde con-
sequatur, nomen illud cum adjecto discriminis vocabulo (hoc enim
atram & simpliciter dictam Coryram supponit) illis temporibus i-
gnotum inusitatumque fuisse. Denique suspectum se auctorem il-
lum reddere, quod toties rationem incuket, eur vere gesta & anti-
qua narret, quis ipse gestis rebus interfuerit. Sufficisse enim, semel
id moneri: non opus fuisse toties iterata repetitione, nisi auctor
voluisse fidem suppositicio operi facere; quod ut credibilis foret,
dicat etiam Punicis literis antiquum illum librum fuisse consignatum.
Ex his autem argumentis colligitur, non dubitandum esse, quin Pra-
xis ille, ut in Epistola nominatur; sive Eupraxis, ut in Præfatione;
qui Neroni dicitur obtulisse, fuerit auctor & factor hujus operis.
Mercerus quidem suspectam habet Epistolam: Prologum sive Præ-
fationem genuinam: contra nos ter Peccatorum cum amplissimo O-

brechto negat Prologum vel a primo auctore esse, vel ab interprete Septimio, quia ab ejus historia in nonnullis dissentiat: sed longe post ab ignoto Grammatico censem adjectum fuisse: Epistolam vero nihil habere, quod non congruat ipsi historia, ideoque genuinam Septimii censem adesse, quod etiam indiciis probatur sectione XXXII.

Ad extremum, de Septimii ætate disputatur, quam ita investigat Dissertator eruditissimus: Quia Epistola, præfixa Operi, sit ad Q. Aradium Rufinum data, & diversi hujus nominis clari viri habentur, nempe sub Diocletiano Praefectus Urbis; & sub Juliano Comes Orientis apud Ammianum lib. XXIII ineunte; & alius, in lapidibus memoratus, Q. Aradius Rufinus Valerius Proculus; non videri hunc ultimum fuisse, quia pro more illius seculi non simpliciter *Aradius*, neque *Rufinus* dicendus fuisset, sed ultimo illorum nominum *Proculus*: ex ceteris autem videri primum esse & Domitiano æqualem, cui versionem suam Latinus interpres dedicaverit. Nam illius ætate duos illustres *Septimios* memorari, alterum *Bassum*, decimo tertio anno post Aradium; alterum *Acindynum*, undecimo anno ante Aradium, Urbis Praefectos: quorum alteruter videatur Septimius, Dictyos Græci interpres fuisse. Cum enim inscribat librum illustri Viro Aradio Rufino, ejusque favorem familiariter, quasi jure suo exigat his verbis: *Tu, Rufine mi, ut PAR est, fave captis*; eum oportet non inferioris fortunæ atque dignitatis fuisse. Addit sect. XXXVI Auctor Dissertationis, conjecturam non improbabilem esse, hunc librum Diocletiani temporibus, aut circiter, Late vulgatum fuisse, ut contra invalescentem tum Christianismum, Deorum oracula & majestas ex antiquissimis temporibus (nam tum maxime paganos antiquitatis argumento nisos fuisse) illustrissima historia demonstraretur. Quapropter discedendum putat Auctor a Vossio, qui Septimum seculis aliquot post Constantinum vixisse censet: etiam a Mercero, qui quoque post Constantinum, propterea, quia in Prologo dicatur inventus liber *Creta Consulari* oblatus: *Consularium* autem inter provinciarum præsides dignitatem a Constantino primum institutam esse. Sed rationem hanc Salmasius, Merceri gener, ad Spartiani Hadrianum cap. 22, & ante hunc Pancirollus ad Nobilit. Imperii cap. 155, videntur Auctori nostro satis & abunde refutasse. Turpius se Scioppium dedisse ait, qui Latinum hunc Dictyn ad

ad Cornelium Nepotem ejusque styli similitudinem proxime accedere, in Paradoxis literariis contenderit, tanquam ætate Valerii Maximi, Velleji, & Curtii æqualem; sicubi vero ille incomptior appareat, id librariorum culpa factum esse. Perizonius autem exemplis, quæ procul absint ab incuria librariorum, probat, ab ipso auctore Septimio multas inconcinnas & parum Latinas formulas profectas esse; licet non neget, auctorem hunc per librarios etiam pravatum fuisse, cuius rei multa exempla adfert cum doctis conjecturis suis, quibus ad certiores rationes reduci ac emendari posse existimat.

Alterum, quod accessit huic volumini, opusculum est *Lud. Smids Scena Troica*, hoc est, sex Tabulæ numismatum, gemmarum, & quarundam statuarum, quæ ad illustrandam Septimii historiam Trojanam faciant, cum succincta & perspicua interpretatione. Scilicet *Vir ille clarissimus cum animadvertisset*, multa in hoc Dicty esse, quæ ex aliis etiam monumentis possint lucidiora fieri; eorum XXXI numero congesit, & secundum ordinem librorum ac capitum distribuit, & singulorum explicationem eruditam, cum Auctorum testimoniis, subjecit. Plurima illorum ex nummis gemmisque sunt deprompta, duo tantum ex statuis, ut Atrei, Attidarum nempe, Agamemnonis & Menelai, patris; ac Laocoontis, qui Priami ac Hecubæ filius, Apollinis sacerdos, perfozzo ligneo equo, a serpentibus necatus dicitur. Nec tantum Deorum Heroumque imagines exhibentur, sed rituum etiam & similium antiquitatum, exempli gratia foederis percutiendi, bigarum certaminis, luctatorum congressus, urnæ sepulcralis, similiumpque rerum: quæ figuræ ut lectio- nem Dictyos præclarissime illustrant; sic ipsæ clarissimi Auctoris, Lud. Smids, doctissimis commentationibus vicissim non mediocriter illustrantur.

De *Darete Phrygio*, quèm ut cognati argumenti & æque suspectæ antiquitatis auctorem doctissima Anna cum Cretensi Dictyos conjunxerat, suisque exposuerat notis, quæ integræ hac nova editione repetuntur; prædiximus aliquid ad Argentoratensem editionem A. 1691 mense Julio, quorum hæc summa erat, quod auctor, quisquis fuit, homo parvi sane judicis, nec Latine admodum doctus, nomina terribilissimi scriptoris Cornehi Nepotis mentitus sit, quasi Atheniæ ille ex primævo codice Græco historiam illam converterit, ut in com-

menticia ad Sallustium epistola memoratur. Sed dudum ab eruditis animadversum est, non stylum modo & verborum habitum, sed rerum ipsum etiam ordinem atque connexionem quam longissime ab elegantissimo Nepotis ingenio abesse. Nec tamen nullius momenti aut usus illa sub falso nomine narratio est, sed tam in Argonautico (nam inde incipit) quam Trojano bello habet, quæ notitiam antiquitatis adjuvant, nec indigna uberiori excussione ac interpretamento sint. Quapropter etiam Poeta quidam Britannus Daretem illum heroico carmine non inepte, nec incomposite transtulit: quod etiam, cum litteræ renascerentur, una cum monumentis veterum poetarum, in lucem fuit productum: cui quoque in plurimis typographieis Cornelii Nepotis falsum nomen fuit præfixum, quod inde ortum credimus, quia historia, unde summis Poeta quod scriberet, falsum Nepotis nomen, tanquam interpretis, ex Græco qui convertisset, ut diximus, præ se ferebat. Verum autem auctoris nomen, quod Josephi Iscani est, & ætatem, quæ erat seculi XIII Christianorum, primus Guil. Camdenus revelavit, id quod nomen etiam, inducto falso Nepotis, editione hac redditum huic poemati est, eique eruditæ annotationes Samuelis Drefemii subjectæ, ut Opus Trojani belli Scriptorum completum undique, explicatumque clarissime, prodieret.

CASPARI BARTHOLINI, THOMÆ F. SPECIMEN

Historie Anatomica Partium Corporis Humani, ad Recentiorum mentem accommodata, novisque Observationibus illustrata.

Hafniæ, typis Viduæ Joh. Phil. Bochenhoffer, A. 1701, in 4.
Plag. 25. Figurarum Tab. 4.

Diu est, quod *Autor Nobilissimus*, paterna & avita gloria excitatus, de Republica litteraria non minus universa, quam de Anatomica imprimis promereret cœpit optime. Quem enim fugiunt *Opuscula patris*, *Thoma Bartholini*, diversa, verbi gratia de *Puerperio Veteri*, de *Cygni Anatome ejusque Canu*, de *Armillis Veterum*, de *Unicornu*, notis a Nostro illustrata? quemque latent *Exercitaciones miscellaneæ varii argumenti*, de *Veterum nunc Inauribus*, nunc *Tibius horumque usu antiquo Meditationes*, *Physisces Epitome*, *Observa-*

*servationes denique Anatomicae in Diaphragmatis structura nova
novoque viscera per injectiones liquorum preparandi modo, Nervo-
rum in motu muscularum usu, Ovariis mulierum, Administratio-
num Anatomicarum methodo, novo ductu salivali (in Actis A. 1685
p. 30 commemorato,) aliisque in Actis Hafniensibus diversis tempo-
ribus ab eodem cum publico communicata? Neque adhuc feriatur,
dum in Specimine praesenti non solum Anatomicas Observationes
proprias cum Parentis sui aliorumque inventis combinatas, sed & in
Analectis adjectis nonnullas earum fusius explanatas sistit. In Spe-
cimine videlicet veram partium corporis humani structuram, ipsa ex-
perientia praelucente, concise declaratur, postquam Anatomiae
cum in Medicina & Chirurgia, tum in Physica necessitatem, atque
methodum oeconomiae animali convenientem, nec non insignem
Zootomiae ad cognitionem corporis humani utilitatem, demonstra-
vit, ante omnia corporis integumenta situmque viscerum in thorace
& abdomen naturalem ita scrutatur, ut membranam adiposam, car-
nosam, & communem muscularum, pro involucris universalibus
reputatas ab aliis, unice tendinum a diversis musculis prodeuntium,
membranosa expansiones pronunciet, atque mesenterium, mesar-
um, ligamentum suspensorium hepatis, alas vespertilionum uteri, du-
plicaturas & processus peritonaei, varia tantummodo nomina perito-
nai æque, ac mediastinum & cordis pericardium pleuræ, esse afferat.
Hinc partium, quibus individuum conservatur, demonstrandarum
gratia, viam alimentorum & chyli, viam sanguinis ac respirationis,
varia demum in via sanguinis oecurrentia cribra sive glandulas cum
suis vasibus excretoriis, ideo persequitur, quod individui conservatio-
nem partim novæ indies sanguini ab alimentis & a fluido illo, in quo
vivit animal, sive aereo, sive aquoso, subministrandæ particulæ, partim
aliæ ab eodem iterum in diversis partibus, vel utiles, vel excrementi-
tæ separandæ, potissimum videantur absolvere. In alimentorum via
seu canali, incipiente ab ore, ubi alimenta primam alterationem a den-
tibus conterentibus, a saliva humectante; & a lingua ac pharynge in
œsophagum detrudentibus patiuntur, fontes salivales alias remotos,
glandulas oculorum & narium, alias proximos, glandulas parotides,
maxillares inferiores & sublinguales, aliasque in buccarum regione,
palato & sublingua sitas, imo & tonsillas, aperit. In progressu autem*

Procem.

Cap. 1.

Cap. 2.

canalis alimentorum, quando oesophagus, ventriculus & intestina singula e tribus tunicis contexta, occurrunt, vasa mesaraica arcuatis ductibus, iisque arcubus triplicatis & quadruplicatis supra se invicem multiplicatis ad intestina ferri annotat. Per viam chyli omnia illa vasa intelligens, quæ chylo ab intestinis in sanguinem vehendo destinata inter intestina tenuia & venam axillarem vel jugularem sinistram sunt intercepta, in homine receptaculum lumbare ductus tantum thoracici partem inferiorem nonnihil dilatatam esse, in brutis vero idem receptaculum veluti capaciorem vesiculam, non raro ab arteriis lumbariis, per medium transeuntibus, quasi perforari observat.

Cap. 3.

Viae sanguinis titulo motus hujus circulatorii organa, cor, arterias atque venas indigitans, sanguinisque circulationis in foetu diversitatem explicans, in corde sanguinem non magis, quam in toto receptaculo sanguineo elabore adstruit, in quo humores illi heterogenei, qui sub eadem massa circulantur, sensim formam sanguinis acquirant. In respiratione tamen, qua pulmonum congeries vesiculosae, per rete non minus mirabile quam per membranam exteriorem collecta, una cum thorace dilatato & constricto movetur, aerque hauritur & redditur, sanguinis non modo cursum adjuvari, sed & excrementum a sanguine in pulmonibus secretum excludi. Sed antequam de glandulis, tum conglobatis, tum conglomeratis, speciatim de Pancreate, Hepate, Lie-ne, Renibus & Capsulis atrabiliaris agit, quo diversa humorum a vasis secretoriis excipiendorum patescat secretio, proprie cibri appellatione dignam judicat circumfusam illam materiam, quæ inter capillaria vasa arteriarum & extrema oscula vasorum excretoriorum intermedia non nisi quibusdam ex sanguine paribus transitum concedit, parenchymatis alias, effusionis, vel carnis viscerum nomine cognita. Tum ad generationis in utroque sexu organa, conservationi speciei ministrantia, facit accessum, atque conceptionem sive foecundationem ovi a subtiliore seminis virilis parte per vasa uteri sanguinea, simili forsan ac a viribus medicamentorum modo imprægnata, & ad ovaria delata deducit. Foetui autem in utero intra membranas subsistenti ac nutritium succum in placenta uterina secretum cum refluxo sanguine per venam umbilicalem recipienti, tunicam quoque allantoidem largitur, quæ non undique ambiat foetum, sed fupiculi umbilicalis termino adnata urachi prolongatio quædam ac dilatatio-

Cap. 4.

massa circulantur, sensim formam sanguinis acquirant. In respiratione tamen, qua pulmonum congeries vesiculosae, per rete non minus mirabile quam per membranam exteriorem collecta, una cum thorace dilatato & constricto movetur, aerque hauritur & redditur, sanguinis non modo cursum adjuvari, sed & excrementum a sanguine in pulmonibus secretum excludi. Sed antequam de glandulis, tum conglobatis, tum conglomeratis, speciatim de Pancreate, Hepate, Lie-ne, Renibus & Capsulis atrabiliaris agit, quo diversa humorum a vasis secretoriis excipiendorum patescat secretio, proprie cibri appellatione dignam judicat circumfusam illam materiam, quæ inter capillaria vasa arteriarum & extrema oscula vasorum excretoriorum intermedia non nisi quibusdam ex sanguine paribus transitum concedit, parenchymatis alias, effusionis, vel carnis viscerum nomine cognita. Tum ad generationis in utroque sexu organa, conservationi speciei ministrantia, facit accessum, atque conceptionem sive foecundationem ovi a subtiliore seminis virilis parte per vasa uteri sanguinea, simili forsan ac a viribus medicamentorum modo imprægnata, & ad ovaria delata deducit. Foetui autem in utero intra membranas subsistenti ac nutritium succum in placenta uterina secretum cum refluxo sanguine per venam umbilicalem recipienti, tunicam quoque allantoidem largitur, quæ non undique ambiat foetum, sed fupiculi umbilicalis termino adnata urachi prolongatio quædam ac dilatatio-

Cap. 5.

massa circulantur, sensim formam sanguinis acquirant. In respiratione tamen, qua pulmonum congeries vesiculosae, per rete non minus mirabile quam per membranam exteriorem collecta, una cum thorace dilatato & constricto movetur, aerque hauritur & redditur, sanguinis non modo cursum adjuvari, sed & excrementum a sanguine in pulmonibus secretum excludi. Sed antequam de glandulis, tum conglobatis, tum conglomeratis, speciatim de Pancreate, Hepate, Lie-ne, Renibus & Capsulis atrabiliaris agit, quo diversa humorum a vasis secretoriis excipiendorum patescat secretio, proprie cibri appellatione dignam judicat circumfusam illam materiam, quæ inter capillaria vasa arteriarum & extrema oscula vasorum excretoriorum intermedia non nisi quibusdam ex sanguine paribus transitum concedit, parenchymatis alias, effusionis, vel carnis viscerum nomine cognita. Tum ad generationis in utroque sexu organa, conservationi speciei ministrantia, facit accessum, atque conceptionem sive foecundationem ovi a subtiliore seminis virilis parte per vasa uteri sanguinea, simili forsan ac a viribus medicamentorum modo imprægnata, & ad ovaria delata deducit. Foetui autem in utero intra membranas subsistenti ac nutritium succum in placenta uterina secretum cum refluxo sanguine per venam umbilicalem recipienti, tunicam quoque allantoidem largitur, quæ non undique ambiat foetum, sed fupiculi umbilicalis termino adnata urachi prolongatio quædam ac dilatatio-

xi-

existat. Tandem in sensus motusque organis, i. e. cerebro, nervis, sensoriis externis, atque musculis & ossibus finiens, nervorum fibras ita colligatas & sibi mutuo insertas ac per longos ductus extensas considerat, ut vel levi i&tu commotæ sensum vegetum in communij sensorio, nulli licet cerebri parti certo assignando, excitent. In musculo autem ceu fibrarum motricium collectione quemadmodum harum partem medianam carnis nomine venientem omnis motus animalis instrumentum proximum esse, ex ejusdem solius absque tendinibus abbreviatione evincit: ita cartilagini inter & ossa nullam admittit differentiam, nisi quatenus eadem fibra inæqualiter, vel quoad tempus, vel sui partem, induretur.

Cap. 6.

Cap. 7.

Ast cum Anatomica hactenus partium corporis Historia breviter, omni Autorum mentione neglecta, fuerit delineata, ne quis suspicetur, ea a Nostro sibi attribui, quæ aliis tamen, sive Veteribus, sive Recentioribus, jure meritoque debeantur, præcipuas Recentiorum Observationes nonnullarum propriarum *Analectis* præmittit, in partibus singulis a cute ad ossa usque recensens paucis, quid Stenonis, Malpighii, Pecblini, Warthoni, Nuckii, Verhagen, Glissonii, Willisi, Peyeri, Kerckringii, de Graf, Pecqueti, Ruyshii, Parentis, Rudbeckii, Bellini, Swammerdamii, Hornii, Vieussens, du Venei aliorumque præstiterit industria. Qua enarratione absoluta, decem Observationes proprias, in Specimine obiter tantum indicatas, uberius exponere aggreditur. Facilem nihilominus a L. B. speramus veniam, si non nisi sextam harum atque septimam specialius hic innuere, figurisque, quibus eadem in Tabula tertia illustrantur ab Autore, huc transferre suscipiamus, omisis iis, quæ de modo quo peritonæum viscera abdominis involvit, de ductu salivali inferiori a glandula sublinguali prodeunte, de lacteis secundi generis, de sanguinis circulo per divisionem ventriculorum cordis in septo factam demonstrando, de humorum in glandulis secretione, de struttura diaphragmatis, de musculorum vertebralium fabrjea, de compositione denique osium ex tendinibus musculorum, annotantur. Omnes nempe musculi quia nervis gaudent, horum etiam ramuscarios ad uream oculorum tunicam musculariam, quæ admota luce contrahitur & eadem remota dilatatur, Experientissimus Autor in avibus cumprimis a nervis oculorum motoriis detegit distributos ele-

Obs. VI.

gantissimos, quales scleroticam tunicam cum vasis simul sanguineis, a Nuckio pro ductibus aquosis minus recte venditatis, ingrediantur, atque Paulo Manfredo in observationibus circa oculum & aurem A. 1674 Roma editis specie musculorum, Mouline autem in Epistola ad Rob. Boyle data & in Actis A. 1684 p. 581, a nobis pariter, atque a Blanckardo in Anatomia Reformata, excerpta, ligamentorum tendineorum titulo videantur imposuisse. Quam vero Noster in peculiari Disquisitione Anatomica A. 1679 & sequente anno in Actorum Hafniensium Volumine V, Obs. 16 de Olfactus organo proposuit sententiam, nunc itidem repetit, verum ejusdem artificium in tunicae narium collocans multiplicitate, in spatio angusto supra magnam lamellarum & tubolorum ossorum superficiem, in animalibus variis varie conformatam, expansa, prout in Figuris, ad quarum explicationem properamus, datur videre.

Obs. VII.

Figura I. nervos oculorum ad musculum uveæ euntes

exhibit in ulula, ubi

a. nervus opticus. b.b. tunica sclerotica oculo detracta. c.c. rami ex nervis oculorum motoriis scleroticam intrantes. d.d. eorum progressus ad musculum uveæ.

Figura 2. eosdem nervos exhibit in oculo ovillo, ubi

a. sclerotica abscessa. b. b. progressus nervorum ad musculum uveæ.

Figura 3. exhibit caput ovintum per medium divisum, facta sectione ad palatum perpendiculari, ubi simul occurrit orthographica cerebri dissecatio, ita ut cerebri partes pleræque in suo situ videri possint, ubi

A. A. os nasi secundum septi longitudinem divisum. B. palatum eodem modo divisum.

C. cartilago nasi continuata cum membrana lamellas investiente.

D. lamellæ in via aëris sitæ, quarum circumvolutio non videri potest, nisi facta sectione transversa, prout inferius exhibentur:

E. via aëris, ubi in asperam arteriam definit. F. F. tubuli coeci in aëris diverticulo.

G. lamella unica secundum longitudinem nasi protensa. H. cerebrum. I. cerebellum.

K. canalis medullæ oblongatæ, ubi abit in medullam spinalem.

Fi-

TAB. II. ad A. 1702.

Fig. 1. M. Febe. pag. 60.




Fig. 3.





Fig. 5.




Figura 4. ubi conspicuntur lamellæ in via aëris transversim dissectæ, facta sectione perpendiculari ad palatum.

a. os nasi externum. b. pars palati. c. cartilaginea nasi pars, quæ cum membrana lamellas investiente continuatur. d. tunica interior narium. e. lamellæ exsurgentæ ex nasi interno pariete, quarum circumvolutiones utrinque spectantur.

Figura 5. os nasi in capite canis venatici, divisum per septum nasi secundum longitudinem, & quidem perpendiculariter ad palatum, ubi

A. A. os nasi secundum septi longitudinem divisum. B. palatum eodem modo divisum.

C. cartilago nasi continuata cum membrana lamellas investiente.

D. D. lamella unica secundum longitudinem nasi protensa.

E. lamellæ plurimæ in via aëris sitæ, quarum circumvolutio videri non potest, nisi facta sectione transversa, prout inferius exhibentur.

F. via aëris, ubi in asperam arteriam desinit. G. G. tubuli coeci in aëris diverticulo.

H. os intermedium inter viam aëris & aëris diverticulum.

Figura 6. lamellarum facies in canis venatici naso, facta sectione transversa & ad palatum perpendiculari, prout earum circumvolutiones utrinque imitari potuit calamus. Ubi ex pariete nasi interno exsurgentæ spectantur primo duæ circumvolutiones, ex quibus deinde sex aliæ oriuntur, & ex iis iterum plures progerminant.

**CAROLI SIGONII DE REPUBLICA HEBRÆORUM
Libri VIII, variis annotationibus & antiquitatibus Veteris & Novi**

Testamenti illustrati & duplo fere antiores redditii &c. In Iu-

cem altera vice editi a JOHANNE NICO-

LAI.

Lugduni Batavorum, apud Corn. Boutestein, 1701, 4.

j Constant 4 Alphab.

Quas A. 1686 Helmstadii primum edidit in Caroli Sigonii de Republica Ebræorum libros Annotationes, (a nobis quoque in ilius anni Actis mensis Aprili p. 219 indicatas) Vir Clarissimus Joha-

nus Nicolai, altera hac editione, quæ Lugduni in Batavis curata est, duplo fere auctiores redditas esse, & titulus innuit, & nemo non, qui conferre editiones sustinuerit, facili negotio deprehendet. Neque sic tamen exhausta diligentissimi Viri & Ebraicarum antiquitatum peritissimi scrinia sunt, quin paratas adhuc habeat observationes hujus generis plures, nec minus eruditas, quæ Sigonii libris illustrandis inservire potuissent. Sed eas quidem alii reservavit operi, quo Petri Cunzi libros de Ebræorum Republica, pari a se studio, ut in Sigonianis factum, ornandos ac locupletandos, in lucem edere constituit. Quod dum, faventem Auctori Lucinam in novo illo factu endendo apprecati expectamus, fruemur Observationibus præsentibus, ex quibus, speciminis loco, paucas delibasse, pro instituti nostri ratione sufficerit.

Pag. 36 errorem notat Sigonii, qui Josephum mercatoribus Egyptiis a fratribus venditum memorat, cum tamen Scriptura ex preile eos Midianitas vocet, eaque occasione Midianitas ex Arabibus, Ismaëlitis, Chusæis, Scenitis, Saracenis commixtum fuisse populum, commonstrat. De Salomonis templo p. 290 evincit, quod ejusdem dedicatio (cum portatalis istius templi, tabernaculi sub Mose constructi, inauguratione, quæ Exod. XL depingitur, temporis ratione istam antecesserit) pro omnium prima, ut quidem Sigonio visum, haberi nequeat. Cum p. 351 occasione vocum ḤΝΤΩΝ & ΣΩΝ quarum ista Sacrificium pro peccato, hæc vero Sacrificium pro delicto indigitat, in distinctionis hujus fundamentum brevibus inquirit, Sigonium, qui per ḤΝΤΩΝ peccatum per ignorantiam, per ΣΩΝ vero delictum, quod a sciente & volente committitur, intellectum discupit, non erroris tantum incusat, sed & suam sententiam, qua istud sive ḤΝΤΩΝ, pro peccatis in Scriptura id nominis habentibus, hoc vero, sive ΣΩΝ, pro peccatis per errorem commisisis oblatum fuisse, intrepide affirmat. Pontifici Summo, die expiationis magnæ Sanctum Sanctorum intranti, vestes non Pontificales, sed albas tantum sive lineas applicatas fuisse, contra Othonem, ad cuius Lexicon Talmudico-Rabbinicum in locis alias provocat quamplurimis, Augustinum, Hieronymum, Bertranum, qui pollices sibi invicem in hac materia premunt, p. 371, una cum Braunio atque Answortho (quem præter Wilhelmum Attersolium & Andream Willetum,

ergo

crebro sequitur) sustinet. Vests contra, quas ordinatie sacra celebrantem gestare eum oportuit, non octo, ut p. 420 Sigonius putat, sed duodecim, quae in שׁבָּע five byssinas, בְּנֵי שָׂבָע five aureas, & בְּנֵי שָׂבָע five lineas commode dispisci possint, fuisse, ibidem insuper demonstrat. Num vero ipse Sacerdos M. Sanctum Sanctorum semel tantum per annum, die nempe expiationis magna; vel juxta Ephanius, ter, hoc est Paschatos, Pentecostes atque Tabernaculorum festis; vel etiam, quod Augustino & Sigonio placet, omni die, Sacerdotum tamen comitatu stipatus, cum solennis iste ingressus semel tantum per annum five αὐταξὶς εὐαυτὸς juxta Epistolam ad Ebraeos ab eo solo fuerit peractus, intraverit: de eo p. 451 ita dispicit Author, ut priori sententia iis, quae Cunæus l. 2. de Republica Ebraeorum c. 4. in medium afferat, rationibus firmiter innixus, ulla absque limitatione lubentissime subscrivat. Quod de Sacerdotis hujus summi primogenito impubere, quasi idem Pontificatum maximum, per vicarium ut ut, donec pubertatem ipse fuerit consecutus, administrandum, actu ipso possederit, Scaliger existimaverit, id & Scripturæ, quæ Levit. XXI. v. 8. investituram insuper haud obscure requirat, & Ebraeorum Magistris, adversum esse enunciat. Ut de Spanhemio, qui Nazaræatus originem ad Josephum, cui tamen & vini usus Gen. XLIII, & funerum visitatio Gen. L manifesto attribuitur, falso retulisse dicitur, nihil hic memoremus: male istud habet nostrum Philologum, quod p. 543 providentiam divinam per fatum Sigonius interpretatus fuerit, & quod Grotius, Cunæus atque Clasenius decus αὐτοῖς ποτεστατemque, necessitatis ut ut tantum tempore, oraculum diuinum consulendi, Regibus quoque indulgere haud dubitaverint. Ipsos interim Reges per populi suffragia creatos quondam minime fuisse, quod tamen Sigonius p. 649 affirmare prorsus non veretur, Regum Ebraeorum constitutiones pensitanti vel exinde manifesto satis constare perhibet, quod vel per expressam electionem divinam ad instar Saulis l. Sam. IX, 17. X, 24. fuerint creati; vel per successiōnem, ut Salomon atque Rehabeam solium concenderint; vel per vim & tyrannidem, quo Athaliae & Simri exempla faciunt, regnum occupaverint; vel a gentilium Regibus, quale quid Joakimo per Pharaonem contigit, purpura demum condecorati fuerint. Ad diem expiationis, repudiatis aliorum sententias, illud p. 265 cum Traditione-

tionalibus adnotat Autor, quod decimus Tisri mensis dies sacro huic actui eam potissimum ob causam fuerit destinatus, quoniam ultimum Mosis jejunium (de primo conf. Exod. 24 v. 18; de secundo Deut. IX, 18,) in decimum hunc Tisri mensis diem, ubi cum reconciliationis nuncio Moses de monte descendebat, desierit. Natales demum vocis Gehennæ dum p. 624 in יְמֵי הַנּוּם five valle Hinnom, (loco, quem foeda infantum Molocho prope Jerusalem immolatorum idololatria, corundemque miser ululatus infamem redidit) Autor querendos esse insinuat, a vero haud ab ludere videtur, cum ad horrorem inferni incutendum hic ipse locus fuerit aptissimus. Variam cæteroquin Viri hujus diligentissimi lectionem tot virorum eruditorum elegantissimi libri & dissertationes, quas passim magno numero ab eo allegatas depræhendere licet, ut & celebrium Virorum MSta, quo naufragæ Braunii in Sigonium notarum tabulae in primis referenda sunt, ad quas subinde provocat, abunde confirmant.

Edle Andachts-Früchte.

i. e.

*THEOLOGIA MYSTICA ORTHODOXA, AUCTORE
VALENTINO ERNESTO LOESCHERO S.S.*

Tb. D. Past. Prim. & Super. Juterbogenfi.

Francof. & Lipsiæ apud P. G. Pfotenhauer, 1702, in 8. Alph. 2. pl. 17.

THeologiae Mysticæ repurgationem iteratis hac tenus votis exoptarunt B. Seckendorfius aliquie, quos Ecclesia nostra in deliciis habuit, gnari eam multis quidem turpissimisque maculis contaminatam, sed sub sordibus his aurum laterè, cautè tamen investigandum, & ad lydium verbi divini lapidem examinandum esse. Quem laborem suscepit hujus libri Maxime Reverendus Auctor, Socius noster solertissimus, & hodie Superintendens Delitianus in Misnia, consilio non improbando. Præmisit operi *Prefationem* prolixam, in qua, postquam de consiliis promovendæ sinceræ pietatis, quorum duodecim enarrat, differisset, de Theologia Mystica ex instituto agit. Eam, in munditie sua consideratam, de incrementis vita Christo additæ, qua actus internos (externi enim ad Asceticam spectant,) degue

que operationibus inhabitantis gratiae, & donis Spiritus S. internis, quae omnia devotionis nomine vulgo veniunt, agere; ejus nomen tertio aut quarto post Christum seculo exortum; atque a Gregorio M. Basilio M. Ambrosio, Ephrem aliisque Patribus eam purius longe, quam hodie sit, traditam pronunciat. Hinc de ejus depravatione per Pontificios & Fanaticos facta agit: depravatae Theologiae Mysticæ octo graviores, & quinque gravissimos ac inexcusabiles defectus recenset: porro varias Mysticorum hypotheses enumerat, & de consilio suo factaque repurgatione loquitur. Ipsum opus *sex partibus* constat, quarum *prima* de præcognitis, videlicet Theologiae Mysticæ natura, deque vera & falsa devotione agit. *Secunda* pars impedimenta devotionis enumerat, videlicet vitæ impunitatem, amorem mundi, voluptatem carnis, curas supervacaneas, nimias occupations, pravas consuetudines, socrdiam spiritualem, philautiam; quibus remedia præscribit. *Tertia* parte exponit adjumenta devotionis, videlicet pia desideria, propositum serium, vitæ exactioris studium, custodiam cordis, constantiam, auditum verbi divini, meditationem præsentiae divinæ, contemplationem mysteriorum, frequentationem cultus publici, preces, cantum, lectionem librorum sanctorum, S. coenæ usum, examen proprium, castigationem carnis, paupertatem spiritualem, suspiria, societas Christianas, solitudinem, horas statas precum, & consultationem directoris animæ. Parte *quarta* de thesauris devotionis, nimium pace interna, gudio spirituali, amore Dei & proximi, voluptate spirituali, parrhesia sacra, unione mystica, nuptiis mysticis, osculo sacro & prægustu vitæ æternæ tractat. Posthac *quinta* parte exempla devotionis XXI juxta varias occasiones proponit, & parte *sexta* de fccitate mystica, tentacionibus majoribus, inquietudine animæ, aliisque devotionis oppositis differit. Accedunt Appendices duæ, quarum prior usum Theologiae Mysticæ adversus Ecclesiam Romanam exponit, ostenditque quo patto ea cor Papatus, h. e. meritum operum, nec non hepar & caput ejus, nempe opus operatum & auctoritatem Papæ destruat, atque in doctrinis de S. Scriptura, libero arbitrio, peccato, justificatione, adiaphoris, confessione & S. coena, ut & votis monasticis atque imaginum cultu veritatem adstruat; ubi Mysticorum ex Papatu testimonia veritatis cumulate afferuntur. Posterior doctrinam admodum diffi-

eilem de confiniis veræ devotionis & enthusiasmi in theoria & præx tradit, & ex sacra revelatione, quid de spiritu & litera, de theologia cordis, luce & tenebris, interno & externo, illuminatione, evacuacione, & aliis sentiendum sit, sine ambagibus edocet. Ceteroquin, ut majori hic liber usui esse posset, placuit Auctori omnia ejus capita ad formam homiliarum sacrarum, juxta XXV diversas concionandi methodos, de quibus sub finem præfationis agit, elaborare.

THOMÆ CRENNI ANIMADVERSIONUM PHILO-
logicarum & Historicarum Pars nona.

Amstelædami, apud Sebastianum Petzoldum, 1701, in 8.
plag. 19.

N frontispicio partis hujus nonæ Animadversionum Crenianarum Flavius comparet Vegetius cum suis Institutorum rei militaris quinque libris, quorum varias editiones Noster p. 1. f. pro more cenit ac recenset, ac p. 7. f. circa C. Silium Italicum eandem adhibet industram, sed & p. 19 f. Pomponii Melæ tres libros de orbis situ ad similem fere modum tractat. Verum diligentiam hanc superare videtur opera, quam in Laetantii Institutiones Autor solertissimus impendit, dum a p. 19 ad 86 non varias modo earum editiones variaque de Laetantio judicia commemorat, sed notas quoque & observations in loca ejus plurima largiter accumulet. Prout autem ista ratione Christianum hunc Scriptorem, sic alibi gentilem, Ciceronem puta, passim illustratum dat, locaque ejus haud pauca dilucide exponit, expositiunque autores allegat, a p. 222 ad 247. Quæ de RAYMUNDO de Sambunde p. 101. 108. CHRISTOPHORO FORSTNERO p. 117. JAC. FABRO, p. 171. JAC. LATOMO p. 172. PETRO POMPONATIO p. 173. ROBERTO TURNERO p. 179. JANO NICIO ERYTHRÆO p. 275 in medium afferit, plerumque aliorum de his judicia, ac singulorum modo laudes, modo vituperia respiciunt. UDALRICUM ZWINGLIUM undecima ante Lutherum annis veritatem agnovisse, Ecclesiamque HELVETICAM a Papatu repurgasse, invita veritate narrari a Mich. PHILIPPO BEUTHERO, p. 209 sqq. ostendit. DIONYSIUM AREOPAGITAM non a LUTHERANIS modo, sed aliis quoque eccl̄i spuriū rejicit, p. 215 s. innuit.

Jucundæ pariter ac utiles sunt annotationes, quas de observabilibus quibusdam, ut appellat, Scriptura Sacra p. 88 f. seqq. cum Lectore

re communicat. In Historia Novi Testamenti intercessisse mones parentes apud Christum pro liberis, at non liberos pro parentibus, immo in universa Scriptura, si forte a Juda, Gen. XLIV, 24. s. & Iosepho in Veteri, atque Christo in Novo Testamento secesseris, non præ ceteris eximium & singulare aliquod dilectionis liberorum & pie-tatis in parentes exemplum occurriere meminit. Pios quidem a Christo fratres dici, at neminem Christum vocare fratrem, nisi sponsam, Cant. VIII, 1. Quatuor e sacris bonos, & tres malos sacerdos allegat: in illis Bethuelen, Jethronem, Calebum & sacerorum illius Levitæ; in his Labanem, Saulum & sacerorum Simeonis. Filium hominis contem-tum atque vilem semper denotare hominem, deque Christo si hoc nomen reperiatur, statum exinanitionis eodem ubique designari, ne-gat. Vocem spiritus in Scriptura sacra simpliciter pro brutorum a-nima ponit non existimat, sed potius cum addito vite, jumenti, aut alio aliquo. Primum & ultimum Mosis miraculum serpentem fu-isce, ex collatis inter se locis Exod. IV, 3. & Num. XXI, 7, 8, 9. conclu-dit. Amicos Jobi nunquam nisi semel Job. XII, 9, Deum appella-sse Jehovam, ex mente nonneminis ob-servat. Etsi multæ fuerint Pro-phe-tissæ in Israël, nuspiciam tamen dictum inveniri, *& locutus est Dominus ad Prophetissam vel de Prophetissa*, ex Autore libri Chajim annotat.

Nec parum delectare poterunt hæc miscellanea, quando verbi gratia p. 41 s. de antiqua agit consuetudine, juxta quam processus sanatorum morborum in tabula templis illata descriptus fuerit. Pag. 50. s. in pictorum, & p. 83 s. in poëtarum fingendi licentiam inqui-rit. Græcorum decantatam perfidiam & levitatem p. 63 s. perstrin-git. De αὐτοθεώσει antiqua & recentiori, p. 54 s. & de αὐθεω-θεοί p. 77 s. eruditæ quædam lemmata coacervat. Qualesnam dicit Lares fuerint? p. 69 s. disquirit. Gentilium contra puerorum fa-scinum remedia p. 71 s. indicat. Terminum, Deum immobilem, p. 71 ad 77 delineat. Versus Poëtarum quorundam celeberrimo-rum optimos & pessimos p. 138 enumerat. Igni adscriptissæ veteres, quicquid modo vivum agat animal, p. 144 s. docet. Homines quo-dam facultate aures motitandi præditos p. 163 s. introducit. Turcas Lunam pro insigni primos omnium adhibuisse p. 190 negat. De ne-gligentia quorundam Scriptorum in allegandis Autorum aliorum lo-

cis p. 216 f. queritur. Proverbium, *aurum habet Tholosanum*, p. 219 explanat. Tacemus alia.

Ex Epistolis nondum antea editis, quas in hac parte parcus Autor exhibet, illam imprimis nominamus, in qua p. 3 f. Godefralus Steweclius Plantino modum atque rationem præscribit, juxta quam curari debeat nova Vegetii èditio. Quæ p. 5 f. comparet Matthiæ Bergii ad Joachimum Camerarium, Archiatrum Norimbergensem, epistola in emendando quodam Xenophontis loco occupatur. Interim epistolas Eruditorum quasque, familiariter licet ac domestice conscriptas, diligenter asservari p. 252 f. suadet.

DISSERTATIONUM PHILOLOGICO - THEOLOGICO
gicarum de Stylo Novi Testamenti Syntagma, quo variorum de hoc
genere libelli continentur. JACOBUS RHENFERDI-
US collegit, recensuit, & de suo addidit Differ-
tationem de Seculo Futuro.

Leovardiae, ex officina Heronis Nautæ, 1701, in 4.

Alph. 4. plag. 6.

Quæ alios quosdam celeberrimos Belgii Doctores, ad colligendas selectiores Eruditorum de rarioribus materiis dissertationes, soletia instigavit; ea Clarissimum etiam Rhenferdium impulit, ut *Syntagma hoc dissertationum Philologico - Theologicarum de Stylo N. T.* ederet. Cum enim is linguam Hebræam publice Franequeræ profiteatur, neque ullo unquam ætatis suæ tempore a Græcis literis abhorruisset; utrumque S. Scripturæ Fœdus non ita dissimili oratione factum esse ac stylo, quin alterius dictionem & phrasin alterum explicaret ac illustraret, cum summis Viris, utriusque linguae probe gnaris, atque idoneis adeo harum rerum arbitris, facile intellexit. Sed quia non defuerunt alii, qui vario eruditioñis apparatu ex Historicis, Oratoribus, & Comicis etiam atque Tragicis Græcorum Poetis, lingue in N. T. adhibitæ puritatem, nullis, ut loquuntur, Hebraismis contaminatam, ostendere conati sunt; Autòr noster potissima doctorum in hanc rem edita scripta in hoc Syntagma conferre, eique justam totius controversiæ historiam in Præfatione præmittere voluit.

Pri-

Primas hic ex merito tribuit summe Reverendo D. Oleario Nostro, Theologici in hac Academia Ordinis hodie Seniori, cuius Dissertationem Phisico-Theologiam de Stylo Novi Testamenti, Lipsie primum A. 1668 editam, posteaque eum augmento saepius reculam, primo loco ponit, quod argumentum hoc (verba sunt Rhenferdii) ea animi moderatione, eruditionis apparatu, rationum pondere, exemplorum copia, eo denique ordine atque perspicuitate esset exsecurus, ut nibil in hoc genere disputationis reliquum fecisse videretur, quin suum Hebraismis in Novo Testamento usum atque frequentiam ita afferuerit, ut ne tamen de integritate ejus quicquam delibaret, neque Atticam elegantiam pasim emitentem illi denegaret. Unde & hanc ipsam Dissertationem toti huic operi occasionem dedisse, ultro fatetur. Hanc sequitur Viri illustris Job. Boëcleri dissertatione de Lingua Novi Testamenti originali, quam & Rev. Olearius ob eruditio-
nem elegantiam, exemplorum raritatem, usumque inde expectandum incomparabilem, suæ dissertationi subiunctam voluerat. Illis Seba-
stiani Pfochenii Diatriben de Lingua Greca Novi Testamenti purita-
te adjicit Noster, hujusque scripti occasionem, paucissimis adhuc co-
gnitam, e strictris Johannis Cocceji MStis isti oppositis detegit. Eo-
dem scilicet tempore, A. M DC XXVI, in Academia Francquerana
studiorum causa versabantur Johannes Coccejus & Sebastianus Pfo-
chenius : quorum ille ob præstantiam, quam in literis Ebræis, Rab-
binicis & Talmadicis adsecutus erat, Viro clarissimo Sixtino Amama ;
hic vero ob Græcam eruditio-
nem Georgio Pasore, lingua Græca ibi-
dem Professore celeberrimo, patrono utebatur. Ille, suadente Ama-
ma, códices Talmudicos, Sanhédrin & Maccoth, Latine redditos &
notis illustratos in publicum ediderat, laudemque sibi non modicam,
& summorum virorum, Matthiae Martinii, Danielis Heinsii aliorum-
que favorem conciliarat. Pfochenius igitur & ipse suorum in Græ-
cis profectum specimen quoddam in lucem emittere, eoque docto-
rum sibi favorem parare, Pasore procul dubio autore, studuit.
Cum vero Coccejus de lingua Hellenistica, quo nomine Scaliger,
Drusius, Heinsius aliisque dictionem Græcam Veteris Novique Testa-
menti insiniebant, i. e. phrasi Hebræa, Rabbinica & Talmudica, se-
pius forte loqueretur, ejusdemque in Novi Testamenti usum serio
commendaret ; Pfochenius se Coccejo ad majora jam tendenti op-

p. 126.

p. 127-144.

p. 145-13.

posuit, & paradoxum argumentum de puritate styli Novi Testamenti sibi tractandum sumvit. Eam in rem cum de locis aliquot, quæ Beza & Drusius cum Ebraæ phrasí contulerant, disceptationem instituit, illorumque similia quædam ex optimis Græcis scriptoribus, Poetis maxime, ostendere conatus est: tum vero in primis Cocceji Adversaria, quæ in manus ipsius inciderant, diligenter excusit, in ii que exagittandis suam diligentiam, suppresso quidem Cocceji nomine, exercuit. Unde illud lepidum accedit, ut Gatakerus, qui Pfochenii Diatriben ad examen revocavit, ignarus contra quem potissimum calatum strinxisset, illum ad Coccejum, melius ab hoc erudiendum, alegarit. Quamobrem etiam Pfochenio, nihil publice respondendum duxit Coccejus; sed libro ejus perfecto, breves solum quasdam, sed solidas tamen & nervosas stricturas adspersit, quas MStas a Joh. Theodoro Schalbruchio, Philosophæ Professore & Scholæ Amstelodamensis Rectore celeberrimo, inter *Asiavæ* clarorum Virorum observatas sibique communicatas, clarissimus Rhenferdius Pfochenii scripto adjunxit. Hæc ob argumenti similitudinem D. Basilius Bebelius Ex-

p. 240-260. eritatio Philologica de Phrasij Novi Testamenti, Wittebergæ A. 1659 edita excipit; in qua Rhenferdus id quidem effecisse videtur Bebelius, ut qualemcunque in figuris, constructionibus & specialibus quibusdam vocum nonnullarum significationibus, quæ inter Græcam Hebræamque sacram & profanam Φράσιν occurrit, convenientiam; Enallagas; Ellipses porro & Plenonasmos; Metonymias item, Syncedochas & Metaphoras, ac peculiares denique quasdam constructiones Hebreis Græcisque communes esse, eruditæ demonstrat: ceterum a scopo haud parum aberrasse eidem creditur; quandoquidem non id quæratur, an inter dictiōnēm Novi Testamenti & aliorum Græcorum aliqua intercedat similitudo? de quo nullus dubitet; sed annon passim in Novo Testamento Hebraismus regnet: adeoque, an tota dictiōnis indoles & forma faciesque styli, rotundaque orationis corpus cum ea Græcitatem conveniat, quæ in profanis occurrit? quod in hac dissertatione, ceteroquin neque sine voluptate, neque sine int̄signi fructu legenda, non probatum putat.

His ergo, qui puritatem styli Novi Testamenti probare laborarunt,
p. 261-317. Mosis Solani, Juvénis ingenio & eruditione florentissimi, Dissertatio
sub

sub Rhenferdii presidio contra Pfochenium habita subjicitur; in qua dicta controversia generalius pertractatur, & quid ad justam & legitimam sententiam de illa ferendam requiratur, ostenditur; Pfochenii etiam joculares quidam errores deteguntur. Hanc syntagmatis hujus Collector potius quam Gatakerum, qui Pfochenium κατὰ τὸ διὰ sequitur, pugnamque hanc plane depugnat, hic exhibendam putavit, quod & Gatakeri tractatus major mole esset, alibique nuper cum reliquis ejusdem operibus de novo typis descriptus, & Juvenis Juveni, Studio Franequerano Franequeranus opponendus potius videretur.

Post hanc Martini Petri Cheitomai Graco-Barbara Novi-Ter
famenti, que Orientis originem dabant, sistuntur. Hic liber ea omnia,
que alii locis temporibusque divisi, sparsim vel ex professo, de hoc ar-
gumento commentati erant, in unum collecta, propria industria aucta,
& secundum elementorum seriem digesta continet. Inde Johannis p. 389-411.
Henrici Hottingeri Dissertation de usu scriptorum Hebraicorum in No-
vo Testamento exhibetur. Quam comitantur Dissertationes Philo- p. 415-469.
logica de Dialectis Novi Testamenti in genere & in specie, ut & de
Hebraismis Novi Testamenti, in quibus Clarissimus Job. Leidenus, in
Philologo Græco, post Caspari Wysii Dialectologiam sacram in com-
pendium redactam, etiam Job. Vorstii Philologiae sacræ epitomen exhi-
bet, atque XXXI Hebraismorum classes, ad quot Vorstius illos redege-
rat, breviter & distincte lustrandas sistit. His sucedit ipsius Vorstii
Diatribæ de Novi Testamenti Adagiis, quæ in primis ad Hebraicarum p. 486-538.
genera locutionum pertinent, & peculiarem quandam Hebraismo-
rum classem constituant. Proxima huic est M. Andrea Kesleri Co-
burgo Franci, Ecclesie Eisfeldensis Pastoris & Superintendentis Differ-
tatio Theologica de dictorum Veteris Testamenti allegatione in No- p. 543-586.
vo: quæ Rhenferdii iudicio, loca parallela V. ac N. T. tam sedulo
digessit, conciliavit & illustravit, ut nulli alli hujus generis scripto
posthabenda videatur. Subsequuntur eam Doctissimorum tam veteris p. 596-634.
quam recentioris avi Scriptorum sententia de stylo sacrarum Literarum
& præsertim Novi Testamenti Graci, nec non de Hellenisticis & Hel-
lenistica Dialecto, collectæ, uti ferunt, a Viro doctissimo, Joachimo
Jungio, Gymnasi & Scholæ Hamburgensis quondam Rectore;
Collectori vero harum dissertationum a Vincentio Placeio commu-
nicata. Cujus libelli historiam & occasionem in Praefatione sua &
jo-

Johannis Molleris *Introductione in Historiam Ducatum Cimbricum multis ita enarrat Rhenferdus*, ut simul ostendat, e parva scintilla maximum hoc litis de lingua Hellenistica ortum incendium esse; quod Hamburgi cœperit, mox per omnes Saxoniae vicinasque Academias se se diffuderit, & decem admodum annos flagrari.

His tandem & suum σύμβολον addit Collector harum soler-tissimus, duas nimirum *dissertationes de Seculo Futuro seu de phraesi ὡντελλων αἰών, quæ Ebraea נָבָעַתְּ חַדְשָׁתְּ* respondet, ac frequens in Novo Testamento occurrit. Summulam autem tantum haec continent, & majoris, quod de eodem argumento molitur, operis epitomen. In qua quidem id agit, ut phraseos ejus significatum, quo inter alia etiam *dies Messiae* denotare creditur, a Raimundo Martino traditum, a Porchetto & Galatino ejus compilatoribus propagatum, & a R. Elia Levita in Lexico Tisbi confirmatum, adeoque communis fece Christianorum Philologorum sententia receptum, evertat, & pluribus undique collectis rationibus probet, illam nunquam tempus Messiae, sed tantum tempus futurum seu seculum retributionis ab hoc praesenti seculo distinctum denotasse. Confirmat illud a prima hujus Φεδωρεως origine, quæ juxta Lightfootum in Horis Ebraicis Matth. XII, 32 ista erat, ut hac loquendi ratione spes Israelis de futuro seculo, impiæ Sadducæorum immortalitatem negantium hæresi opponeretur. Neque ejus significatum postea mutatum probari posse: contrarium potius ex unanimi veterum Rabbinorum, quos copiose adducit, consensu; ex ipsius phraseos, quæ diebus Messiae opponatur, usu; aliisque argumentis a ratione subjecti & prædicati desumptis, (quorum summa §. 26 p. 648 exhibetur) nec non e plurimis recentiorum Judæorum testimoniis, in posteriori dissertatione potissimum adductis, ad oculum patere. Quæ omnia ita tractantur, ut & eximiam Clarissimi Autoris in literis Ebræis peritiam testentur, atque magnum eruditis libri, quem de hac materia promisit, majoris desiderium non possint non incutere.

LA THEOLOGIE CHRE'TIENNE.

i. e.

THEOLOGIA CHRISTIANA, AUCTORE BENEDICTO PICTETO. Tomi II.

Am-

Amstelodami apud Georg. Gallet, 1702, in 4.

Alph. 5, pl. 9.

ET si Reformatorum sacris addicti non destituantur Systematibus sanctioris disciplinæ, & *Calvini*, *Polani*, *Cocceji*, *Heidani*, *Turretini*, *Burmanni*, *Wajeni*, *P. van Mastricht*, *Braunii*, ac *Hulsi* aliorumque hujus commatis scripta pones ipsos non infrequentia fint; neutiquam tamen supervacaneum laborem suscepit *Benedictus Pieterus*, Theologiae Professor, ut & Ecclesia Genevensis Minister a compluribus annis celeberrimus, dum veritates revelatas, quæ scientiam salutis nostræ constituunt, hoc volumine delineatas dare voluit, quo etiam labore, Reformatis Ecclesiis jamjam commendatissimo, famam suam egregie auxit. Nam cum maxima pars Scriptorum Systematicorum, vel Dictatorio more seribat, vel Historiam dogmatum ac ceremoniarum ab Ecclesiæ ineunabulis deducere nequebat, aut nodos, quos vocamus, Theologieos solvere intermitat, aut adversariorum sententiam frigide, omissis fortissimis eorum argumentis, exponat, aut novas ac paradoxas hypotheses, captandæ popularis auræ gratia sectetur, Noster his defectibus mederi, multoque cum studio suo officio fungi annititur. Nam per universum opus id præsertim agit, ut doctrinas, quas profert, omniaibus, quæ invenire potuit, argumentis confirmet, & quantum fieri potuit, cum repurgata ratione conciliet, eamque, quantum in illa est, fidei non contradicere, adductis etiam Philosophorum veterum testimoniiis clarum faciat. Præterea in tradendis originibus eontroversiarum ac errorum, nec non ceremoniarum Ecclesiasticarum mire diligens est, sæpeque & studiose, quid de hoc vel isto fidei capite singulis seculis traditum sit, exponit. In solvendis nodis sacrarum quæstionum amovendisque scrupulis singulari diligentia usus est; cuius rei argumento vel ea esse poterunt, quæ de peccato in Spiritum Sanctum Tom. I. p. 302. seqq. commentatar. Argumenta adversariorum candide recenset, ac sine dissimulatione; & quod potissimum est, exceptiones quoque illorum ad datas responsiones copiose enumerat pariter & refellit. A paradoxis hypothesisibus, quibus obsequi seculum nunc fert, tam alienus est, ut veritatem simplicem & fuso destitutam esse, ubivis fateatur, amoremque novarum ac speciosarum hypothesisum in causis errorum ac hæresium habeat. Insuper Patrum Ecclesiæ Christianæ

K

sen-

Sententias non reticet, sed cumulatim enumerat. Hoc instituto opus ipsum aggressus est, illudque præmissa *Prefatione* de causis errorum, & methodo veritatem Theologicam investigandi, *Tomis* duabus absolvit. *Prior* novem libros de præcognitis Theologiaz, de Dei natura, Trinitate, decretis Dei, creatione, Angelis, providentia, opere salutis, de gratia & mediatore Christo : *posterior* sex libros, de vocatione, justificatione, sanctificatione, glorificatione, de Ecclesia & sacramentis complectitur. Digna memoratu inter alia sunt, quæ *Tomo I. p. 107.* ad explicationem Deut. XI, 10. affert. Existimat enim, phrasin *terram pedibus suis rigare*, exortam ab Ægyptiorum consuetudine, qui machina ad agros hortosque humectandos utebantur, in quam homo conscendebat, pedibusque eandem regebat. Libros Nathanis, Gad, Ahiæ & Addo non perditos, sed in Samuelis ac Regum libris integros contineri, opinatur *p. 109.* In enarrandis seculi I. II. III. IV. opinionibus de Trinitate ac Divinitate Christi multus est *p. 212. seqq.* Controversiam de immaculata Mariæ conceptione ejusque Historiam eleganter *p. 290* recenset, Loca sacrarum Literarum, in quibus Deo causa peccati adscripta videbatur, multa diligentia ac studio vindicavit, *p. 336. seqq.* Quo pacto Deus gratia sua sine coactione animos invertat, conatur *Tomo II. pag. 15.* sic explicare : Animam delectationis gratia creatam esse ait, & ab hac sola commoveri ; eandem, ex quo cum corpore unita est, corporeis solum rebus delectari, ideoque sine gratia totam se velut in res materiales præcipitem dare : ad animam igitur emendandam, majori delectatione opus esse, quam gratia Dei rebus spiritualibus annexat, in anima excitet, & per illam nos valide moveat. De formulis absolutionis in Ecclesia veteri & hodierna Orientali, quas voto solum constitisse putat, *p. 58* agit. Historiam cultus imaginum perquam solerter tradit *p. 101 seqq.* nec non sententias omnium post Christum natum seculorum de S. Cœna *p. 423 seqq.* Atque ut unum alterumque paulo accuratius delibemus, *Parte I. lib. III. C. XX.* ubi seculorum ad Christi nativitatem proxime accedentium sententias de Trinitate refert, principio fatetur, Patribus istorum temporum sæpen numero excidisse crudas inconditasque phrases, quæ ipsorum orthodoxiam penes multos in dubium traxerint; nihilominus pleraque Patrum dicta bona si fugiunt. Nam seculo I Barnabam appellare Jesum dominum mun-

mundi, Ignatium illi nomen Dei nostri, qui ante secula fuerit, item Dei in homine tribuere. Similia quoque ex Herma & Clemente adducit. Ex II seculo adfert Polycarpi preces apud Eusebium, in quibus Patrem, Filium & Spiritum sanctum ut Deum laudat: Arianistis orationem, qua Divinitatem Christi defendit: Athenagorae apologiam, in qua pronunciat, Filium esse in Patre, & Patrem in Filio per unionem Spiritus sancti, fateturque Christianos agnoscerre Deum Patrem, Deum Filium & Spiritum sanctum: Justinum Martyrem, qui affirmet, Christianos honorare solum verum Deum, Patrem justitiae & castitatis, Filium qui a Patre venerit, & Spiritum Propheticum; Filium Dei esse Deum, qui Mosi & Prophetis apparuerit, Deum ante omnia secula: Irenaeum, qui doceat unicum dari Deum Patrem, unicum Jesum Christum & unicum Spiritum sanctum a Patre & Filio distinctum; Christum esse Deum propriæ dictum, qui semper cum Patre extiterit: Theophilum Antiochenum, quem vocabulo *Trinitatis* primo in Ecclesia usum Noster pronunciat, quando lib. I. ad Autolycum p. 183 ait, tres dies, quæ stellarum creationem antecesserunt, esse symbola Trinitatis, Dei, Verbi & Sapientie: Clemensem Alexandrinum, qui Patrem, Filium & Spiritum sanctum adoret, atque Trinitatis vocem usurpet: Tertullianum, qui affirmet, Verbum Dei Deum dici ob unitatem substantię; Patrem, Filium & Spiritum sanctum esse Unitatem in Trinitate; esse inseparabiles; non divisos, sed distinctos; alias persona, non substantia. Ex III seculo citat Originem, qui Beryllum Antitrinitarium refutaverit, & Divinitatem Patris & Filii eandem esse putaverit: Cyprianum, qui Patrem, Filium, & Spiritum sanctum tres & unum appellaverit: Gregorium Thaumaturgum, qui preces ad Trinitatem confecerit: Dionysium Romanum, qui doceuerit, divinam Trinitatem uniri in uno, nempe Deo omnipotenti & hanc unitatem in tres Divinitates non esse dividendam. Ex seculo IV producit in medium Lactantium, juxta quem Pater & Filius sint unus Spiritus, unus Intellectus: Arnobium, qui Divinitatem Christi Paganis incoleat: Vigilium Tapensem, cui symbolum Athanasianum tribuit. Observat quoque, Irenaeum mentionem expressam *trium personarum* facere lib. I. c. II, lib. III. c. XX, lib. IV. c. XXV, XXXVII, & LXXV. Non minus candide recenset duras Patrum locutiones, verbi gratia Justini, Filium non esse invisibilem ut Patrem;

Theophili, Filium posse in loco esse, atque in tempore esse genitum; Clementis, Sapientiam h. e. Filium Dei esse primam creaturam; quæ omnia tamen solvit, & serupulos exquisite tollit. Hinc argumentatur, eandem prisorum Patrum & orthodoxorum nostra ætatis de Trinitate sententiam fuisse. Quælib. XII, c. VII de Historia cultus imaginum recenset, digna quoque memoratu sunt. Observat enim, Patres priorum quatuor seculorum, præsertim Minutium, Lactantium & Arnobium, Paganis omnem imaginum cultum exprobare; Tertullianum præsertim statuas imaginesque Diaboli opificium appellare, atque pingendi artem in vitiis Hermogenis ponere: Gnosticos vero & Carpocratianos initium cultus Sanctorum fecisse: seculo III nullas in templis Christianorum imagines fuisse: seculo IV Concilium Illyrianum decreuisse, ut picturæ omnes ex templis exessent, atque Epiphanius imaginem Sancti prope templum portenti loco habuisse: sub finem vero hujus seculi Cappadoces Christianos, Gregorii Neocaesarensis disciplinam sectatos, Martyrum picturas in templo intulisse, quos plerique alii secuti sint, præsortim Itali, & in his Paulinus Nolanus; quo tempore etiam multi rudium sepulchra Martyrum, quæ hactenus erant admirati, adorare coeperint: quinto & sexto seculis malum hoc incrementa cepisse, adeo ut omnes propemodum mercatorum opifiumque officinæ Sanctorum tutelarium statuis fuerint referatae, nec castris exercitibusque ex defuerint, præsertim quæ ad Palladii imitationem, ecclœ delapse fringebantur: tum Serenum Massiliensem imagines confregisse, Gregorio I contradicente. Seculo septimo etiam Imperatorum, Principum ac Episcoporum imagines in templis visas esse. Seculo octavo Germanum Patriarcham, & Joannem Damascenum pro imaginum cultu pugnasse, Leonem III vero imagines sacras sustulisse, quem Gregorius II damnaverit, & quæ sunt hujus generis alia ex Iconoclastarum rebus satis nota. Seculo nono in Francia utraque imaginum cultum adhuc ignotum fuisse, imo Aimoino narrante, adhuc seculo duodecimo Francos imaginum adorationem improbasse: eodem seculo eandem Germanorum Armenorumque sententiam fuisse: seculo XIII, XIV, XV, multos adhuc cum Durando & Gersone contra Iconolatriam pugnasse, & Joannem XXII quosdam, qui Trinitatem pinxerant, vivicomburio punivisse. Denique seculo XVI Coneilium Moguntinum & Catha-

tharinam Galliae Reginam cultui imaginum se opposuisse. Reliqua Theologis permittimus.

TRAITE' DE PERSPECTIVE, OIL SONT CONTENUS les fondemens de la Peinture. Par le R. P. BERNARD LAMY, Prestre de l'Oratoire.

i. e.

*TRACTATUS DE PERSPECTIVA, CONTINENS
fundamenta artis Pictoria: per R. P. BERNARDUM
LAMY, S. Oratorii Presbyterum.*

Parisiis, apud Anissonium, 1701, in 8. Plag. 15. cum fig.

DEcem capitibus, in quæ distinxit hunc suum tractatum Rev. Autor (cujus jam aliquoties erudita opera, tum mathematica, tum alia, in compendio exhibuimus) præmissa est Praefatio satis ampla. In hac ille primo Matheseos præstantiam, ejusque in omnibus artibus ac scientiis utilitatem, fata, & modernos progressus egestie declarat: dein aliorum industria, quam in facilitanda ista usurpaverint, motum se olim scribit, ut Elementa ederet, in quibus cum artis periti plurima adverterint utilia, animum se applicuisse ad universæ Matheseos Cursum componendum. Verum enim vero & otium, & sacri munieris rationem obstitisse, quo minus hactenus ad finem potuerit perduoere, quæ tum minatus erat orbi eruditio. Interim cum huc usque mentem suam proclivem, & plane singularem senserit ad Scripturæ S. studiu[m], eamque illustrandam, neminem putare debere, ac si hoc novo opusculo illud interruperit: ipsam enim potius illam solerter sacrarum Literarum investigacionem, & cum primis molimen de edendo majori opere *Descriptione Templi Hierosolymitani*, in causa fuisse, quod tractatus hic ante plus quam 30 annos elaboratus, denu[m] ipsi in manus venerit. In iis, quæ sequuntur in hoc proœmio, narrat, qualis origo fuerit, & causa hujus tractatus; quæ sit Perspectiva scientiæ utilitas atque necessitas, in omniibus pictorum laboribus; quid conducat ea ad Religionem in decorandis templis, in ædificando populo per historias ex V. & N. T. depictas. In fine vero præfaminis hujus adhuc quædams habet de memorato modo majori Templi Hierosol. opere, & de aliis quæ coepit, quæque nondum sunt reviæ. His ita prælibatis, aggreditur

ditur ipsius libri caput I, in quo de excellentia artis Pictoriæ, cuius fundamentum sit Perspectiva, agit, ostenditque ab initio, quænam sit imaginum ab anima secundum diversas impressiones luminis in obiecto reflexi formatarum natura: cuius rei occasione etiam de oculo, quomodo is videat, de lumine, in quo consistat, & quomodo radii pingant objecta in fundo oculi, item de coloribus, quid sint, tractat. Deinde, quod quævis pictura eundem debeat (in oculo) effectum habere, quem ipsum habet objectum, quod repræsentat, docet; omnem etiam picturam posse considerari tanquam fenestram aut vitrum transparens, positum e transverso oculi, qui supponitur constitutus in certo puncto, ubi objecta in tabula depicta videt. Porro indigit, quomodo Mathesis necessaria esse possit pictori? quis pictoriæ artis finis sit, & fundamentum? quæ differentia a sculptoriæ? quæ summa Perspectivæ necessitas? quæ sint de Perspectiva humiles plerorumque sententiae? addens, hanc non esse artem circa specialia, ut vulgus arbitratur, verbi gratia, circa repræsentanda ædificia, ambulacra hortorum, ornamenta theatri &c. sed in genere artem imitandi. Demonstrat tandem, quomodo Perspectiva & pictoria ars esse possit una eademque? quæ sit scientia pictori maxime necessaria ad pingenda varia objecta, eumprimis homines? quid potissimum veteres hac in re inquisiverint? quid habendum sit de proportionum in humano corpore cognitione, quam magistri illi tanto studio investigarunt? &c. In cap. 2. explicat partim terminos, quibus uti solent hac in arte magistri, partim principia, quæ supponuntur: illos quidem per certas definitiones: hæc vero per suppositiones & postulata. In fine hujus capituli nonnulla de lumine, quomodo agat in oculos nostros, habet, quo scilicet non solum regulæ perspectivæ artis, sed & ipsæ regularum rationes nituntur. Monstrat enim, qui fiat, quod concavum aut convexum, si elonginquo spectetur, appareat planum, pavimenta in porticibus altiora, lacunaria depressiora, corpus coloratum absque coloribus? Circa postremum quoque monet, quod tale corpuse longinquo spectatum, etiam in pictura debeat vel plane non colorari, vel debilitari; qua occasione de perspectivo aëreo (perspective aërienne) quod vocant Pictores diminutionem colorum, & de perspectivo linearis, quod linearum diminutiones appellant, agit, refutans simul plerorumque, P. Tacqueti imprimis sententiam, putantium, semper.

&

& ubique res, quæ sub angulo æquali visuntur, apparere æquales, cum tamen nonnisi in propinquioribus objectis vera sit hæc suppositio ; remotiora enim apparere diversa secundum judicium naturale, quod formamus de distantia eorundem. Ea tandem, quæ objici possint contra suppositum, quod locus, unde pictura videri debeat, nihil sit nisi punctum mathematicum, pluribus solvit. In cap. 3 proprietates sectionum in duobus planis se invicem secantibus aut concurrentibus, declarat ; quia scilicet perspectiva ipsa sectiones sunt, quas faciunt planum radiorum visibilium cum tabula seu pictura. Cap. 4 proprietates sectionum tabulæ, & plani radiorum, ab objecto visibili ad oculum venientium 19 theorematibus, horumque demonstrationibus, & inde fluentibus consecutiis egregie deducit. In cap. 5 agit 1 de dispositione variorum, quæ depingi debent, objectorum, & quidem super planum geometricale, uno id alteroque exemplo declarans. 2. de situatione & magnitudine picturæ, circa quam observare jubet, quamlibet picturam non plures nisi unicam actionem objecti posse repræsentare (in qua parte Pictores longe inferiores esse Poëtis supra circa fin. cap. 1 dixerat.) Indicat porro, qua ratione sit formanda pictura, in qua res ita appareat, prout est in magnitudine sua naturali : item quomodo plura objecta in una tabula, exercitus verbi gratia, integræ historiæ &c. exhiberi possint. 3 de situatione oculi aut puncti visus, quam quidem ordinarie sibi vendicare tabulæ medium, alias vero arbitrariam esse scribit. 4. denuo necessitatem perspectivæ artis stabilit, illisque difficultatibus, quas contra istam. objice-re solent, pluribus respondet. In cap. 6, quomodo perspectivum objecti, quocunque etiam fuerit, inveniri possit, si datus fuerit ejusdem positus, respectu tabulæ, seu picturæ & oculi, tradit ; & cum tota perspectivæ artis praxis hue redeat, 19 problematibus, horumque solutionibus rem fusi exponit, monstrando verbi gratia quomodo perspectiva puncti linearum, item parallelarum, divisionis linearum parallelogrammi in plura alia divisi, inveniantur ; dein quomodo integræ figuræ, quæcumque fuerint, verbi gratia circulus, in perspectivo debeat exhiberi, item quomodo perspectivum puncti in aëre super plano Geometrico haberi ; & tandem pilastri, columnæ, integræ statuarum ordines, ambulacra hortorum respectu arborum, possint repræsentari. De tabulis pictis non perpendiculari-

ribus super plano geometrico agit cap. 7, item de inclinatis, aut parallelis horizonti; nec non de iis, quæ sunt oblique, respectu oculi nostri; & quæ sunt super fundamentum inæquale & irregulare, hoc est quæ repræsentant corpora concava aut convexa, habentes proin profunditates suas & eminentias: denique etiam de tabulis & statuis, quæ ponuntur in locis altioribus, & multum elevatis. Egregia sunt, quæ habet Autor in hoc capite, & ni instituti ratio nos breviores esse juberet, digna, quæ integra exscriberentur. Pergimus ad cap. 8, in quo regulas illas omnes, quæ ad bene applicandas figuris colorationes faciunt, a Perspectivo dependere, fusiū demonstrat. In cap. 9 observationes ponit generales circa projectionem umbrarum, quæ nempe variat secundum magnitudinem & formam, variante vel corpore luminari, vel opaco: item secundum longitudinem, prout illud lumen vel magis vel minus elevatum est, &c. agit etiam de lumine principali & reflexo, & aliis, quæ supersedemus. In cap. 10 & ultimo, ex Xenophontis libro 3 de rebus memorabilibus Socratis, dialogum hujus cum Parrhasio, excellentē pictore, & Clitone præstantissimo sculptore, quem, ut refert, olim illustre Academia membrum ex Græco in Gallicum sermonem transtulit, ob materiae affinitatem, integrum refert. Concludimus nos cum voto, quod ipse Autor supra memorato opusculi hujus utilissimi præfamini subjunxit, mutatis paululum verbis, velit illi Deus vitam, sanitatem, & otium largiri, quo reliqua quoque opera, majus cumprimis illud de Templo feliciter pertexere, & in lucem tandem protrahere possit.

S T A N I S L A I L U B O M I R I , S . R . I . P R I N C I P I S , S U -
*premi Regni Polonia Marechalli, Repertorum Opuscula Leti-
na, sacra & moralia.*

Varsaviae, typis S. R. M. in Collegio Scholarum Piarum, 1701, 12.
 plaq. 18.

Auctorem Celsissimum inter gravissimas, quibus pro salute Patriæ semper implicitus fuit, curas, nunquam studia bonarum artium, quibus a teneris in primis deditus fuit, abjecisse, quin potius tempus, quoda negotiis publicis reliquum habuit, Deo & Musis litasse, libri ab eo editi, doctissimique commentarii in scriniis selectissimæ bibliothecæ reperti, commercia literaria quæ cum eruditis Italîs coluit,

luit, numismata, cimelia, instrumenta mathematica, quæ magno sumptu collegit, aliaque abunde testantur. Cum tandem, sub fine superioris anni, in gravem morbum, ex quo die 17 Jan. 1702 in palatio Jazdoviensi prope Varsaviam, lugente Rege & Regno obiit, incidisset, opuscula sacra & moralia olim a se conscripta conquiri & in lucem edi curavit, pie existimans, se non melius, quam per cantum hunc quasi cygneum, mundo, cui & moriens prodesse voluit, supremum vale dicere posse.

Tria vero sunt, quæ hoc fasciculo continentur, Opuscula. Primo titulus hic est : *De Remediis Animi Humani Maxima Vera Mensis*, in quibus ea, qua immortalem ac eternum hominem reddunt, clare ac evidenter demonstrantur. Sacra hic & profundæ meditaciones, succinctis nervosisque sententiis expressæ exhibitentur, quibus id Celsissimus Auctor solicite egit, ut rationem edoceret, qua per virtutem, fidem, humilitatem, omnesque reliquos devotionis actus, animi dignitas ac perfectio possit debeatque asseri. Ubi quemadmodum multa ex Theologia mystica adytis hausta obvenire, nemo non facile conjicit : ita non dissimulamus, incarnationis Christi Servatoris necessitatem ac veritatem magno studio per multa capita demonstratam ; & inspersos passim Psalmos, humilitatem peccatoris coram Deo, actum adorationis Divinæ Majestatis, actum fidei & oblationis sui ipsius, actum amoris in Deum, resignationem propriæ voluntatis Deo factam, supplicationem peccatoris ad Deum, recursum vel conversionem peccatoris ad Deum, invocationem misericordiæ Divinæ, fiduciam peccatoris in Creatore & Salvatore suo, similiaque alia feliciter exprimentes, & Davidicura velut æmulos, eamque devotionem spirantes, quam vix ab anachoreta sanctitatem singularem præferente, nedum a Viro Principe & Aule innutrito expectaveris ; & Paraphrasin denique Cantici Canticorum in aliquot textus mysticos primi capitii, nec non Orationis Dominicæ exhiberi. Alterum Opusculum *Theomusa*, sive *Doctrina Fidei Christianæ* inscribitur, Polono primum, ac dein Latino, quod nunc recusum est, carmine descripta, Tertium *Adverbia constituant Moralia*, sive *de Virtute & Fortuna Libellus*, anno 1686 prima juventute ab Illustrissimo Auctore conscriptus, nomen eleganti anagrammate professo : *Ambiens nulla Regna posco. Laus mibi ac Regnum sis sola Virtus* ; id est : Stanislaus Lubomirius Magnus Regni Poloniae Marechalcius. Complectitur ve-

ro opusculum dissertationes quindecim, per modum Inscriptionum, quibus virtutum præstantissimarum indoles ingeniose repræsentatur, & ad strenuum earum cultum selectissimis, sed nervose & cum acume propositis argumentis Lectores excitantur, adornatas.

De cætero, si quid de vita Celsissimi Auctoris adjiciendum, constat Principem fuisse ingenio & consilio pollentissimum, qui quamdiu vixit, Columna & Oraculum Poloniæ habitus fuit. Tanquam Supremus Regni Mareschalcus, Introductor fuit ac Prensator Legatorum, justitiæ quoque Præses ac primus Administer, qui Judicis æqui, boni & incorrupti partes semper implevit. Ex primo matrimonio cum Excelsisima Opalinska Filiam *Elisabetham* Palatinam Belzensem, Vireginem quam prudentia insignis atque elegantia ingenii & morum præ aliis commendat: ex secundo cum Illustrissima Comitissa Denhoffia tres Filios Principes, *Theodorum*, *Franciscum* & *Josephum*, Paterni judicij aliarumque virtutum eminentiorum hæredes reliquit.

*URBIS PATAVINÆ INSCRIPTIONES SACRÆ ET
Profane, a Mag. JACOBO SALOMONIO Ord. Pred.
collectæ.*

Patavii, sumptibus Jo. Bapt. Cæsari, 1701, in 4.

Alph. 3. plag. 12. fig. æn. 8.

Quem titulum clarissimus Jacobus Philippus Tomasinus, Aemone Episcopus, Epigrammatum Patavinorum collectioni A. 1649 a se editæ olim præfixit, eundem quoque præsenti libro apponere voluit indefessus lapidariæ antiquitatis vindœ atque assertor Salomonius, Eminentissimorum Cardinalium Barbadicorum Theologus gravissimus. Sicut enim ille, quod habebat otium honesti, ad conservandam manjorum famam, quorum sepulcra in templis paucim ac cœmteriis, pessimo, barbaris imo gentibus insolito exemplo venundari, titulos effodi, fractisque tumulis saxa fenestræ, podioliis atque ædium fundamentis adiplicari, non sine stomacho animadverterat, utiliter impedit: ita etiam hic Noster tam præclaris vestigiis infistere gloriosum ratus, omnes Inscriptiones Patavinas, tam sepulcræ, quam nude honorarias, quæ vel illius diligentiam effugerant, vel per hosce quinquaginta annos exaratae demum fuerant, sedulo conquisivit, & cum Tomasinianis

nis uno conspectu exhibuit, ut adeo non mirandum, quare in tanta studiorum paritate, haud disparem rubricam Autor adoptaverit. Potuisse quidem is post Inscriptiones Agri Patavini, quinque abhinc annis summo cum applausu vulgatas, (quarum in Suppl. T. III Sect. IV p. 172 seqq. honorificam mentionem fecimus) a vigiliis literaris ad quietem jure optimo converti; attamen ne ista ratione mutilare videretur piissimum laborem, alterum hunc pulchellum doctissimæ scripturæ fœtum in lucem emittere maturavit. Infinitam ergo epigrapharum multitudinem, quæ tam in ecclesiis ac religiosis recessibus, quam in aliis ædificiis publicis & privatis, moenia, portis, pontibus, bibliothecis, intra urbis portoeris visuntur, hic complexus est, quarum ope & historia saera & civilis egregie illustratur, variaeque ejus ambiguitates solidius stabiluntur. Neque enim nudas inscriptiones adduxisse satis habet, sed illas plurimis observationibus historicis exornat, quibus templorum, & diuinorum publicarum fundationes, coenobiorum & religiosarum sodalitatum origines, virorum illustrium scripta, facta, & posteros, locorum urbis, in quibus familiarium nobilium domicilia, sub Actiobini tyrannide solo olim æquata, extiterunt, vel aliud quid memorabile contigit, exactam descriptionem, omnia denique, quæ ad penitorem inclytæ civitatis faciem dilucidandam pertinent, e probatisimis autoribus copiose deponit. Lubet in præsenti celebriorum aliquot Jure-Consultorum elegia speeiminis loco commemorare. Templum Cathedrale, inque eo sacellum Zabarella B. M. V. in sublimi loco figuram Cardinalis quiescentis marmoream ostentat, cum his verbis: *Francisco Zabarella Florentie Archiepisc. Viro optimo, Urbi atque orbi gratiss. Divini humanique juris Interpreti prestantiss. in Cardinalium Collegium ob summam sapientiam cooptato, ac eorundem animis Pontifici prope Max. Joan. XXIII. ejus suasu abdicato, ante Martinum V. ob singularem probitatem in Constantiensi Concilio destinato, Joan. Jacobi Viri clariss. filius id monumenti ponendum curavit. Vixit an. LXXIX. Obiit Constantie M. CCCC. XVIII. In templo vero Carmelitarum supra januam, quæ ad coenobium dicit, insigne Tiberii Deciani monumentum cum statua marmorea hoc encomio ornatum videtur: Tiberio Deciano Patricio Utinensi Comiti, Equitique Clariss. Jurisprudentum Consultiss. Oratori Eloquentiss. Litium in Praetoriis*

rius Provinciis dijudicandarum equiss. Disceptatori & in Patavino Gymnasio submota equalitate supremam cum sempiterna gloria dignitatem consecuro : cum a Sereniss. Republica Veneta, ut sibi in rebus de Jure pertractandis, ablatu supraordinario Interpretis loco, amplissimis præmiis ad Urbem accerseretur, cum summo omnium mærore anno etatis sue septuagesimo tertio sanctiss. mortuo Nicolaus J. C. Jo. Franciscus & Roncadinus Patri pientiss. Monumentum hoc fac. cur. Obiit VII. Idus Februarii M. D. LXXXI. In basi vero hoc sepulcrale distichon legitur :

HIC CINERES MAGNI DECIANI, sufficit illud :

Disce audito nomine, quantus erat.

Succedat Pauli & Angeli de Castro, patris & filii, Jure - Consultorum magni nominis in Gymnasio Patavino, sepulcrum in templo S. Mariae ordinis Servorum, ob ambitiosum istius seculi fastum in primis notabile : Paulo de Castro Avo, & Angelo Patri, Comiti Pal. Utr. Jur. Doctoribus, & in orbe Monarchis, Nicolaus de Castro, Utr. Jur. Doctor, Canonicus Paduanus, Apost. Cubicul. & Comes Palat. fieri fecit M. CCC. LXXXVIII. O quantam voluptatis titillationem sensisse credamus Nicolaum, dum Monarchs qualescumque inter progenitores suos numerare potuit ! Verum ne aliorum excellentium Virorum meritis obtrectare videamur, ad eorum quoque cippos aliquantis per oculum intendamus, inter quos ille, qui supra laudati Tomasinii exuvias tegit, primum locum teneat : Jacobo Philippo Tomassino hujus primum Cœtus Presuli, post Aemonie Episc. morum suavitate animique probitate laudatiss. qui non vulgari ingenio plurimi scripsit, majora in Philosophia daturus, nisi studiis studiorum fractus laboribus nature cirus concessisset, Viris Principibus carus, satis gloria, posteritatique commendatus. Ob. Pat. 13. Junii An. Christi clo locr. at. 60. Ato suis Tomassinus J. U. D. ex fratre nepo patruo bene merenti, mares P. C. Conspicitur autem ille in Ecclesia coenobii B. Virginis in Vantio dicti, in quo Seminarium Clericorum antea institutum fuit, sed Eminentiss. Cardinalis Gregorius Barbarieus idem Clericis luminis auxit, amplissimis censibus ditavit, Præceptoribus omnium scientiarum ac linguarum, Latinæ puta, Græcæ, Hebraicæ, Chaldææ, Arabicæ & Syriacæ instruxit, celeberrimo Typographeo, in quo charactæs predicatorum lin-

guæ-

guarum, & insuper Illyricæ & Armenæ, elegantissime fusi deprehenduntur, regali sumtu ornavit, atque ex eodem lexisimis ornatum facultatum libros jamjam' prodire jussit. Sequatur deinde sagacissimi Philosophi Fortunii Liceti monumentum in ædicula S. Rose, quæ est Monialium tertii ordinis S. Dominici collegialiter viventium, humi conditum, atque hoc epigrammate conspicuum : *Mortales ita vivite, ut Mens sit in sepulcro, dum Corpus extra tumulum. Nam bui latore cadavere Calum ascendat Anima.* Hoc est solidum sapere. Tertio loco veniat elegans marmor Celeb. Patini, ad dextram aræ D. Caroli in pariete templi cathedralis insertum. D. O. M. Carolo Patino Paris. Equ. D. M. Prisc. Numismat. studiis clariss. Famam celeberrimi Patris emulato, & Patrio in Patav. Lyceum excepto, post totam Europam lustratam, premiis, & majorum Principum gratia aucto, cum calumnia feliciter luctato, ac profundamento virtutis, fortune ruinis usq; ob veterem eruditionem erutam, posteriorum cultum promerito, Magdalena Ommez Paris. Uxor, Gabr. Carola & Santa Paulina, & Carola Cath. Filie, extremo Amoris argimento, amante Capitulo parentant. Ob. An. M. DC.XCIII. VI. X. Octobr. etat. sua An. LIX. Mens. VIII. D. X. Agmen denique claudat præstantissimi antiquorum numismatatum imitatoris dicam, an adulteratoris, Cavinii, lapis sepulcralis, qui in Ecclesia Canoniconum Lateranensis S. Joannis in Viridario reconditus appetet : *Joan. Cavinio Viro integrissimo Parri de se opa. meritis. qui antiquorum operis max. iudicio coluit, & priscoram presorium Galiarum, multorum quo atatis sue virorum clariss. imagines cudente expressit, Camillus Fil. Juris Consult. ob suam in exemplari atem fibique ac suis omnibus P. C. vix. A. 70. Mens. 4. Ob. An. 1570. Non. Septembr.* Norunt eruditæ, quam affabre monetarum veterum matriceos ille effinxerit, neq; minus norunt iidem, quantum velletiam acutissimos fallendi materiam simul paraverit, ut multi supposititi nummi (a patria artificis Paduanis dicti) pro genuinis nunc obtrudantur ; audem nihilominus inde apud suos tulit maximam, ut etiamnum ingens e vivo filice lapis quadratus ovm circulo forco, quo in percutiendis numismatibus usum fuille ajunt, ad propagandam tanti operis gloriam, in oecometrio maioris Ecclesie monitetur. Complura quoque exterorū, Germanorum, Gallorum, Anglorum, Polonorum, Belgarum, Tra-

sylvanorum, hic loci, quorsum vel studiorum causa, vel ex itinere saltim forte diverterant, inopina morte extinctorum epitaphia inspersa leguntur, e quibus duo afferemus, alterum quod in templo S. Antonii in polito marmore splendet: *Spira Viator, nam ingenio Viri Christophori Sapieche Supremi Pincerna Magni Ducatus Lituaniae parvum lapidem cernis, quem post incredibiles triumphos ab Osmanno Turcarum Rege, tum inhumano Moschorum Principe proprio sumtu & milite comparatos, fædusque cum maximo Polonia plausuperactum, Patavium lubenter exceptit, mortuum non lubenter deploravit.* Adeo Patria nihil de civi suo præter famam reliquit, & ipso cineres negavit mors ingratæ. A. D. M. DC. XXVII. Novembris XXVII. Etat. XXXXVII. Alterum quod apud PP. Ord. Eremitarum D. Augustini in Ecclesia SS. Philippi & Jacobi candidissimo marmori incisum prostat: *Piis manibus strenui & nobiliss. Dn. Melchior. Friderici ab Hunigke, Equitis Germani, Viri ingenio & virtute supra etatem, Cujus præcoci ac inopina morte lugent ac dolent amissa, bonum suum Patria, solatium Parens, Amorem fratres, Officium Amici, Benevolentiam cuncti. Vixit pius annos XXII. Obiit diem suum Patavii VII. Decembr. anno M. DC. XXIII.* Dum autem tantam Inscriptionum medii & recentioris ævi farraginem hic collegit Rev. Autor, vetustioris pariter seculi nonnullas noviter detectas subinde adjecit, quarum hæc maxime memoratu digna, quæ anno 1696. d. 13 Augusti reperta fuit:

M. JUNIUS SABINUS
 IIII VIR ÆDILITIÆ POTESTATIS
 E LEGE JULIA MUNICIPALI
 PATRONUS COLLEGI CENTONA
 RIORUM FRONTEM TEMPLI
 VERUIS ET HERMIS MARMOREIS
 PECUNIA SUA ORNAVIT ET
 TUITIONI DEDIT H-S ·∞∞
 N CC XXXXII.

Operi colophonem imponit Fastis Prætoriis Urbis Patavinæ ab anno 1156 usque ad annum 1701 continua serie productis, & catalogo Primorum Reipublicæ & Ducum; deinde lusculentum auctarium, In-

scriptionibus Agri Patavini accommodatum, liberaliter subiectis, tandemque tum sacrarum ædium vicatim dispositarum, tum nominum & familiarum indices adjungit, eoque pacto librum suum omnibus numeris absolutum præstare studuit.

*HENRICI DODWELLI, A. M. DUBLINIENSIS DE
veteribus Grecorum Romanorumque Cyclis Liber.*

Oxonii e Theatro Sheldon, 1701, in 4. Alphab. 5.

Prostat Londini apud Benj. Tooke.

InTEGER titulus, prout in frontispicio libri & præstantissimi, & qui multis jam annis prælum exercuit, conspicitur, hic est : *de Veteribus Gr. & Rom. Cyclis, obiterque de Cyclo Iudeorum et atque Hristi, Dissertationes X, cum Tabulis necessariis. Inseruntur Tabulis fragmenta Veterum inedita, ad rem spéctantia Chronologicam. Opus Historie Veteri, tam Graca, quam Romane, quam & Sacra quoque necessarium.* In dissertatione ergo prima (ut rem per se amplam absque ambagibus ordiamur) agit de *Cyclo Metonis*, docens quomodo a certioribus temporibus ad incertiora sit progrediendum, & quomodo illa certiora a dicti Cycli Metonici (& Calippici, de quo dissip. secunda) temporibus incipiunt, cuius etiam civilis usus varijs probari possit argumentis. Deinde Lunares fuisse ut Metonicos, sic etiam civiles Atheniensium menses probat, & exemplis a Scaligero in contrarium allatis it obviat, annumque civilem Prytaniarum, eundemque Lunarem asserit: nullos præterea in Prytaniarum anno, quos commentus est Scaliger, dies ἀνάρχες, nedum in alio illo, quem finxit idem ab anno Prytan. diversum, admittens. Multo vero minus duplices in eadem Republica menses civilium mensium nominibus appellandos esse credit; unde rursus contra Scaligerum ad locum Demosthenis in Timotheum & in Midiam provocantem, disputat. Convenire porro monstrat omnia formæ anni Lunaris Metonicæ, quæ pro Solaris anni argumentis habeant nuperi Chronologi, verius quoque esse de anno Metonico, quod dies 360 complectebatur; quam de Solari proprie sic dicto, aut de alio quovis Lunari: nullos pariter his temporibus in usu fuisse menses Solares, ne quidem pro sententia Scaligeri, vel Petiti. In sequentibus denus Cycli hujus Metonici civilem

vilem usum probat Autor, & quidem e tempore excidi^t Trojani secundum Dion. Halicarnassaeum ; ex variis Eclip^sibus, Lunari v. gr. in clade Niciae Sicula, ex Lunari a Ptolemæo memorata Olymp. XCIX, & aliis. His addit tres observationes, primam de exempli suffecto in locum secundi Boedromionis semper exemplis, pro Cycli leg^e, non antecedente, sed forte proxime sequente, qui proinde numerabatur; secundam de diebus Julianis in tabulis (ad calcem operis adjectis) notatis a Solis occasu ad noctem medium, diei Attico respondentibus; tertiam de redundantibus rationibus Metonicis in Cycli fine. Ulterius Embolimorum situm & numerum in Cyclo Metonico integrō, adversus Scaligerum & Petavium adserit, tum ex Historia, tum etiam ex recentiorum Enneadecacteride ; aliter etiani contra eosdem situm extulit. Tandem ipsam nobis tradit Enneadecaeteridem Metonicam, quam (quamquam non rediret in orbem cum Ennead. Julianā) fuisse tamen docet eatenus integrām, quatenus mensuram Lunarium similem ubique & sibi consentaneum circuitum reddēbat, eatenus etiam, qua dies quoque integros in rationibus Solaribus pro Metonis sententia, complectebatur. Methodum denique, qua dies in periodo Metonica ad dies in periodo Julianā redigendi sint, docet.

In Dissert. II. usum Cycli Calippici itidem civilem adstruit, multisque corroborat exemplis ; quorum etiam occasione obiter locum Pyanepsonis in anno Atticorum quintum, tempore sa^ltem Timocharidis, adversus Petutum afferit. Quibus prælibatis, initium statuit Epohæ Nabonassareæ a Febr. 26. anni Varronianī Juliani VII. & anno, quo Athenas expugnavit Sulla, Varronianō 66⁵ (qui cum Periodi Calippicæ anno decimo quinto concurrebat) eundem fuisse Anthesterion. 1. & Martii vet. 1. utrumque vero eundem cum Januarii Juliani 18. Ex hoc vero Sullæ loco falsissima veterum de anni Graeci Romanique commissione ratiocinia prodūsse dicit. Præterea observatam probat ab Atheniensibus Periodum Calippicam ad tempora usque Dion. Halicarnassæ, annumque U. C. Varron. 747. Post paucos aphorismos, Graecos recentiores anni Attici mensiumque imperitissimos dicit ; annorum etiam mensiumque veterum apud Athenienses formas diu ante Epiphanium, & imo etiam Plutarchum & Josephum, in desuetudinem abiisse. Agit deinde de Plinii Calendario societti restituto pro mente Sosigenis (ut videtur) atque Caesaris;

faris; qui Plinius primus Romanorum (Astronomiae admodum imperitorum) fuerit, qui de anno Attico congrua sit loquutus. Sub æra ergo Christi anæ initium, mutationem factam scribit mensium Atticorum Lunarium in Solares, in quibus tamen eadem servata sint festa, quæ olim in Lunaribus. Porro de hebdomadibus in honorem Apollinis, quarum Gellius meminerit, agit, quas menstruas fuisse, & Lunæ appellari potuisse, etiam in forma mensium Solari, arbitratur. In fine tandem dissertationis, differentiam Cycli Calippici & Metonici tradit, iliumque dicit detraxisse rationibus Metonicis diem unum; anni tamen initium utrius idem fuisse, uti etiam situm Embolimorum, & die rum exemptuum intervalla: exemptiles item a singularum Enneadecaeteridum initii non numerasse pro Metonis exemplo Calippum, neque a Cycli etiam universi initio ad finem usque continuas, sed primæ Enneadecaeteridi seorsim numeratae exemptilem suam tribuisse addititiam, reliquas a secundæ initio exemptiles ad finem usque Cycli continuas numerasse.

Dissertatione tertia agit de Cyclis Atheniensium Metone antiquioribus. Ubi primo Autor Astronomiam apud Græcos adeo antiquam non esse, quam ipsi gloriantur, perhibet, nec ullam Græcis, nem dum Romanis aut Babylonis observationes antiquiores esse illis, quæ in Epochæ habita sunt Nabonassarea, tradit: cum & Eclipsium doctrina tam apud Græcos, quam Latinos & Ægyptios, Æra hac sit recentior, & Zodiaci etiam obliquitas, Eclipsium doctrinæ plane necessaria, illis incognita fuerit usque ad Thaletem, qui primus illam agnoverit atque Eclipsin prædixerit, nec non Hesiodium; unde hæc illi coœvus fuisse videatur. Cujus rei occasione porro de Hesiodi & Homeri ætate verba facit, quem posteriorem etiam post Olymp. 23 floruisse, testimoniis Theopompi & Euphorionis, nec non ex ætate Arctini, Midæ, Lycurgi, Epimenidis, & Pythagoræ (eujus chronologiam omnem hic explicat) probatum it, & tandem juniores Homero fuisse Hesiodium statuit. Post hæc de forma anni mensiumque ante & post Thaletem tractationem instituit, & Cyclos post illum antiquissimos Tetrætericum & Octætericum, eumque duplicum, vel mensium 4 multorum, vel integrorum facit: docet etiam quis sit ille Cyclus Heccædaeaetericus, qui Metonicum proxime antecessit? quodnam ejus fuerit initium? dies scilicet sextus Febr. Juliani, anni Var.

Varron. 258: item quando coepit primus Atheniensium a Solone constitutus Cyclus? vel etiam Octaeteris Cleostrati Embolimorum integrorum, quæ Cyclum Harpalii proxime praecessit? Quibus ita præmonitis, a Cyclis ad Atticos Fastos progreditur, ubi proximus ipsi ante Metonem (quem anni civilis initium a bruma ad solsticium astrivum mutasse supra dixerat) Archon (cum enim anni initio novato initia etiam Magistratum novanda essent, Archontes præcipue Eponymos, & Prytanias observabant) est Apseudes, ne quidem semestris: & superiores inde Archontes cum annis potius Julianis quam Olympiis concurrisse existimat: tempore etiam Solonis quatuor tantummodo Tribus & Prytanias (quarum tempora ad Chronologiam minime necessaria sint) ab Olymp. vero LXVII decem constituit, & quomodo per anni menses in Tetraeteride, Octaeteride, & Heccadecateride distributæ fuerint, docet, quas tandem Prytanias etiam fixas fuisse probat.

Quarta Dissertatio Cyclos Olympiadum civiles considerat, & annos Olympicos mensibus constituisse Lunaribus, initium quoque anni Olympici, qua Epochæ erat, a proximo post solsticium novilunio civili fuisse docet. Cyclum Octaetericum apud Elidenses receptum fuisse, e Scholiaste Pindari, item ex Africano & Censorino probat. Idem porro Elidensibus communesque cum reliquis Gracis videatur ipsi fuisse Cycli ante Octaetericum, inducto testimoniosis Gemini, Herodoti, Ciceronis, Censorini. Cyclos etiam Metonis & Calippi receptos ab Elidensibus, ex eodem Pindari Scholiafeste confirmat, & Africatum duos hos Cyclos in Olympiadum supputationibus supponere ostendit. Tandem comparatione facta inter menses Elidenses & alios, negat Olympia Elidensia esse, quorum meminit Cicero L. XVI. Epist. 7 ad Atticum, sed ludos tantum Apollinares. Denique Statu tempore (L. IV. Sylv. IV.) Ær. Christ. anno XCV cum Julio Romano concurrisse mensem primum Elidensem monstrat.

Quinta Dissertatio sistit Cyclos Delphicos & Bœoticos. Delphenses quidem eodem dicit usos fuisse Cyclo, quo veteres Romanos, trium Octaeteridum, dierum numero quotannis dispari, & mutilis Embolimis: eundem etiam Cyclum Bœotis usurpatum, colligit ex Plutarcho. Deinde tradit, quando uterque coepit, & Delphicum vel ab ipso Pythagora, vel a Pythagoræo aliquo esse putat, quod tam apte con-

ve-

veniat cum tempore ipsius Pythagoræ. Præterea & alios Boeoticos & Delphicos Cyclos prædicto antiquiores considerat, & si quem novum post prædictum & Metonis Cyclum usurparint Delphenses & Boeoti, eum forte fuisse Oenopidis Chii, qui medius fuisse videatur inter Cyclum Harpalii & Metonis. Commissis deinde cum Cyclis prædictis Cyclo Boeotico, Metonico & Calippico, tandem nobis menses Boeotorum, & oracula Delphica olim annua, dein menstrua describit.

Dissertatio sexta complectitur Ludos Isthmicos, Corinthiorumque & Sicularum Cyclos. Ubi i. tempus, quando Isthmia agi fuerint solita, nempe mense Attico Hecatombazone fere medio, indicatur; 2. Isthmiorum diversitas, alia enim Olympiadum annis primis ineuntibus, alia tertius sed mediis celebrata dici; 3. anni Isthmici, qui formam sequuti sint Cyclorum Corinthiacorum, ante Metonem eorundem qui Atheniensium. Porro eodem Cyclo, nempe Metonico, usos tradit noster Corinthios, Syracusanos, & Athenienses, anno Cycli hujus 20, 86, & 93; unde factum sit, ut menses Attici noti fuerint quoque Carthaginensibus. Anni postea Corinthii Siculique initium ab eo mense, qui Attico respondebat Boedremioni, post ortum caniculae statuit; mensemque Isthmicum, non anni Corinthii primum, sed quod Kalendarium attinet, idem illis quod Atheniensibus initium fuisse scribit: postea vero Achæos (quibus accensiti Corinthii) annum a Pleiadum ortu, mense Juliano Majo inchoasse, & Cyclis introducatis sepe mutare solitos fruisse initia Magistratum, non mutatis Kalendariis.

Septimam quod attinet Dissertationem, in ea de Nemeis & Cyclis Argolicis agitur. Illa Nemea tribuuntur annis Olympiadum primis & tertiiis, primis quidem hiberna, tertiiis æstiva: respondetar etiam ad argumenta Petiti secundis tertisque Olympiadum annis Nemea statuentis. Constitutur quoque Nemeorum & æstivorum & hibernorum tempus: illud quidem die XII Panem, non Corinthii, sed Argolici, & proinde Macedonici, qui Attico Metageitnionis respondebat: hoc etiam unius diei, & quidem duodecimi mensis, quicunque demum is fuerat, in quem incidebat: qua etiam occasione Isthmiorum tam æstivorum quam hiemalium tempus indigitatur. Inquiritur porro, quid sit apud Xenophontem Lib. IV Isthmiorum σταδιας & μηνας υποφέρειν: item initium anni Argolici, quod in ve-

re positum videatur, & juxta quam anni Argolici Solaris formam. Neinea Aestiva Aug. 12. Hiberna Feb. 12. sint habita. Argolicos tandem Cyclos eosdem cum Atticis, & ab iisdem exordiis esse, probabiliter deducitur.

In octava dissertatione de Cyclis Laconicis, deque Magistratis a Xenophonte memoratis, ad finem usque belli Peloponnesiaci, agit Autor, primumque Lacedaemoniorum Chronologiam universæ Græcæ Historiæ inservire docet: illos vero menses Lunares & periodos observasse, & quidem periodum Octaetericam. Anni Laconici initium a proximo post Äquinoctium autunnale Novilunio ponit, & Octaeteridem illam anno Præturam Arati præcedente cœpisse scribit, & primam quidem post Cyclum Metonicum Olymp. 884. Multorum autem Embolimorum Octaeteridem, tempore prælii Marathonii usurpasse Lacedaemonios, & forte post tempora Metonis retinuisse, sed pro hypothesibus Eudoxi emendataam. Annos Xenophontis Magistratus quod attinet, eos non a Xenophonte, sed ab interpolatoribus, & tamen, qui recte constituentur, utiles esse, dicit. Ostendit præterea, quo pacto cum fine Thucydidis initium Xenophontis cohæreat, & quomodo fefellerit Usserius, qui ἀπέφαλον ad nos pervenisse putat Xenophontis opus, interpolator quidam, quem Olymp. XCIII mentionem cum vero anni illius Archonte atque Ephoro importune admodum intrusserit: cui quoque, non Xenophonti, errores in anno belli vigesimo tertio designando sint accensendi. Porro circa annum belli 24 observat Noster, alium junioresque interpolatorem numeros annorum addidisse, & annum belli vigesimum quintam Xenophontem a primo interpolatore non observatum, fuisse: ubi etiam, unde orti fuerint hi interpolatorum errores, & cum bello annos 28 integros non potuerit concedere Xenophon, ut fecit interpolator, indicat. Sed hæc circa argumentum, multis forte tædiosum, rurac sufficerint. De duabus postremis Dissertationibus proximo mense dicemus.

AUGUSTÆ BEICHLINGIORUM ORIGINES, IL
lustrisimo Domino WOLFGANGO DIETERICO, S. R. I.
Comiti BEICHLINGIO, Aule Saxonum Augusta
Regique Polonorum Consolario s.

Dres-

Dresdæ, apud Matr. Bodenehr, 1701, 4. Plag. 9.

Clerissimo hujus schediasmatis Autori, qui est Joannes Conradus Knauth, cuius in illustrandis patriæ rebus jam olim præclara extit industria, scribendi occasionem restituta nuper ab Augustissimo Imperatore **LEOPOLDO** Illustrissimæ Beichlingiorum Gentil augusta decora dedere. Quorum antiquo honori & vetustæ prosapia merito existimavit deberi, ut ea quoque in lucem omniumque notitiam produceretur, idque hoc imprimis tempore, quo tanto splendore magnorum ex ista Gente Virorum virtus emicuit. Ab antiquissimis autem temporibus, & ~~ad hanc~~ Historiæ Germanicæ periodo hasce origines repetit. Eam enim Erponem, Baronem de Beichling, cui Erphurdum debeat natales, celebrare observat. Ad illa deinceps tempora delatus, in quibus elarior Historiæ lux nobis affulget, antiquorum Comitum Beichlingianorum genus per Ottone magnum Ducem Saxonum, cuius ex Conradi Principe Bavarorum filius fuit Conradus Comes Beichlingius primus hujus familiæ, ad Henricos, Ottones & Wittekindos, magna inter Germanos nomina, refert. Terminasse familiam Comitum hujus nominis Bartholomæum Fridericum, fide in fortissimum veritatis confessorem & assertorem, Joannem Fridericum Saxoniae Electorem, maxime conspicuum, docet, eum anno 1560 sine prole decederet. Reliquis tamen eum monet agnatos aliquot junioris, ut loquitur, linea, qui Equestri forte contenti nomen Beichlingianum conservaverint. Horum seriem ab Illustrissimi Cancelleri abavo Mauricio, ad ipsum usque continuat, eaque occasione multa ad Wangenheimianam, Campianam, Lutichaviensem, Beckiam & Boyneburgiam Gentem pertinentia differit: illis enim Familia Beichlingiana affinitatis & sanguinis iure connoxa est. Quæ omnia ita tractat, ut antiquitates Thuringicas & Misnicas passim, ubi occasio tulit, attingat, iisque Lectorum animos oblectet: si fassim oblectari istis se patiuntur, quorum animos Heroica Beichlingiana Gentis virtus, in tot illustribus Viris maxime conspicua, imprimis vero in Eminentissimo Protosynedri Electorali Saxonici Praefide, hodieque per Dei gratiam superstite, ac redditu velut postlimanie Gentil sua Comitivana Majorum dignitate in vegeta senecta fruente, H E R M A N N O, nec non Celsissima ejus prole WOLFGANGO DIETERICO, ejusque Fratribus Illustrissimæ florentissima, praestrinxit atque occupavit.

*EXCERPTA EX LITERIS D. FRANCISCI MONGINOT ad D. PETRUM SYLVESTREM Regie
Societatis Socium de rara quadam Hemorrhagia.*

Translat. ex Transact. Philos. Angl. Ann. 1701,
mens. Jan. pag. 756.

Puella quædam duorum triumve annorum subito de Cephalalgia maxime atroci conquerebatur, & febre detenta inquietas ducebant noctes, palpebrae insimul usque adeo intumescebant, ut absque insigni dolore elevari haud potuerint. Quæ symptomata licet quandoque remitterent, per tres tamen quatuor menses perseverabant. Tandem motus convulsivi corripiebant ægræ artus aliasque partes, iisque per duos dies vehementissimi, donec ex naribus, ore, auribus, & oculis sanguis stillare inciperet, ita ut linteamina palpebris tum imposita humida & sanguine conspurcata existerent. Quæ hæmorrhagia licet integrum duraret diem, tantum tamen aberat, ut puella viribus orbata esset, ut potius ab omnibus symptomatibus libera consuetam reciperet hilaritatem, & cibos expeteret. Intra decursum anni integri quatuor talismodi redibant paroxysmi, non tamen adeo atroces; (convulsiones certe de sua sævitie multum remiserant) postmodum duo vel tres per annum tantum numerabantur, & cephalalgia ultra septimanæ spatiū non erat molesta, donec prorumpente iterum sanguine hæc desineret. Ante duos menses ad puellam, decimum nunc agentem annum, vocatus lecto affixam eam inveniebam, de enormi cephalalgia conquerentem, ac febre, catarrho & tanta dyspnœa laborantem, ac si peripneumonica esset. Quoniam tertius jam erat dies, ex quo talia patiebatur ægra, matri ipsius, sanguinis missioarem necessariam esse, retuli; quæ facile consentiebat, addens, se non dubitare, quin hæc symptomata prodromi hæmorrhagiae forent. Venæsectio nihilominus ad alterum diem differebatur, cum interim summo mane, prægressis convulsionis motibus, sanguis per narres, os, aures & oculos fluere coepit. Desierat jam fluxus, ubi illam invisebam, nec præter stillicidium ex ore aliquid propriis oculis usurpare licuit; adeoque dolebam, me non ocularem fuisse testem evacuationis hujus insuetæ; omnes nihilominus domestici unanimiter

sc-

se sanguinem ex omnibus dictis partibus profluentem vidisse, fatigabantur. Puella vero bene valebat, febre & catarro expers, spiritum libere ducebat, boni animi erat, & optimo ad cibos ferebatur appetitu. Et ab hoc tempore prospera fruitur sanitate. Quoniam igitur recidivæ rariores & symptomata imminuta jam sunt, spero paroxysmos nunquam redituros esse, aut certe credo, symptomata omnimode cessatura esse, quamprimum tributum Lunare solvere cooperit virgo. Dublini die 9 Januarii 1701.

OBSERVATIO DE RARA HÆMORRHAGIA PERIODICA, desumpta ex Epistola D. GULIELMI MUSGRAVII, Soc. Reg. in Anglia Socii, ad Editorem Transact. Philosophic. Anglicae scripta.

Excerpt. ex Transact. Philos. Engl. 1701,

p. 864.

Servus quidam ab infantia ad 24 ætatis annum passus est periodicas hæmorrhagias in sinistræ manus pollice. Ex hujus enī latere dextro prope unguem tempore plenilunii (rarius enim ante vel post diem unum plenilunii comparuit hic fluxus) absque ulla cephalalgia, dyspnoea, vel aliis plethoraæ signis, post aliqualem rigiditatem in ultimo dicti pollicis articulo, sanguis subito & eum impetu, per diversos rivulos, ad quatuor uncias, & postquam decimum sextum annum juvenis superaverat, ad libram dimidiā consueverat profilire. Sub qua copiosa licet sanguinis deplectione nihil de viribus perdidit hic, sed ad annum usque viceclimum quartum validus & succipiens nunquam non fuit observatus. Circa quem tamen ætatis annum, cum evacuatio hæc confuse & difficulter procederet, inussit partem dictam ferro candente, & sic hæmorrhagiæ suppressit, sed infausto cum eventu. Post anni enim quadram in hæmoptoen enormem incidit, quæ cum tussi conjuncta vires non solum prostravit, sed phthiseos metum etiam incussit, remota tamen tandem fuit per frequentes sanguinis missiones. Paulo post atrocissima vexabatur colica, a qua licet per purgantia fuerit liberatus, post admissum tamen frigus vel nimium corporis motum, facile in eam, (ut & hæmoptoen) recidebat. Breviter, post suppressionem consuetæ hæmorrhagiæ languidus evadebat, pallidam contrahebat faciem, & variis obnoxius erat morbis.

Ex

Ex quo docemur, Naturam, dum novas & extraordinarias in oeconomia animali methodos invenit, & aliquamdiu exercuit, turbari non debere; continuat enim hæc easdem &que feliciter ac ordinarias. Id quod observari debet in his & similibus hæmorrhagiis menstruis viorum, sive hæc prodeant per pollicem, sive per penem, (cujusmodi duo hic loci novi exempla) sive per aliam quamcunque corporis partem. Et tales evacuationes quod mensibus muliebribus sint affines, refutant opinionem illorum, qui causam menstruationis in fermentum uterinum rejiciunt: quomodo enim tale fermentum locale supponi potest in hoc negotio, cum dentur evacuationes similes in partibus, ubi tale fermentum stabulare haud valet?

LIBRI NOVI.

The Clergy-mans Law, or the Complete Incumbent. By William Wilson L. L. D. London, printed for John Place, 1701, fol.

A Vindication of the Christian Church, in the Baptizing of Infants drawn from the Holy Scriptures. By Theophilus Dorrington. London, printed for Job. Wyatt, 1701, 8.

Primitive Baptism. By St. Garder. London, printed for J. Wyatt. 1701, 8.

Anglia Libera: Or, the Limitation and Succession of the Crown of England explain'd and asserted, by J. Toland. London printed for Bernard Lintott, 1701, 8.

Medicamentorum Euæoçianæ Thesaurus, comprehendens ad omnes morkos experta nec non specifica Remedia. Opera Jo. Crusi. Londini impensis S. Smith & B. Walford, 1701, 12.

Pharmacopœia extemporanea: sive Prescriptorum Sylloge. Per Tho. Fuller, M. D. Londini, impensis S. Smith & B. Walford, 1701, 12.

Sanctorii Sanctorii de Statica Medicina Aphorismi, cum Commentario Martini Lister. Londini, impensis S. Smith, & B. Walford, 1701, 12.

An Essay towards the Theory of the Ideal or Intelligible World. By John. Norris. London, printed for S. Manskip, and W. Hawes, 1701, 8.



ACTA
ERUDITORUM,
publicata Lipsia
Calendis Martii Anni MDCCII.

*HENRICI DODWELLI, A. M. DUBLINIENSIS DE
 veteribus Græcorum Romanorumque Cyclis Liber.*

Oxonij e Theatro Sheldon. 1701, in 4. Alphab. 5.
 Prostat Londini apud Benj. Tooke,

DE prioribus octo Operis hujus Dissertationibus præcedentibus mense diximus. Nunc nonam & decimam recensebimus. In nona Dissertatione Noster tractationem de Cyclis Macedonum, obiterque etiam de Judaicis instituit; eosdemque primo Cyclos antiquissimos Macedonibus atque Atheniensibus fuisse arbitratur, idem etiam anni civilis initium, situm mensum, atque modum; nec non locum mensium Embolimorum. Monstrat deinde, qua ratione factum sit, ut mensum plurium dies sextos (tempore Philippi ob natum eodem die Alexandrum, & expugnatam Potidam, & acceptum victoræ olympicæ eodem die, quo κέλητι, sive equo singulari, victor idem Philippus fuit renunciatus, nuntium) pro eodem die habuerint posteri juniores Ephemeridum Alexandri consarcinatores. His porro antiquioribus temporibus usum anni Macedoniani Solaris Usseriani non fuisse, nec esse potuisse, probat: quemadmodum & Cl. Norisium dicit male menses Macedonum Lunares credidisse tricenarios. Quibus discussis, denuo anni Macedoniani Solaris Usseriani mentionem facit, eumque recentiorem anno Juliano constituit. Epocham etiam Antiochenorum Attiacam Romanarum in urbe illa antiquissimam, multis annis victoria ipsa recentiorem, partim argumentis, partim numis Norisi, Pagi, Sehelstrateni, Pàtini & aliorum demonstrat; seriorem contra illam esse, quia a Julii Cæsaris initio deducatur. Post Epochas Orientalium Romanas coepisse sentit apud il-

N

los

los anni formam Romanam; & paulo post Epochas Orientalium Farapegmata cum Kalendatio Juliano commissa esse: in priori Epochā Julianū cum Augusto confudisse videri Antiochenos. Chaldaeos Cy-
clo Lunari Calippico diu usos esse post tempora Alexandri M. probat
~~et~~ Babylonicis Chaldaeorum observationibus a Ptolemaeo conser-
vatis; quæ tamen quo pacto fuerint supputatae, nondum ait docuisse
viros eruditos. Fufus igitur in illam anni formam, quam supponunt
dictæ observationes, hoc loco Noster inquirit, adjunctis hanc in rem
variorum in mensibus Macedonicis (quibus designatae illæ sunt) or-
dinum temporibus & rationibus. Quibus rite explicatis, menses Ju-
daeorum & dies, quos respondere Macedonum mensibus & diebus (et
iam Lunaribus) dicit, atque ex Josepho probat, aggreditur adducitque
ipsa exempla ex Judæorum Fastis: atque primo annum Seleuc. 148 Cas-
teu XXV (de quo Maccab. Libri I. Autor) Sabbaticum cum Petito fa-
cit: deinde anno Seleuc. 181 proxime sabbatum secutam esse Pentecos-
ten, h. e. in biduo illo, quo Joh. Hyrcanus Judæorum Princeps, cum
Antiochum Sidetem comitaretur in Phraaten Parthum, ab hoc bidui
otium impetrarit, quod per Judæorum religionem nefas esset castra
movere; qua etiam occasione annum illum Seleucid. 177, quo Si-
mon Hyrcani pater interfactus est, Sabbaticum esse non potuisse, ut
voluerint haec tenus Viri alioqui eruditissimi, scribit, quia ipse Simon
pertigerit ad annum Seleucid. 177. ejusque mensim Judaicum XI,
qui ad anni illius fere finem, pro initio anni Judaici, pertigerit; qua-
re ad annum Seleucidarum sequ. 178 spectarit annus ille Sabbati-
cus, cuius meminit Autor Maccab. & ex hoc Josephus: item quod
ipsis his temporibus Maccabaicis (Lib. I. Cap. VI, 20. 55.) annus Se-
leucidarum CL fuerit Sabbaticus, ab illo autem septimus numeretur
non 177, sed 178. Demonstrat porro, anno U. C. Varron. 691, Cicero-
ne & Antonio Coss. Tisi decimum, *μετέας σύγχρονος* Josepho dictum,
fuisse Sabbaticum sive diem propitiationis, adeoque proprio quo-
dam jure Sabbatum; item anno Varr. 717, Tisi decimum Octobr.
Juliani VII, fuisse Herodi M. posselli regni natalem. Hæc postquam
proposuitset Autor, jam quis annus fuerit, quo Dominus in crucem
sublatus est, eruit nempe secundum ær. vulg. 34. Martii 26 fortassis.
Vulgo quidem credi inquit, certum annum illum fuisse, quo mensis
Lutiaris civilis decimus quartus in feriam incidit sextam. Ta-
lema

lēm autem annum nullum fuisse, inter decimum quintum Tiberii annum atque ejus Principis finem, præter duos. Anno scil. ær. Chr. vulgaris 30 Nisan 14 idem erat anno Cycli LV. April. Jul. 7. & feria 6 lit. Domin. A : & anno ejusdem Epochæ trigesimo quarto , qui erat Cycli LIX , rursus 14 Nisan erat Mart. Jul. 26. & feria itidem 6. litera Domin. C. Jam priori anno si passus fuerit Servator , non potuisse eum tot festa Paschalia observasse inter Tiberii decimum quintum suamque mortem, quot Dominum observasse testetur Johannes Evangelista. Quin vero plura Paschata observarit, quam quorum meminerunt Evangelistæ , nihil plane pugnare , cum præter S. Johannem aliorum Evangelistarum nullus plusquam unius meminerit. Non tamen convenire anno illi, sed superiori Eclipsi, cuius mentio est apud Phlegontem Trallianum. Satis interim convenire, quod Dominus superiori die , quam per Kalendarium licuit , Paschatos festum observavit , cum Kalendarii diem expectare non posset , quod vera Proculum dies Civilium Kalendariorum anticiparent. Ita vero accuratius eum festum observasse , magisque pro Hasidæorum exemplo , quam ipsos Phariseos. Itaque ne quidem licuisse festum ultra Kalendarii diem decimum quartum protrahere : nihil tamen obstitisse , quo minus antea observaretur , modo Luna revera XIV. appulisset ; de quibus etiam infra . Interea cum Cl. Petitus credat , mutatum fuisse paulo ante quam Dominus veniret , Judæorum Cyclum , hinc inquirit Nostrus in hanc sententiam , occasione variorum locorum Josephi , quibus Tabulas suas in fine operis adjectas mirifice confirmari scribit. Et cedem quidem Hierosol. a Floro Artemisii 16 anno Chr. 66, non sabbato , sed feria 5 factam , neque sabbato casum esse Pontificem Anataniam existimat : dein illum quoque locum tangit , quando Josephus Belli Judaici Lib. II. Cap. 23. p. 818. de Judæis (quos Cestius , cum ex Antiochia in rebellis Hierosolymitanos moveret , Lyddamque pervenisset , ibi non offenderit propter festum Scenopegiæ ; inde ergo per Bethoron profectus in loco , cui Gabao nomen , castra posuerit , qui ab Hierosolymis L stadiis distarit) ita scribit: Ἡ γὰρ δὴ τὸ μάλιστα παρ' αὐτοῖς θρησκεύουσεν σάββατον . Ubi refelliisse inquit hunc locum plurimos visceruditissimos , quod hoc Sabbatum pro feria septimanæ septima acceperint , cum tamen & alia quoque festa Sabbathi a Judæis appellantur , & ipse Legislator primum & octavum

N 2

hujus

hujus festi diem Sabbatum appellari Lev. 23. 39. Hunc vero octavum diem numerari a sacris etiam literis Tisri XXII : hunc porro pro Tabulis suis eundem esse diem ac Octobris Juliani primum feria 4, pro exactioribus vero Sept. 28 fer. 1, & sabbato etiam septimanali proxima. Hic porro si cum 22 Hyperberetæ die concurrerit, quod videatur, tria hæc lucrari se ad consilium suum admodum utilia confidit: I. Hyperberetæ Josephi, his etiam temporibus, non Solarem fuisse, sed Lunarem. II. Nondum adeo scrupulosos fuisse Judæos, ut *Φάσεων* rationem haberent in statuendis mensium suorum civilium noviluniis, sed e Cyclorum norma observasse, nec nefas existimasse, si civilium mensium initia, pro Cyclis accuratissimis constituta, a veris Lunæ & coelestibus rationibus parum aberrarint. III. ut Cyclum ab illis vel hinc observatum fuisse constat, ita illum alium non fuisse ab eo, quem repræsentent sua Tabulæ. In iis, quæ sequuntur, eundem probat ~~hunc~~ loco Josephi Hyperberetæ esse, qui in Originibus ejus, nec necessum esse, ut ille præcise fuerit 31 dierum. Refert etiam huc illum locum, quando de Bello lib. III. 12, p. 849 bis Jotapatan τιτταρεα-
νος γη μέρα καὶ εβδόμη expugnatam a Vespasiano dicit: nulla vero efficere Kalendaria, ne Solaria quidem, ut ad diem 47 obsidio du-
raverit, sed tantum ab initio in diem quadragesimum, & septimanæ se-
ptimum, nempe anno Ær. Chr. 67. Cycli 16. Panemi primum post no-
ctem medium esse Julii Juliani tertium, cuius mane urbe potiti sint Ro-
mani. Eundem vero diem Julianum, Solis occasu Panemi seu Ta-
muz secundum inchoasse, qui post noctem medium cum die Julii
Juliani quarto coincidebat, qui hoc anno litera Dominicali D. fuerit
Sabbaticus. Alia quoque exempla tradit, in quibus cum Lunaribus
Judæorum rationibus convenient menses Macedonici; imprimis au-
tem difficillimum omnium in Josepho diem, quem Urbi fatalem fu-
isse testatur, Gorpiæ nimirum octavum inquirit, qui Sabbaticus
fuerit, si fide dignus sit Dio. Hanc enim notam, ut putatur, diem
Juliani Septembbris octavum designare, qui illo anno æræ nostræ 70
litera Dominicali G. revera Sabbaticus fuerit. In sequentibus ostendit
Autor, quomodo illo seculo, quo Christus in carne versabatur, &
ubi jam quintus agebatur Cyclus Macedonum Calippicus, obser-
vatum sit, triduo a coelestibus civilia discrepasse novilunia, & quidem
ita, ut coelestia præcesserint: & hoc manifestum esse ex Eclipsibus il-
lorum temporum, quorun dies in coævis monumentis traditos ha-
beamus

beamus. Qui error cum innotuerit, vel diligentioribus peritioribusque saltem innotescere potuerit, neminem mirari debere, si Dominus festum Paschale ante Iudeorum Pontifices observarit: neque etiam novum fuisse hoc Domini exemplum, sed probatissimorum usū receptum, ne scilicet ultra civilis Kalend. diem decimum quartum festum different. Vitium vero non dissimulat tridui, de quo supra, ante urbis excidium correctum, atque ita factum testatur noster Dodwellus, ut annus Chr. 70, Gorpiæ octavus fuerit, in Cyclo etiam Lunari, Sabbaticus. Exinde vero, ait, nova oriri dubia, hancque Cycli emendationem obstat, quo minus dies excidii Jotapateni fuit, uti dictum, Sabbaticus; neque etiam verisimile esse, medio illo belli tumultu factam illam fuisse emendationem: sed nec fidenter se asseruisse, Panemi illius diem primum fuisse Sabbatum. Aliam ergo & meliorem explicationem diei expugnationis ex his fundamentis tradī posse, si minuatur decas, quem errorem non adeo difficilem dicit, & pro Ἰεσταρχοςη (apud Josephum) legatur Ἰειραχοςη, & a vero oppugnationis exordio numerus ineatur, & alterum duntaxat extremum includatur: sic enim omnia respondere aptissime. Fieri etiam ulterius monet potuisse, ut cum cruci affigeretur mundi Sospitator, ad vera coeli novilunia Iudei civilia sua Kalendaria redegerint: sic enim omnia optime congruere, si anno ær. vulg. 33. Dominum passum statuamus, quo anno Eclipſin, cuius meminit Phlegon, fuisse, in superioribus probaverat. Arbitratur autem, bidutum e rationibus Macedonum Calippicis detractum, anno 11. C. Varr. 728; triduum ab anno Varr. 804. Christi 51; illos vero duos e civilis Kalendarii rationibus subtrahendos dies, & quidem hoc tempore, Cyclo scilicet Calippico quinto nondum evoluto, fecisse, ut dies Nisan 14, qui (anno ær. vulg. 33. Cycli 58.) April. sexto olim concurrebat, jam Cyclo emendato, cum Aprilis die quarto coincideret, vere tum Sabbatico, cum litera Dominicalis esset D. Sic tamen propius accessisse ad verum coeli novilunium diem superiorem April. 3, quo Dominus agnum Paschalem epulatus est; sicque etiam arctioribus limitibus claudi licentiam illam privatis concessam Pascha anticipandi. Interim illam rationem novorum Kalendariorum Macedonic. & Iudaicorum certiorem fore, si adeo esset, quod vulgo creditur, exploratum, septimanæ feriam septimam illud fuisse Sabbatum, quod a Iudeis postridie post crucifixio-

nem Domini celebratum legimus. Verum enim vero cum nullo prorsus exemplo V. T. παρασκευὴ hebdomadali Sabbato, sed festis duntaxat, & præcipue Paschati, tribui probari posuit, exinde eluere, Evangelistas, Marcum cum primis XV, 42, Paschatis potius quam Sabbati propriam rationem reddere, cur die illo, quo passus est Dominus, παρασκευὴ habetur, & Johannem XIX, 31. expresse innuerit, nisi μεγάλη illa fuisset ἡμέρα, non futuram alioqui παρασκευὴν. Neque huic hypothesi obstat, quod a junioribus Rabbinis Sabbatum hebdomadarum, quod proxime paschale epulum præcessit, magnum appelletur; id enim fieri sine ullo V. T. aut etiam Philonis & Josephi exemplo. Ita vero hoc Sabbathum censere Evangelistas, ut alium deinceps ab eo Sabbathorum numerum, hoc extra numerum relieto, auspicentur, uti Matth. 27, 62. 28, 1. Marc. 16, 1. Luc. 23, 54. 56. Joh. 19, 31. proximum diem μίαν σαββάτων, Matth. 28, 1. Marc. 16, 2. &c. item πέμπτην σαββάτον Marc. 16, 9. Exinde etiam haberi posse compertum Sabbathum διυλεόπτωσιν Luc. VI, 1. confidit. Vulgo enim hoc referri ad Sabbathum hebdomadarum, cum in illud festum aliquod maius incidisset: facilius autem referri posse ad has μεγάλας ἡμέρας, quas etiam ipsas Sabbathorum nomine insigniri, supra jam fuerit ostensum: Sabbathum vero illud δευτερόπτωσιν apud Lucam Pentecostes fuisse, e tempore messis jam matura facile colligi. Quæ omnia fusiū prosequitur, quam ut in hac chartæ angustia possimus exacte recensere. Hodieorum tandem Judæorum Cyclum ex illorum natum ratiociniis, multoque recentiorem originibus Christianis, ipso quoque R. Jehuda, Autor existimat. Declarat exinde ia ipsa Seleucidarum Épocha discrepantiam: illamque urbes a suis annorum civilium initii exegisse, ita, ut multæ Diuum primum numerarent, a quacunque demum tempestate annum ordirentur. Ipsum hunc Diuum esse, cuius mentio fiat 2. Macc. XI, 21. ubi quidem legatur in Latino interprete *Dioscuri*, in Græco autem textu Διοσκορίδης melius, rectissime facillima ad Autoris mentem mutatione Διὸς Κορείδης. Exercuisse vero hactenus eruditos memoratam discrepantiam inter primi secundique Mae-cabaici libri Autores, in annis Seleucidarum supputandis. Numerare enim libri primi Autorem Judæum, pro more patræ, Epochæ annos a Nisan Ebræo, vel a Syro-Macedonum Xanthio, quem eundem fuisse mensem & Josepho constet; secundi vero Autorem ab autuno, initio codem undiectiam Antiocheni Macedones: cuius utri-

usque rei veritatem variis Noster exemplis illustrat. In ultimo denique capite, annum Macedonum Solarem Usserianum non ab anno Juliano, sed a Chaldaeorum Parapegmate oriundum monstrat: id quod ipsum etiam Usserium agnoscere, non tamen, quodnam illud parapegma fuerit, vidisse scribit, additque se Dionysii veteris Astronomi, cuius exempla aliquot servaverit Ptolemaeus, fuisse arbitrari.

Dissertatio decima omnia prolixissima & ultima antiquos Romanorum Cycles exhibet, agens primo de duobus Merkedoniis, qui deerant in Kalendario Romano eo tempore, cum Siciliae Praetor effet Verres; de Kalendis veteris Martii, quae cum Graecorum civili novilunio concurrerunt anno Varr. 683; de natali item Augusti, die Sept. Jul. 23, veteris autem Novemb. 9. anno Varron. 691: quem utrumque videatur designasse Virgilius Lib. I. Georg. vers. 32. & eui non repugnet, quod sub Capricorno natus fuerit Augustus, quod semper haec tenus obstiterit eruditis; etsi enim eum in Augusti ortu fulsisse testetur Manilius & Germanicus, hoc tamen longe rectius quadrare in culminantem, quam horoscopantem Capricornum. Porro de Parapegmate Romano, unde natalem, pro Solaris anni rationibus, hauserit Augustus, agit, & antiquissimum esse probat, & reformationem Kalendarii, quam Julius coepit ad hunc Parapegmatis modum, inde deducit: pro quibus etiam Parapegmatis normis intelligenda sunt tempestates anni Livianæ & vetustiorum Livio autorum. Dein varios nobis Merkedonios, qui in quibusdam annis deerant, & interdum suppleti sunt, describit, quemadmodum & Nundinales dies, ut & exemptionem Nonarum prepter Nundinas. Quibus missis aggreditur Historiam Romanam, in qua nullum esse post Consulatum Æmiliū anno Varr. 586. anni defectum probat e Quinquenniis Consuliis; in Ludis vero suis secularibus Augustum annum unum dedita opera omisso scribit. Tangit etiam difficile, & quod nondum ab eruditis observatum argumentum, de anno nempe, quo Consulatum gesserit Æmilius, quique sit Varron. 586, non 585; de suppletis etiam Merkedoniis maiori & minori, anno Varr. 568 & 567, per duos minores, unde ad annum usque 560 pleni sint anni, pleni etiam Merkedonii: unde male creditur Scaliger, his etiam temporibus annitatempestates perversas fuisse propter vicio las Pontificum intercalationes. Taxat quoque Livium annum L.C. Varr. 547, cum Ludis committentera Olympicis L. 27. c. 35.

Qua

Qua deinde occasione observationem annectit necessariam in committendis invicem Græcorum Romanorumque annalibus. Sic v. gr. annum Varr. 490 partim concurrisse cum Olymp. 128. 4. desinente, partim cum Olymp. 129. i. incipiente: quo tempore medio aliquo die inter Mart. 17. & 23. Consulatus iniri solebat; post annum autem Varr. 502. ad initium belli Punici secundi a mense fortasse Majo. De suppleto forsitan anno 494 Merkedonio, ~~clim~~ debito loco detracto, agens, recte se habere probat ad hoc usque tempus Fastos ex intervallis fide dignissimis, & ex diebus etiam triumphalibus, qui proinde non fuerint nundinales; ubi simul argumenta in contrarium non id, quod videntur confirmare, necessario evincere ostendit. Imo Fastos integros esse ad finem belli cum Pyrrho, qui fuit anno Varron. 479. (quo loco de variis Epochis tractationem instituit, v. gr. de Varronianâ, sive Urbis cond. omnium accuratissima, quam Dio Cassius, major Plinius, Censorinus & Vellejus; & Catonianâ, quam D. Halicarn. atque Livius sequantur) & ab hoc ad annum Varr. 460. (ubi de annuis Magistratibus, qui ab anno II. C. Varr. 363. Kalendis Quintilibus inibant, agit) porro ad annum 450. & 435. inter quos duos terminos, annorum Varronianorum 447 & 448 Consules apud veteres suspecti fuerint: Livium etiam Dictaturam annuam anni 445. Varr. omisisse, ut & Diodorum (pro Fabii Pictoris rationibus) indigitat. Ulterius se recte habuisse Fastos ad ann. Varr. 425, quæque annorum civilium his temporibus exordia fuerint; quomodo non nunquam Livius cum suis rationibus miscuerit rationes Epochæ Fabianæ, item quæ illæ & quales fuerint; unde etiam fluxerint tantæ in historiâ Rom. antiquissima discordiæ, diducit. Annales primos non per Coss. sed per templorum clavos descriptos, hosque postea a junioribus cum sui temporis Fastis Consularibus commissos, primo mutatis, tum deinde paulatim sincerioribus, narrat. Originem vero clavorum Capitolinorum aliis ab ipso Regifugio, aliis & rectius a tertio post Regifugium anno censi dicunt. Monstrat etiam, quibus ratiociniis processerint Varronianî in Fastis receptis ad fidem Archivorum Quindecimviraliū exigendas: quomodo inter ann. Varr. 419. & 425. Coss. qui in Fastis hodiernis desiderantur, inseruerit Pighius; recte quidem, sed non anno illo, quo ipse volebat, sed anno Varr. 423 inferendos. Hos Consules etiam agnoscit Livium, sed rejectis annuis Dictaturis;

recte

recte autem & hic se habere Epocham Varronianam : Polybianam secutum hic esse Corn. Nepotem : annum inter ann. Varr. 310 & 354 nullum inseri potuisse, ut male hactenus crediderint Viri docti : quemadmodum & Cl. Rubenii sententiam refellit, de anno scilicet ante ann. Varr. 328 inferendo. Post Decemviro^s usque ad annum Varr. 418, uno anno auctiorem esse Varronianam Epocham Catonianam : omissas esse a Catonianis tres annuas Dictaturas : Gellium nonnunquam sequi Varronianam, nonnunquam Polybianam & Corn. Nepotis Epocham : & quæ sunt alia hoc loco ab Autore prolixius allata. Post hæc Censorum successionem nobis explicat ; Liviumque emendat ; stabilit etiam Varronianam inde Epocham. Tandem agit de Martio primo anni Cyclici mense a primis Decemviris constituto : de intercalari primo pro Varroniano anno Epochæ suæ 306, pro Catonianis 308 ; ubi de intercalando Populum non ipsos rogasse Decemviro^s, sed potius Consules scribit. De Fastis porro receptis integris usque ad Regifugium : de exordiis anni Romani civilis ante Decemviro^s : de anni Lunaris apud Romanos usu non ad Numam, sed Tarquin. Superbum referendo : de Cyclo item Pompiliano ejusque emendationibus : de argumentis Catonianorum ; de tabulis Censoriis ; de temporibus Aristodemum Cumani &c. Ulterius de plerisque Romanorum Annalium conditoribus magis Catoni quam Varroni addictis, qui post illum & ante hunc scripserint : de reliquorum veterum Epochis Fastis destitutis, & pluribus erroribus obnoxiiis : de convenientia originis Cyclorum Lunarium apud Romanos cum superius tradita historia Astronomiæ : de anno decimestri sub Romulo fictio, nisi fuerit Solaris, mensium Lunarium forma nondum inventa : de anno Rustico sidereo omnium antiquissimo, & denique de historia Romana ante Romulum nulla fide digna, vel Romuli ipsius fortasse dubia.

Singulis his Dissertationibus subjicit in calce operis Tabulas plurimas & exacte elaboratas : addit quoque nonnulla, vel potius accuratius deducit, (quod in ipso opere forte non licuerat) de ætate Hesiodi, Midæ & Homeri, item de tempore Hegesarchi Tritænsis Arcadii, quo Isthmiis vicerit & Nemeis. Neque hic prætereundum est omnino, quod ipse in præfatione admomuit Lectorem Clarissimus Author ; nimirum operam suam absolvisse jam typographum in Annalibus suis tam Thucydideis, quam Xenophontis. Obstat etiam, quominus una prodeant, Auctarium de ætate Phalaridis & Pythagoræ, in causa

Q

vero esse eruditissimas lucubrations de Phalaride Cl. Bentleji ejusque adversarii: neque tamen hanc moram fore admodum diutinam.

SYNTAGMA VARIARUM DISSERTATIONUM RARIORUM, quas Viri doctissimi superiore seculo elucubrarunt.

Ex Museo J.O. GEORGII GRÆVII.

Utrecht, apud Guil. van de Water, 1702, in 4. Alph. 4. pl. 7.

Opuscula minutiora amicis plerumque scripta raro fines patrios excedere, citoque nimis interire, nisi majoribus inferantur operibus, res satis nota est. Ea vero celeberrimum commovit Grævium, ut & hoc libellorum in Germania seculo superiore a Viris doctissimis editorum corpusculum concinnaret. Primo in eodena loco comparet doctissima *Reinesii τε τάρυ de Lingua Punicā*, dissertatione, in qua isthane non Arabicam esse ostenditur, sed Phoeniciam, qua usi sunt Sidonii, Tyrii, aliique Phoenices, qui Cananæi in libris Mosaicis dicantur. Succedit ejusdem Autoris dissertatione *Deo Endovellico*, cuius cultus in lapidibus aliquot Hispanicis celebratur. Sequuntur testio loco *Hermannii Conringii adversaria Chronologica de antiquissimis Egypti Dynastis*, in quibus sententia Chronologorum communis de regni Assyriorum & Medorum vetustate, qua autorem agnoscit Ctesiam, tanquam falsissima exploditur. Inde legere est epistolam, quam pulcherrimæ de scriptoribus Historicis Philosophicæ commentationis Autor *Joannes Jonsius* (tum quidem Jonsenii nomine delectatus) ad Marquardum Gudium, isto tempore in Academia Jenensi optimis artibus operam navantem scripsit, in qua ea de Spartorum genitiva nota, lancea, cuius apud Aristotelem præter alios mentio in Politicis reperitur, differuit, ac perperam a Gregorio Nazianzeno Spartatas, & a nonnullis Spartanos, Spartorum loco nominari docuit. *Jobannis postea Wandalini*, Hebraicæ priuam literaturæ, ac deinceps Theologie in Academia patria Hafniensis Professoris, tandemque Scandianæ Danorum Episcopi, dissertatione subiungitur, quam ille *de feria passionis & triduo mortis Christi contra eivem suum Wilh. Langium A. 1651 evulgavit*. Ediderat enim Langius Lugduni Batavorum tres libros de annis Christi, quibus communem Christianorum sententiam de feria sexta, qua Christum crucifixum obiisse eredunt, revertere, illiusque obitum in quintam retrahere studebat. Suorum igitur partium *Wandalinus* esse duxit, ca-

riosum opifionis istius novæ fundamentum penitus diruere. Habet heic pôrro exercitationem Historicam & Philologicam de sceptri *Judaici ablatione elucubratam* a Georgio Erycio Phaletrano; quod quidem nomen supposititium est, genuinumque potius Autor, Serenissimo Duei Saxoniae Vinariensi a consiliis, & supremo Concilio Ecclesiastico adscriptus, habuit Güntheri Henrici Plathneri, qui interim, ut doctorum de hoc libello suo iudicia exploraret, sub isto velo latere voluit. Plures autem consignaverat hujas nocte dissertationes, quas *Kugianus* nomine cogitarat publicare, nisi ea mors ipsius immatura orbi eruditio invidisset. His aocedit *Christiani Daumii de causis amissarum Latine lingue radicum diatribe*, in qua non paucas voces Lexicis ignotas cum earum radicibus ex omnium etaturn scriptoribus collectas reperias. Daumio socius datur *Andreas Rivenius* cum sua de *Majuma*, *Maicampis* & *Roncalis*, duabusque de *Venilia* & *Salacia* Dissertationibus, in quibus fere Philosophorum & Philologorum omnium, qui tura temporis de æstu maris ejusque causis aliquid ediderant, opiniones examinantur. Inter itas vero de Majuma & de Venilia, *Chr. Frid. Franckensteinii de Erario populi Romani* dissertatio interponitur. Index denique rerum, phrasumque & verborum, qua hoc in volumine habentur, subnectitur,

THOMÆ CRENI ANIMADVERSIONUM PHILOLOGICARUM & Historicarum Pars decima.

Amstelodami, apud Sebastianum Petzoldum, 1703, in 8. pl. 20.

IN parte hac decima memorie beati *Sel. Cellarii*, Christophori filii, consecrata, Animadversionum suarum, doctissimo Creno sub initium rusticari placet: vita namque suralis ipsi adeo arridet, ut de iis, quæ huic sunt familiaria, per paginas sexaginta differat. Et occasionem quidem desumit a rei rusticanae scriptoribus, Catone, Varrone, Palladio, Cokumella, quorum editiones reenset, stylum commemorat, scriptaque passim illustrat: unde ipsi de nueibus p. 46, de malis Persicis p. 52, de olyionate p. 60, de pomis p. 46, prunis p. 33, porto p. 19, thymo p. 13, de vino fumigato, & quomodo ei inducenda yetu, flas? p. 58, deque rebus ejusmodi aliis prolixus sermo est. Mundus an seneciat, nec hodie tam fecundus sit, quam antea? p. 41f. disquirit.

Sed moris sui in allegandis diversis optimorum Auctorum edi-

tionibus nec hic dememinit; unde præter ea, quæ nominatos modo rei rusticæ scriptores respiciunt, de Catulli quoque, Tibulli & Propertii p. 6 f. Valeriique Flacci Argonauticorum editionibus p. 68 f. agit. In Ambrosii Ansberti ætatem p. 77 f. inquirit. De Justi Lipsii Lovanio p. 85. f. judicat. Annum emortualem Thomæ Aquinatis determinat, ejusque scripta quedam recenset p. 85. 88. M. Aurelii Antonini Imperatoris ad Senatum de victoria adversus Marcomannos & Quados epistolam futilitatis accusat, p. 161. In Thomæ Bangii Cœlo Orientis nonnulla taxat, p. 99. Jo. Brentii de suo exilio epistolam non ubivis obviam apponit p. 221 f. Synopseos, quæ sub Dorothei nomine circumfertur, autorem non Tyri illum Episcopum, sed alium constituit, p. 246. f. Quid de facto Catonis, Atilia uxore repudiata Marciam ducentis, hancque deinceps Hortensio, sobolis illam procreandæ causa expertenti, in matrimonium conceidentis statui debeat? p. 92. f. & 281 f. commemorat.

Prolixus admodum excursus est ad plagii criminis insigillatos Eruditos aliquos, quorum catalogum a p. 162 ad 204 secundum alphabeti literas disposuit, è quo potissimos referemus. Etenim in hoc numero comparent: Acron, Leo Allatius, Ambrosius, Apianus, Apulejus, Stephanus Aquæsus, Jacobus Ayrerus, Jo. Bernartius, Matthias Berneggerus, Jo. Braunius, Georg. Buschmannus, Guil. Budæus, Jul. Caesar Bulengerus, Cæsarius, Georgius Calixtus, Quintus Lutatius Catulus, Horatius, Guil. de Choul, Adamus Contzenius, Claudio Salmasius, Jo. Corasius, Alb. Cranzius, Nicol. Erythræus, Tanaquillus Faber, Florus, Franc. Forerius, Jo. Glendorpius, Georg. Hornius, Andr. Hyperius, Julianus ἐπίσκοπος, Barthol. Keckermannus, Corn. a Lapide, Joseph. Laurentius, J. Lipsius, Macrobius, Jo. Maldonatus, Th. Malvenda, Paulus Manutius, Mausiacus, Ægid. Menagius, Mercerus, Merula, Phil Mornæus, Nicephorus, Hier. ab Oleastro, Jo Adamus Osiander, Nicol. Perottus, Plutarchus, Poelenburgius, Antonius Possevinus, Rabanus, Ramiresius, El. Schedius, Abrah. Schultetus, Diod. Siculus, Stephanus Byzantius, Adam. Tannerus, Tarquinius Gallutius Sabius, Jac. Augustus Thuanus, Adrianus Turnebus, De la Mothe le Vayer, Polyd. Vergilius, Aurelius Victor, Gerh. Jo. Vossius.

Equa circa Olyssiponem, oppidum, ex vento concipientes

p. 70

p. 70 s. ab Autore introducuntur. Advocatorum apud Romanos origo p. 43 panditur. Roma cur dicatur Amaryllis? p. 159 queritur. Eos autem, qui putent, urbem modo nominatam Cephalon a Gergithio dictam fuisse, graviter hallucinari p. 154 s. Noster asserit, cum Cephalon Gergithii, vetusti Scriptoris, ab urbe sic vocati, proprium nomen sit. De galeis, quibuscum infantes nonnunquam nascantur, p. 210 s. ex Gemma judicium apponit. Spurios in Equestrē Melitenſum ordinem cooptatos p. 252 nominat, deque ordine Cherubinorum, Salvatoris mundi, Cinguli, & S. Jacobi, p. 255 aliqua commentatur. Quantopere a Gallis contemnuntur Helvetii, p. 248 s. innuit.

Sub finem octo Epistolas Virorum eruditorum, *avx̄dōr̄ḡ* anteā, legendas exhibet. Harum primam ad Fred. Sandium misit Antonius Thysius, inque ea de scripto Hugonis Grotii adversus Socium ita fatur, ut multum ei laudis tribuat. Altera est Balthasaris Lydii ad Adrianum van Blyenburgh, qua præter alia Lipsii in religione inconstantiam perstringit. Tertia Joannis est Acronii ad Conr. Vorstium, quæ & de Jac. Arminio nonnulla refert, & de Catechismo Heidelbergensi a Goudanis hāud recepto differit. Quartam ad eundem Vorstium Goclenius scriptis, ejusque de libero arbitrio doctrinam calculo suo comprobavit. Quinta Graphei ad Plantinum est, in qua hunc ille de nova Sleidani editione informat. In sexta Arminius Jac. Uytenbogardo theses quasdam suas distribuendas committit. In septima Borrius quidam Simoni Episcopio prolixe morbum Jac. Arminii exponit. Denique octava in epistola Guilielmus Henricus Vorstius, Conradi filius, Nicolao Borremansio sermones quosdam, cum Claudio Saknafio ex Suecia reduce habitos, nunciat.

*LEONH. CHRIST. STURMII FIDA MANUD*ll-*
etio ad formam munitiorum inexpugnabilium ope axiomatum
GEORGII RIMPLERI iuveniendam.*

IN ea semper opinione fui, secundum principia sive fundamenta Ia G. Rimplero, Caſareo quondam eoque primario Architecto militari, in libello fuppeditata, cui titulus est die beſtigre Festung &c. formam muniendi talem construi posse, quæ cum nimios sumtus haud requirat, ita tamen comparata ſit, ut hoſti per propugnaculum vi-

ACTA AUDITORUM

saptum in urbis viscera penetranti intus, si non magis, æque tamen atque foris, resistere queat. Neque me ab ista sententia reliquorum fe-
re omnium Ingeniariorum dissensus absterrere potuit, quicquid suæ
sententiaz adverius Rimplerum, iuræq; militari celeberrimum, ex-
perientiam ipsam patrocinari asseverarant. Publico tamen cum il-
lorum, tum cæterorum Mathematicorum, judicio cogitata qualiacun-
que mea exponere hactenus non ausus sum, metuens ne bellica-
praxi destitutus forte a vero aberrarem. Interim Cæsareæ Majestatis
sumimus hoc tempore Ingeniarius, Jacob de la Vergne, qui durante
nupero per Hungariam bello, rerum bellicarum frequenti ac diu-
turno usu, si alius quisquam, exasciatam sibi artis muniendi periti-
am comparavit, scripto de ea re libello, ac Viennæ A. 1700 edito,
non dubitavit asserere, in sua muniendi forma, quæ a vulgari nihil
fere abhorret, desideratissimum illum internæ defensionis modum
obtineri posse. Hac re audaciore factus, cum persuasissimus esset,
absque ullo sumptuum augmento, id quod Vir peritissimus de suo sy-
temate promittit, longe melius ac certius ab ista formarunt a me in-
ventarum expectari posse, quam secundum laudati Rimpleri data si-
ve postulata construxi; absconditas hucusque cogitationes meas
diutius a luce publica prohibere nolui. Schemate igitur, quoad an-
gustia chartæ permisit, satis distincto expressas sisto, omnesque artis
muniendi Cultores rogo, ut sequentia, quæ formæ huic jure meri-
toque tribui posse existimo, probe pensent, ac si forte unum alter-
rumve justo largius promissum esse sentiant, rationes dissensus sui
sive privatim sive publice exponant.

(1) Cum Octogono regulari, secundum novum Vaubani sy-
stema circa urbem Brisaci Novi nuper splendide extructo, ac passim
inter murissima totius Europæ opera numerato, præsens Hexa-
gonum regulare attente ac absque omni partium studio comparavi,
& deprehendi, hujus sumtus, connumeratis sex lapideis militum Coen-
obiis ux yz (Gallie Casernes dicitur) a sumtibus illius nudi, absque
ejusmodi Coenobiis considerati, tertia fere parte superari.

(2) Si ex spacio intra vallum Octogoni istius comprehenso, ac
adificiis superstruendis apto, subtrahatur area, quantam Coenobia ista
militaria Gallico more extruenda totidemque milites capientia re-
quierent, quod reliquum est Hexagoni mei arcam adificiis urbis re-
sistam

MENSIS MARTII A. MDCCII.

III

Ictam non admodum superatura esset : haberemus enim ibi 15030, huc 13300 pétices quadratas, differentia circiter spaciū pro 75 domiciliis privatis comprehendente. Sicubi vero polygonum hujus Hexagoni exterius Al. 140 pert. fieret, Octogonum Vaubani quoad sumtus forte æquaret, sed area interiori longe superaret.

(3) Ex adverso persuasus sum, vi oppugnante utrinque æquati, ac eadem pariter defendantium resistentia posita, præsens Hexagonum quadruplo diutius resistere posse, quam Octogonum istud, quod Galli tantum non insuperabile esse venditant.

(a) Via Cooperta mea, duplici loricæ interjectisque semilunulis non nisi e terra nuda conficiendis instructa, tamdui minimum, imo vero diutius resistere potest. Via Cooperta Novi Brisaci, secundum consuetam Vaubani formam constructa, una cum parvulis duplicatis quamvis munimenti Cortinam tegentibus, ac muro extrinsecus a fundo fossæ ad loricam usque præcinctis.

(b) Ipsum munimenti primarii vallum itidem duplicatum, quod secundum formam novi systematis Vaubaniani Novum Brisacum ambit, utut a fundo fossæ ad summum usque apicem intus pariter atque extrinsecus mero satis spillo vestitum sit, idem hostis multo citius occupare, quam ad ambulacrum valli sive Cottinæ fixa. Alz in Hexagono meo penetrare potest.

(c) Eo facto totum Novi Brisaci munitionum hostium potestati cedit, atque obsofforum resistentia penitus expirat : in Hexagono meo vis resistentia adversus hostem se totam demum exercit, ac triplo minimum auctiore exhibet. Hosti opim per campum amplissimum tanquam per circumferentiam circuli longo lateque diffuso, defendantes vires suas, in angustum aliquod unius Faciei vel dimidiæ Cottinæ spaciata coarctatas, quaqua versum dispergunt, non sine dispendio tam armorum quam temporis. Deinde vero in hostem super vallo occupato angustis circumscriptum, indeque versus urbis penetralia progressum molientem, undiquaque obsofforum tela, majora pariter atque minora, ex vallorum circumiacentiam loricis internis, cryptis subterraneis ac loricæ via cooperta interioris confluunt, adeo ut ipsi ne passum quidem promovere fas sit, qui minima tripliæ, sape octuplicæ defendantium igniis loricam, ut ita more ingeniariorum loquer, ab utroque latero, a fronte, non raro etiam

165-


a tergo sentiat. Itaque non duplicem solum temporis, sed copiarum etiam jacturam, post occupatum vallum unius propugnaculi, insuper patiatur necesse est, antequam præterea propugnaculum alterum, una cum duabus Cortinis ac tribus Cœnobitis militaribus, suæ potestati subjiciat; citius autem fieri nequit, ut munimenti præfectum ad accipiendas pacis conditiones vel mitissimas adigat.

(d) Excursionibus tum in campum, tum, quod majoris longe utilitatis est, in fossam dirigendis, Vauban in Octogono suo reliquis fere Ingeniariis omnibus melius prospexit. Multo tamen uberiorē magisque tutam commodamque occasionem in Hexagono meo quivis facile reperiet.

(e) Quamvis Vir eximius Vauban in Octogono suo, per celas cryptasque subterraneas probe fornicatas, militi contra globos hostium ignivomos (*die Bomben*) immanem istum ac deterrium inferni partum, consoluerit, omnino tamen persuasus sum, Hexagonum meum, sumtibus haud quicquam majoribus, non militi tantum, sed civibus etiam bonisque eorum, in summo ignis furore servandis, quam maxime inservire, ut ut ipsi extruendo vel sexta eorum murorum pars sufficere possit, quos illustris Vaubanus Brisaco Novo muniendo adhibuit: id quod schema orthographicum, ichnographicum ad calcem adjectum, ad oculum demonstrat; præsertim si quis orthographiam vallorum Brisaci Novi secundum easdem mensuras delineare sciat, quam hic subjicere nolui, ne figurarum numerus & sumtus nimis excrescerent.

TAB. III. His circumstantiis Hexagoni mei expositis, restat ut Latino atque Gallico idiomate literas numerosque in Figura notatos expōnam.

	Lat.	Gallice
AI.	Latus exterior.	<i>Poligone exterieur.</i>
HI. rs. op	Cortina dimidia.	<i>Moitié de la Courtine.</i>
EF. im	Facies propugnaculi.	<i>Face du Bastion.</i>
CB. ga.	Ala	<i>Flanc.</i>
Dc. hg.	Ala secundaria.	<i>Second Flanc.</i>
ghimn.	Facies propugnaculi tota	<i>Face du Bastion entiere en forme de Ravelin.</i>
abcdef.	in forma parvula.	
opqrst.	Ala in forma parvula.	<i>Flanc en forme de Ravelin.</i>
		uxyz



ixyz Cœnobium militare 180 cu- Caserne à 180 Chambres assés spa-
biculis satis amplis instru- cieuses en forme de Redou-
ctum in forma Reductus. te.

1 - -	Orthographica intersectio	Profil
2 - -	Cœnobiorum militarium	des Casernes
3 - -	Ale vel Cortinæ	du Flanc ou de la Courtine
4 - -	Connexionis faciei cum ala	de la Connexion du Flanc avec la Face
5 - -	Faciei propugnaculi	de la Face
6 - -	Vallum inferioris ante faciem	de la Faussebraye.
	Fossæ majoris	du grand Fossé.

Ceterum prolixiorem explicationem dictogumque demonstratio-
nem differo, donec mihi Virorum munendi peritorum de schemate
hoc judicium videre contigerit.

Die rechte Kunst zu excerptiren &c. Dieses ganzen
Haupt-Werks / die Kunst zu excerptiren ges-
nannt völlige Eröffnung.

Id est,

ARTIFICIUM EXCERPENDI GENUINUM ETC.
Universi bujus operis de artificio excerptendi plenior explicatio. Pars
prima preliminaris & secunda specialis, Auctore M. JO. BE-
NEDICTO MEZLERO,

Lipsiæ apud Johannem Georgium, 1702, in 4.
Const. z. alph. pl. 17.

Mortarium fore nemini ea memoriaz felicitas & amplitudo conti-
git, ut cuncta, quæ legit aut aliunde accépit, statim ipsi in
promtu sint. Eo factum est, ut post Morhofium, Drexelium, Plae-
ciuum, plurimi alii de ratione enotandi, & certo ordine res varias con-
signandi, consilium euramque suscepint. Quorum vestigia legens Re-
verendus Auctor gemino volumine artificium excerptendi prodere vo-
luit. In priori tribus capitibus, de collectaneis in genere, ductu
auctorum, qui ipsis præverant, de instituto item suo, atque de ob-
servationibus in excerptendi usu tenendis, cumulatim & explicate dis-
seruit. Parte altera excerptorum suorum apparatus ad sacra po-

P tis-

tissimum applicare visus est. Adjunctus operi comparat index ubertimus, in quo voces, quæ locum aliquem in Collectaneis obtinebant, & forsan prætermissa erant, notantur.

SANCTORII SANCTORIÆ DE STATICÆ MEDICI-
na Aphorismorum Sectiones septem : cum Commentario MAR-
TINI LISTER.

Londini, impensis Sam. Smith & Ben. Walford, 1701, in 12.
 Constant plagul. 10 $\frac{1}{2}$.

Aph. 3. **I**nter reliqua, quæ *Sanctorius*, celeberrimus quondam Medicinae Professor Patavinus, superiori seculo edidit scripta, notissimum saepiusque diversis in locis, idiomate etiam diverso, recusuna habetur Medicina Statica. In hac uti methodus perspirationem insensibili, adminiculo sellæ ex statera suspensa, ad exactum pondus ingeniose reducendi edocetur, ac varii de tali ponderatione, de aëre & aquis, de cibo & potu, de somno & vigilia, de exercitio & quiete, de Venere, de animi denique affectibus, eidem superstruuntur Aphorismi: ita hoc ipsa Sanctorii inventum tanti in Medicina momentis *Experiensissimo Listero* visum fuit, ut cum solo sanguinis circuitu, paulo post Sanctorii tempora ab Harvæo detecto, illud comparare, atque Aphorismos præsenti Commentario succincto ex adverso posito illustrare, nullus dubitarit. Benevolo sufficerit Lectori, si specimenis loco ex prima tantum Sectione aliquos Sanctorii Aphorismos, a Nostro comprobatos plerumque, rarius repudiatos, nunc eamus commemoratum. Nempe cum ille solus, qui noverit, quantum & quando, magis vel minus, corpus occulte perspiret, penetraturus dicatur Sanctorio, quantum & conveniat addere vel auferre, pro sanitate conservanda & recuperanda, hæc autem doctrina ab usu sellæ pensilis proxime dependeat; Noster nihilominus non adeo arduum reputat, ex observationibus inferius communicatis promptam de quolibet insensibilis perspirationis statu ferre conjecturam. Perspiratio insensibilis a Sanctorio annotatur vel fieri per poros corporis, quod totum sit perspirabile, & cutem tanquam nastram circumpositam habeat; vel fieri per respirationem per os factam, quæ unica die ad felixam circiter ascendere soleat, a guttis in speculo, si ori apponatur, indicata: Noster vero insensibilem perspirationem ubique in corpore

Aph. 5.

pore ad eundem modum fieri, autumat verisimile; nimirum per extreterios glandularum ductus, eosdem cum Autoris poris, aut per majora viscerum foramina, qualia ductus cholodochus, pancreaticus similesque occurrant. Attamen, dum pulmones suum perficiunt munus, ex perpetua spirandi necessitate, spiritusque expulsi summa humiditate, multo majorem humoris insensibilis copiam, puta quintam circiter partem totius aut amplius, eliminari respiratione colligit. Aph. 5.

A copia quoniam malas oriri qualitates, sed non vice versa, asserit Sanctorius, Noster exempli vice senes sistit arthriticos, non semel post inediem spontaneam & pertinacem, hincque ventriculi concoctionem omnino abolitam, vel protinus extinctos, vel hydrope aut tare brevi consumptos, etiam si vis morbi primum apparuerit egregie imminuta. Ab insensibili perspiratione ubi Sanctorius nos magis, quam ab omnibus sensibilibus simul unitis, veluti duplo majore, indigitat sublevari, pluribusque unica die naturali per insensibilem perspirationem tantum evacuari, quantum per alvum quindecim dictum cursum; Noster senis cuiusdam sibi amicissimi mentionem injicit, qui in octogesimo & sexto ætatis anno perfecte sanus, multum quidem cibi, carnesque pariter subcrudas assumserit, a plurimis tamen annis rarissime, & non nisi semel per unam alteramve septimanam, alvum deposituerit. In omni prola morbo cum Sanctorius majorem insensibilis perspirationis rationem habeat, quam alterius per alvum vel per urinam evacuationis; Noster corticem Peruvianum & radicem Hipecacuanæ considerare jubet, annon divina haec medicamina quavis febres intermitentes, atque dysenteriam, ex integro perspirationem insensibilem restituendo, tollant. Ast quando cimicum, pediculorum, similiunque animalculorum generationem ex ponderosa materiæ perspirabilis parte Sanctorius deducit, erroris a Listero arguitur, quod talia nupsiam sponte, sed æque ac reliqua animalia cuncta, a suis producantur parentibus. E diverso fides Sanctorio, corporum ab ægritudinibus decrementum ad triginta libras suppstanti, tanto major ab eodem conciliatur, quia juvenis aliquis supra modum obesus, ex variolis conyalescens, ob uberiorem non minus sputi rejectionem, quam imprimis perspirationem insensibilem, ad octoginta minimum libras se leviorum deprehenderit. Peste non factu, sed inspiratu aeris pestiferi, vel halitu supellestilium, ex Sancto-

Aph. 5.

Aph. 58.

59. 60.

Aph. 64.

Aph. 76.

Aph. 81.

Aph. 127.

rii sententia inficimur ; at ulcera & pestilentia orta Nostro perquam videntur venenata , nec respiratio ipsa nisi tactus quidam , quod pulmonum cavitates non minus , ac manuum verbi gratia cutis extra habitum sint corporis . Verisimilius siquidem , aerein a pestilentia capto infectum contaminatumque una cum pituita & victu simul in stomachum deglutiri , chyloque mox commixtum in sanguinem transferri , tandem irrequieto sanguinis cursu in glandulas pelli , propter morulam exin inflammandas atque in dira ejusmodi ulcera corrumpendas .

Aph. 137. Radios pestis vento dimoveri e loco , Sanctorius observat ; quanto tamen spatio per aerem vi venti feratur pestilentia , non certo audet Noster definire , licet perspectum habeat , eandem medio præterito seculo cum vestimentis ad ducenta milliaria a Londino fuisse propagatam .

De cetero ad calcem reperire est catalogum eorum omnium , quæ hactenus tum typis sive simexscribi , tum Actis Anglicanis Philosophicis inlerí curaverit Listerus .

TRACTATUS THEOLOGICUS DE PRÆDESTINATIONE , Eleccione & Reprobatione hominum , ad promovendam concordiam Ecclesiasticam conscriptus a BARTHOLDO HOLTZFLIS , Theol. D. & Prof. Publ. Ordin. in Universitate Francofurtana .

Francofurti ad Viadrum , apud hæredes Jerem. Schrey & Jo. Christoph. Hartmann , 1702 , in 4.

Plag. 21.

Intra tot Theologorum , ut vocari cupiunt , Irenicorum consitus , quibus tantam non esse , quanta vulgo perhibetur , in doctrina de Prædestinatione , Lutheranorum a Reformatis discrepantiam , probare satagunt , & præsens merito connumerabitur tractatus , cuius summam Benevolo Lectori exhibemus , judicium de eo liberum cuique relinquentes . Posteaquam scilicet Autor Maxime Reverendus a nominis explicatione fecit initium , atque observavit , quod prædestinationis vox modo generalissime ad quodvis de rerum futuritione earumque administratione & gubernatione decretum extendatur ; modo generaliter homines & angelos includat ; modo specialiter solos spectet homines , ita tamen , ut vel latius pro destinatione electio-

ctorum ad vitam & reproborum ad mortem, vel strictius pro destituta-
tione electorum ad vitam adeoque pro sola electione usurpetur; exi-
stentiam ante omnia prædestinationis in sensu laxiori summa probat,
indeque ejus essentiam describit, ac sequentem Prædestinationis defi-
nitionem suppeditat: Prædestinationis hominum est decretum divi-
num, quo Deus pro beneplacito voluntatis suæ, ante jacta mundi
fundamenta, ex hominibus in præscientia sua lapsis, vocatis & rela-
pisis, quosdam in Christo & propter Christum eligere, fide donare,
per fidem justificare, in filios adoptare, sanctificare & æternum glo-
rificare, quosdam vero, infideles scilicet, & finaliter impenitentes,
ex justitia sua, propter peccata, non tantum originale, sed in adultis
etiam actualia, sive contra legem Naturæ, sive contra Evangelium
commissa, infidelitatem & impenitentiam finalem, præterire &
æternum damnare constituit, in laudem gloriose gratiæ & justitiae
suæ. Hinc de objecto prædestinationis agit, ordinemque imprimis
decretorum divinorum secundum diversos diversum delineat, opini-
onem referens Judæorum, Socinianorum, Græcorum, e Pontifi-
ciis Thomistarum, Dominicanorum, Jesuitarum, Scotistarum, Fran-
ciscanorum, Arminianorum insuper Synodalium, tandemque Luthe-
ranorum. De singulis vero iudicium latus, in Judæorum & Soci-
nianorum sententia improbat, quod electionis & reprobationis de-
cretum antesecculare & individuale non agnoscat, corruptionem
originariam negent, liberi arbitrii vires naturales nimis extollant,
conversionem ac salutem suam libero suo arbitrio generali quodam
& indifferenti gratia adjuto adscribant, atque sic Pelagianismum in-
currant; quibus & hoc accedat, quod a Socinianis præscientia futu-
rorum contingentium impugnetur. In Græcorum, Scotistarum, Frati-
ciscanorum, Jesuitarum & Arminianorum sententia non improbat,
quod ordini decretorum divinorum gratiam quandam universalem
sufficientem substernant, sed tamen in eadem desiderat, quod gratiam
nullam admittant, nisi universalem, æqualem & indifferentem, ita qui-
dem, ut positis omnibus gratiæ divinæ operationibus, quibus ad con-
versionem hominum efficiendam Deus utatur, liberum arbitrium ta-
men maneat in æquilibrio, subsistatque conversio ipsa in libera nostra
potestate, sic, ut possimus nos convertere & non convertere. Propri-
us

nas accedere Reformatis ait Thomistas , Dominicanos, Augustinianos, aliosque , qui præter auxilium sufficiens, mediante quo homines queant credere & converti , gratiam intrinsecem efficacem agnoscant, qua fiat , ut homo non tantum possit credere & converti, sed actu quoque credat atque convertatur. Proxime autem Lutheranos Reformatis se adjungere existimat, quando nullam in nobis electionis divinae causam esse , fidem esse Dei donum, hominemque in conversionis primo momento mere se passive habere statuant. Sed nunc ad Reformatorum Theologorum sententiam operibus expōnendam se accingit, atque opinionem Supralapsariorum non esse Ecclesiaz Reformataz in publicis confessionibus assumtam declaratamque sententiam causatur , quin & octo eam rationibus destructam dat. Illorum vero , qui Sublapsarii vocentur, doctrinam dum proponit, Categoricorum ex una, atque Hypotheticorum seu Universalistarum ex altera parte meminit, & posteriorum hanc esse mentem ait : decreuisse Deum, gloriam suam illustratum, mundum, & in eo hominem cum justitia originali & dotibus ad perseverandum in statu innocentia necessariis, condere ; lapsum hominis permittere ; Mediatorem, qui pro culpa universali universale & sufficientissimum lytron solveret, mittere ; omnes ad Mediatorem hunc amplectendum serio & sufficenter vocare ; voatorum & relapsorum aliquos , per & propter Christum eligere , viva & radicata fide donare , per hanc fidem justificare , sanctificare & glorificare ; reliquos sua culpa propter peccata, originale & actualia , adeoque evitabilia , in primis & propter contemntum Mediatoris, reprobare & damnare. Hanc doctrinam in confessionibus atque edictis Electoralibus Brandenburgicis asseri & contineri dicit, eamque rationibus compluribus probare studet, quinto & ad consensum Ecclesiaz primitivæ doctorum , Augustini, Prosperi , Fulgentii , Ecclesiaz Lugdunensis , Waldensium dehinc, Fratrum Bohemorum , Germanorum , & aliquorum quidem implite , qui Corpus doctrinæ Phil. Melanchthonis amplectantur & recipiant , Brandenburgicorum autem & reliquorum explicite , Anhaltinorum puta , Palatinorum , Hassorum , Bremensium , sed & Helvetiorum , Anglorum , Gallorum , Synodique Dordracenæ provocat. Quemadmodum autem formam prædestinationis considerere ait in anteculari hominum ab invicem discretione , & illinc quidem exco-

lectorum ad vitam aeternam ordinatione, hinc vero respectu reproborum, mortis propter peccata adjudicatione per modum justissimæ poenæ facta: sic speciem nunc electionis atque reprobationis considerationem instituit. Et circa electionem quidem, Reformatos ad unum omnes docere dicit, nos in Christo electos esse; non nullos tamen *et in Christo* non antecedenter, ratione deareti, sed consequenter, ratione exceptionis decreti & salutis accipere, qui sane propterea fundamenti eversi haud accusari, multo minus damnari debeant, cum nihilominus totam salutem nostram in Christo fundent, nec ex ipso decreto electionis Christum simpliciter excludant. Se interim cum multis statuere, ipsum electionis decretum, adeoque ipsum actum electionis, in Christo factum, nosque adeo per Christum & propter Christum electos esse. Causam electionis ex parte hominum, nec opera vocari posse admittit, nec fidem ex viribus hominis prævisam; quanquam Deum fidem a se per verbum & Spiritum suum dandam vel datam prævidere, Reformati haud insufficientur. Interim fidem, nec ut conditionem præviam, nec ut instrumentum prævideri potuisse innuit. Nam quod conditionis notionem spectet, quamvis extra controversiam sit, Deum in electionis decreto statuisse fidem & posnitentiam eligere in conditionem conferendæ salutis, hanc ipsam tamen conditionem non accipi antecedenter & a priori pro ea, que vim impulsivæ & meritorie causæ habeat ad consequendam electionem; sed concomitanter, consequenter & a posteriori, qua mediæ & dispositionis in subiecto rationem habeat, quæque in fidei etatis ex ordinatione Dei omnino requiratur, ita ut sine ea promissam salutem adipisci non debeant. Conditionem præterea hanc non naturalem esse, ex viribus naturæ fluentem, sed supernaturalem & divinam, ex viribus gratiae specialiæ elicitem & praestandum. Quod vero ad notionem instrumenti attinet, fidem esse instrumentum non a seipso, sed a gratia Dei accensum & elevatum. Quod si igitur ut talis conditio taleque instrumentum fides consideretur, Deum cendens in electionis decreto non aliter prævidere potuisse, quam quatenus illam in cordibus hominum acvens, daturus, & ad amplectendum doctrinam, promissaque Evangelii elevatus erat. Hinc facile colligi posse intert: utrum decretum electionis absolutum sit, an vero ordinatum? Scilicet quamvis absolutum sit, quatenus *et ab* solar-

solutum significet id, quod est omnibus numeris perfectum, quod est summum, cum infinita potentia & gloria conjunctum, absoluteque liberum, & cuius nulla causa meritoria in nobis datur ; attamen si absolutum heic contradistinguatur ordinato & respectivo, eoque negetur respectus ad Christum & ordinatio mediorum, absolutum id esse non admittit. Reprobationis causam προκαταρετικην, externe moyentem & meritoriam, peccatum vocat, non originale solum, sed in adultis etiam actualia, evitabilia, vel contra legem vel contra Evangelium commissa ; neque peccata solum conditionem & qualitatem in objecto praecedaneam, sed veram esse causam meritoriam, innuit. Quando aliqui distinguant inter actum reprobationis positivum & negativum, seu inter prædamnationem & præteritionem, ibique peccatum omnino supponi, heic vero causam non aliam esse, quam beneplacitum seu voluntatem Dei statuant ; actus hosce non nisi solo nomine differre, ac proinde iis diversas causas meritorias assignari non debere censet. Ac sive positive, sive negative concipiatur reprobatio, ex solo Dei beneplacito ac sine meritoria causa in reprobandis eam fieri non posse ostendit, cum utробique actus justitiae & pœnæ sit. Præteritionem vero, quam admittere heic liceat, negationem esse non sufficientis, multo minus omnis, sed specialis tantum & abundantis gratiæ. Quoad distinctionem inter questionem absolute & comparate instituendam notat : quando de reprobationis causa meritoria, seu quare homines quidam reprobentur ? queratur, sive questionem absolute, (quare hunc vel illum Deus reprobaret ?) sive comparete (cur hunc potius, quam illum, reprobaret, cum ambo ex æquo sint peccatores, ideoque reprobabiles ?) instituas, semper respondendum esse, peccatum & contumaciam hominum esse causam, quare homines reprobentur. Quando vero de discretionis causa queratur : quare Deus hunc reprobaverit, illum vero elegerit ? gratuitam & benevolam Dei voluntatem pro causa discretionis, non in reprobatione, sed in electione statuendam & ponendam venire. Cur Deus ex æque malis hominibus quosdam elegerit, gratuitum Dei beneplacitum in causa esse ; sed cur reliqui debitæ & meritæ pœnæ addicantur, pro causa allegandam, non voluntatem Dei, sed hominum illorum malitiam & contumaciam, quia pœnam illam meruerint. Ille clucescat, reprobationis decretum absolutum

tum non esse, cum Deus ex abso*lut*a voluntate sine peccati respectu ne*minem* reprobaverit, sed peccatores & damnationem multiplicit*er* meritos damnationi adjudicaverit. Culpam itaque non esse Dei Patris, qui omnes homines amaverit, omnibus Filium suum unigenitum misericordia, iisque media salutis sufficientia ordinari*t*, quorum beneficio & usu æternum beat*it* esse deberent & possent; non Filii, qui mortem cruentam pro omnibus oppetierit, ac salutem morte illa partam toti mundo sincere & serio, per Apostolos aliosque Evangelii præcone*s*, offerri curarit; non Spiritus Sancti, qui verbum vitæ gratia & virtute sua cœlesti ita fœ*und*et & comitetur semper, ut quicunque illud audiant, radiis cœlestis huius luminis tam efficaciter perfundantur & afficiantur interne, ut talutem sibi oblatam amplecti possint. Fidelium infantes, sine baptismo decedentes, electis & beatis omnino accensendo esse eredit. At de infidelium infantibus, in infantia decedentibus, difficiliorē videri quæstionem superaddit; judiciumque hac de re non debere præcipitari monet. Denique hæresin Prædestinatianorum attingit, eamque penitus explodit; quanquam dissimulandum non esse fatetur, Viros quosdam undiquaque doctissimos vel dubitare, vel certo credere, istam hæresin nunquam extitisse, sed doctrinam Augustini & Prosperi sub nomine istius a Semi-Pelagianis calumniose fuisse traductam.

*A DISCOURSE IN SIX DIALOGUES ON THE
Name, Notion and Observation of the Lord's Day.*

h. c.

*DISCURSUS CONSTANS SEX DIALOGIS DE NO-
mine, qualitate & celebratione Diei Dominice, Auctore TH. MO-
RERO, unitarum Parochiarum SS. Anne & Agnetis, nec
non S. Jo. Zacharie Rectorie.*

Londini apud Tho. Newborough, 1701, in 8.

Constat Alph. 1. plag. 12 $\frac{1}{2}$.

Cum circa diei Dominice celebrationem diversi diversa sentiant,
atque alii stata tempora cultui divino male dicari; alii Judæorum
Sabbatum præcisè observandum; alii non nisi septimo hebdomadis
die sacra publica instituenda esse; alii ipsum Christum atque Aposto-
los diem Dominicam instituisse; alii denique ceremonias religionesque

Q

in

in Deum absque ullo salutis periculo negligi hac ipsa die posse arbitrentur : has tam dissimiles sententias accuratius examinare, ac rationem, qua in celebranda Dominica die Ecclesia Anglicana utitur, aduersus dissentientes vindicare, *Tho. Morerus* constituit. Conscripsit ea de causa hunc, quem jam exhibemus, Discursum sex dialogos comprehendentem, inque eo duos inter se colloquentes finxit, quorum alter, littera A notatus, Anglicanæ Ecclesiæ ritus & constitutions defendit, alter, littera B designatus, eas non omni plane vitio carere existimat. Quamvis autem, more iis, qui colloquia componunt, non inusitato, Clarissimus Auctor aliquando ab argumento suo digressus varia, quæ ab eo aliena sunt, perquam erudite inspergat, atque, exempli gratia, in *primo* dialogo de nimia meditatione corporis sanitati maxime noxia, de Ethnica dierum denominatione, de *Apocalypseos* Joannis autoritate agat ; in *secundo* de diebus festis eorumque illegitima contemtione, de tempore & diebus creationis, de Jobi persona, conditione & historia, de numerorum mysteriis ac præstantiis, de iis, quæ Ethnici ex sacris literis & Judæorum monumentis videntur desumptæ, differat ; in *tertio* Synagogas Judaicas earumque originem, nec non absolutionis sacræ rationem, necessitatem, utilitatemque perpendat ; in *quarto* multa, quæ ad sacram Coenam pertinent ; & in *quinto* varia, quæ precandi ritum respiciant, exponat ; ac tandem in *sexto* de Musicæ artis vi atque excellētia plurima proferat : nobis tamen solum eorum, quibus argumentum discursus hujus præcipuum illustratus, specimen quoddam jam adere est animus.

In dialogo itaque *primo* A. Sabbati adpellationem minus apte in diem Dominicam quadrare censet, & licet B. qui hac in parte ab eo dissentit, quosdam priscæ ecclesiæ doctores, ut Augustinum, Hieronymum, Tertullianum & Origenem, hoc nomine usos fuisse adserat, eos tamen aut Saturni diem ipsumque Judæorum Sabbatum, aut Sabbathum spirituale & mysticum in præcepto quarto, ut ipse quidem computat, adumbratum solum respxisse ait ; quamvis si vocabuli vis consideretur, qua Sabbathum diem quietis significat, diem Dominicam ita adpellari posse concedat. Hinc diei Solis denominationem, contra quam B. judicat, haut adeo profanam, atque reverenter, quam huius Christianorum festo debetur, contrariam esse statuit,

tim

Qum non modo Astronomi naturalem ipsius causam suppeditent, qui, uti Lunam prima hora secundæ diei, ita Solēm prima hora diei primæ regnare dicant; verum etiam Christianæ religionis Antistites soluna distinctionis causa ac propterea eam olim retinuerint, ut & conversio-
nem Gentilium, apud quos hic dies Soli consecratus erat, faciliorem
redderent, & Solis justitiae memoriam eo magis illo tempore com-
mendarent, quo e sepulchrī tenebris iste prodiit. Porro dum de
dici Dominica adpellatione agit, apud antiquos scriptores eam qui-
dem sāpius occurrere concedit, a Christi vero institutione, & Aposto-
lorum mandato consensu originem traxisse negat, multaque insu-
per de die Dominica, cuius Joannes in Apocalypsi mentionem facit,
dissertat, & eam probabilitate de Solis die exponi posse credit; cum, ipso
judice, illi, qui eam aut de resurrectionis die annuo, aut de nativita-
tis, aut de adscensionis, aut de Pentecostes, aut etiam de judicii ex-
tremi die intelligunt, rationibus non omnino destituantur.

Secundum dialogum quod attinet, A. in eo, expositis variis
controversiis, quæ circa doctrinam de Sabbato diversis temporibus
ortæ sunt, eorum sententiam imprimis refellit, qui aut præceptum
de Sabbato sanctificando, non minus ac cetera, morale esse putant, aut
partem quidem illius ceremonialem dicere non dubitant, attamen
septimum diem cultui divino destinatum, æque ac ipsum cultum, mo-
rale adpellant. Ex ipsa scilicet legis moralis definitione observa-
tionem certi diei, videlicet septimi, ceremonialem esse, & illud tan-
tum cum moralitate convenire ostendit, quod aliquem diem, quis-
quis dñnum ille sit, sacris celebrandis destinare solemus. Evidē-
B. contrariam sententiam tueri nititur, jam veteris Testamenti Patriar-
chas ante Mosen, imo ipsos Gentiles septimum diem sacris usibus con-
secrasse, adfirmans, eamque in rem, tum ex priscis Ecclesiæ scriptori-
bus, Tertulliano, Augustino, Theophilo Antiocheno, Cypriano,
Athanasio, Gregorio Nysseno, Origene aliisque, tum ex profanis
auctoribus, Homero, Hesiodo atque Callimacho, ut reliquos ta-
ceamus, plurima testimonia colligens: verum A. non modo ad ea
prolixe respondet, & neque apud Græcos, neque apud Romanos, se-
ptimum diem sacrum fruile monet, sed etiam vel exinde moralita-
tem hujus diei destrui posse observat, quod de ea inter eruditos dis-
putetur, leges vero morales, utpote à natura hominum mentibus in-

sculptæ tam certæ sint, ut in dubium nequaquam vocari possint. Imo quamvis priscos Patres septimum diem religiose observasse esset certum, nihil tamen amplius exinde probari posse ait, quam eos legge quadam positiva, quales illæ de arbore vetita, & abstinentia a bestiarum sanguine fuerint, ad id fuisse obligatos. Et licet præcepto de sanctificando Sabbato peculiaris nota addita legatur, ac dies ille stupendum creationis opus nobis in memoriam revocare debeat; has tamen rationes non ita comparatas esse autumat, ut septimi diei moralitatem adstruere queant, & in primis creationis memoriam recoli posse addit, quamvis septimus dies nunquam facer habeatur. Postea ad reliquas adversarii exceptiones, quibus præcipue præceptum de sanctificando sabbato inter præcepta moralia inveniri, atque dígito Dei lapideis tabulis ad æternitatem illius significandam inscriptum fuisse urgetur, quoque respondet; & cum B. præterea ad Christianorum consuetudinem provocet, qui tum ante excidium Hierosolymæ, tum post illius urbis fatalem interitum, Sabbathum celebrarunt, A. non alia de causa id factum fuisse monstrat, quam ut Judæi partiter atque Gentiles verbum divinum audiendi atque conversionis occasionem idoneam haberent, eosque Sabbathum non aliter, ac circumcisionis ritum, certas ob rationes observasse, quæ quidem nunc cessare videantur. Ceterum primi hebdomadis diei, loco septimi, religiosam celebrationem, neque Christi præcepto quodam, neque Apostolorum constitutione nisi, sed subsequentibus temporibus a Christianis introductum fuisse existimat, partim ut Apostolorum quorundam consuetudinem imitarentur, qui primo septimanæ die in resurrectionis Christi honorem sacros conventus instituerint, partim ut Judaismi suspicionem evitarent; quibus tamen omnibus diei Dominicæ sanctitati ac reverentiae, quæ illi debeatur, nihil penitus derogari ostendit.

In tertio dialogo primum de fine Sabbathi disquiritur, quem apud Judæos A. eum fuisse dicit, ut ab aliis gentibus distinguerentur; ut ipsos Deum cœli terræque creatorem, qui hoc ipso die quievit, collere constaret; ut a cunctis servilibus operibus vacarent, legem Dei audirent, atque creationis opus diligenter meditarentur. Eundem quoque finem diei Dominicæ esse, quæ adhuc inter Christianos observatur, docet, ac ideo non tantum varios canones, decreta, edicta atque

atque leges, ex veteri & recentiori historia magno studio collectas sif sit, quibus religiosa illius diei celebratio maxime inculcatur atque commendatur, sed etiam exempla urget eorum, qui Sabbati profanatione gravissimam Dei iram sibi accelerarunt; quæ cum B. a Deo diem hanc institutam esse ostendere credit, A. contra nihil aliud iis probari regerit, quam eos maxime a suprēmo Numinе puniri, qui cultum sacrum vitiis suis contaminare solent. Deinde de cultu ipso diei Dominicæ agitur, quem quidem non tam in publicis cœtibus quam privatum præstandum esse B. censet; sed A. firmis omnino rationibus ipsius sententiam refellit, ac publica sacra privatis anteponenda esse confirmat.

In quarto & quinto dialogo, illam cultus divini partem, quæ in sacra Coenæ usu atque precandi ritu consistit, præsertim expōni, jam supra monuimus; verum cum ea ad primarium hujus libri argumentum haut directo spectare videatur, Auctorque nihil aliud agat, quam ut ceremonias Anglicanæ Ecclesiæ tum inter S. Coenæ administrationem, tum inter preces consuetas defendat, ad sextum potius dialogum progredimur, in quo cum A. Musices usum omnino ad Sabbati cultum pertinere, multis verbis comprobasset, de recreationibus Sabbati die licitis disquirit, quas ita legibus Ecclesiæ Anglicanæ circumscriptas esse docet, ut cum vera diei illius observatione minime pugnent. Exhibit insuper preces quasdam a piis Sabbati cultoribus dicendas, viamque monstrat, qua quis in die Dominica rite observanda, felicissime uti possit.

JO. HENRICI BOECLERI SAC. CÆS. MAJEST. ET

Ele^t. Moguntini Confiliarii, Com. Pal. Cæs. Hisbor. in Argentorat. Univ. Prof. Publ. & Capit. Thom. Canonici,

Dissertationes Academicæ. Editio altera.

Argentorati sumtibus Jo. Rein. Dülseckeri, 1701, in 4.

Alphab. 6, plag. 14.

Nobile Bocleri nomen est ac late patet, nec ullo tempore ex memoria hominum effluet, aut intermorietur. Qui, quoad vixit, bene meruit, editisque ingenii monumentis Orbem eruditum insigni optimarum rerum accessione locupletavit. Sive enim Annales mundi Fastosque componeret, sive Rerum publicarum vicissitudines

ac in dolo explanaret, sive denique in consilio emendandæ ornandæ que orationis, & reliquorum rite perficiendorum defixus esset: certe ad summorum gloriam virorum accessit, & optime fundatas studiorum rationes habuit. Unde non miramur, tanto in loco & numero apud omnes ejus scripta haberi, & studiose investigata justisque comprehensa voluminibus in lucem vindicari. Semel iterumque in Aetis nostris (A. 1696, pag. 74 sq. Tom. II. Suppl. Sect. II. pag. 73. sqq.) id significavimus, datoque laudandi loco, celeberrimi Viri operas ea, qua pars est, prædicatione ornavimus. Eodem officio nunc quoque fungemur, ac dissertationes diversis temporibus seorsim evulgatas, & justo nunc volumini inclusas commemorabimus. Evidem jam anno 1658 pars earum junctim publicata, Serenissimoque Saxonie Duci Jo. Ernesto a Boëclero nostro inscripta fuit. Enim vero cum istius collectionis copia difficulter hodie detur, de illa denuo in lucem emitenda, novoque dissertationum Boëclerianarum fasciculo augenda, Editor consilia suscepit. Quæ destinata quomodo evenerint, & qua potissimum accessione ista editio fuerit ornata, jam paucis enarrabimus.

Accesserunt autem huic editioni *Commentationes Pliniane*, quibus præcipua Panegyrici Nervæ Trajano Augusto dicti capita endantur, & recondite hujus scripti doctrina & præceptorum ubertas late explicatur. Has excipiunt disquisitiones de dominio eminenti, ab his civitatibus, mensura pretii, actione adversus ingratos, milite capitulo, quiete in turbis seu societatis bellica declinatione, colloquiis & congresibus Principum, voto Imperatorio (ubi Tacit. IV Anaa. 38 apte illustratur & exponitur) ingenii Optimatum ad intelligendum locum Tac. IV An. 33, Clearcho & Satyro primus Heracleæ Pontica Tyrannis ex Memnonis historici in primis egregii fragmentis, fœderis Romanorum cum Antiochobus ita formula, Principum schola, utilitate ex historia universalis contextu capienda, quarum pleraque ritu & forma disputacionum Academicarum conscriptæ, & publice quondam a Juvenibus studiorum causa in Academia Argentoratensi tum viventibus, Boëclerique præsidio nixis, propugnatae furentur. Additus tandem Index est, qui res hujus voluminis ad literarum ordinem dispositas convenienti, & in primis accurata serie representat. Ubi monemus, Editorem jam in eo esse, ut alterum.

To-

Tomum evulget, quo plures aliae dissertationes, partim ab ipso Boeclero adornatae, partim auspiciis ejus ac consilio compositae, tum vel maxime vero orationes Boeclerianae & programmatae continetur.

TRAITE' D' ORIGENE CONTRE CELSE.

b. c.

ORIGENIS CONTRA CELSUM LIBRI VIII. EX
Græco translati ab ELIA BOHERELLO, cum Observa-
tionibus.

Amstelodami, apud Henricum Desbordes, 1700, in 4.

Alph. 2. pag. 17.

Bene agunt, quicunque ex elegantiorum literarum consultis, seruenti indies ac increscenti Atheismo & Naturalismo obices ponunt, & e suo quoque thesatro, quæ ad confirmandam aliquo patro Religionis Christianæ veritatem faciant, certatim conferunt.

Quo nomine commendamus Virum laude nostra dignissimum, Eliam Boberellum, ex eorum numero, qui sacrorum causa e Galliis excesserunt, Medicum & Philologum celebrem, apud Hibernos hodie viventem. Hic Origenis contra Celsum libros, quibus Christianæ Religionis defensio continetur, cimelion sacrae antiquitatis, in Gallicum sermonem transtulit, ut a Græca singulæ imperitis, periculosa tamen labe ista infectis, utiliter legi possint. Nam præterquam, quod in hoc libro pleraque, etiam recentiorum Christianæ veritatis hostium, argumenta conficiuntur, lectio quoque hujus Origeniani scripti plurima istorum hominum præjudicia, quæ ex ignorantia prisci moris nascentur, e medio tollere poterit. Quare hunc laborem Bohereillus noster, hortante V. Cl. Conrarto, non illubenter suscepit, nec festinato protrusit, sed per aliquot annos coctum opus tandem prodire iussit, & clarissime Heroi, Henrico de Massiœ, de Ruvigny Comiti de Galloway dicavit.

In prefatione Operi præmissa, occasionem hujus sui eonatus tradit; hortatu tempe Conrarti se jecisse alocari, ejus consilii adjutum, eo monitore, quantum ad Gallicanæ lingue puritatem, nolum: sanctos quidem existimasse, non tradenda vulgo Origenis scri-

scripta, ob periculosas opiniones, quas interdum statuminet: se vero, Ezech, Spanhemio & Jo. Lud, Fabricio suadentibus, hanc curam se posuisse. Annotat quoque, palmarium Origenis & domesticum, quasi contra Paganos argumentum esse, quod religio Christiana ad morum correctionem tanta cum insigiesse nos adigit. Denique quo numero in linguis vernaculis, præterim Gallica, Deum alloqui convenientissimum sit, disputat, & singularem cum Malecrucio eligit. Circa ipsam interpretationem nihil notari meretur, nisi quod ampla & ita instructa sit, ut in locis, quæ altioris indaginis sunt, commentarii vice esse possit. Observations Latinæ, quæ sequuntur, doctissimæ sunt, & maximam partem criticæ brevissimæque, in quibus nunc Origenes emendatur, nunc interpres Latinus corrigitur, nunc aliorum scriptorum loca interpolata restituuntur. Occurrunt tamen passim, & in his, digna, quæ annotentur. Sic p. 368 colligitur ex parallelismo falso dictorum Biblicalorum, ab Origene instituto, eum Hebreæ ignorasse. Similiter p. 372 ἐκδέχεσθαι, vox Origeni perfamiliaris, explicatur per interpretari, & conjugatum ejus ἐποχή, interpretatio; circa quæ interpres plerique vacillarunt. Alibi, videlicet p. 379, Boherellus notat, Origeni absurdum videri, si quis duliam rei creatæ deferat. Idem p. 380, negat, Paulum Epistolæ ad Hebreos auctorem esse, eo quod contra H̄ebr. II, 3. sc̄ nihil sacerorum a quocquam homine accepisse, pronuntiet Gal. I, 12. Lucas potius Epistolam istam adscribit, qui cum Timotheo Pauli comes fuit; allegatque formulas ἔχειαν pro epistolam scribere, ηγίεσσοι pro verbi ministris, & vocem ἀρχηγὸς Lucas & auctori Epistolæ ad Hebreos proprias. Εὐτριβὴν dictionem raram, & Patribus propriam, explicat per obstinationem & commorationem in peccato p. 386. Has annotationes sequitur epistola Boherelli ad Menjotum Archiatrum Regium Parisiensem, in qua de significatione vocis ἐκμαγεῖον agitur, ostenditurque, eam nullibi, ne quidem, ut vulgo creditur, apud Platonem in Timæo, imaginem, sed spongiam notare. Huic subiectæ sunt notæ Gallicæ in interpretationem, de stylo Gallico maximam partem agentes, & nonnunquam alios interpres Gallos corrigentes. In his multæ leguntur Conrarti observations, cuius etiam epistola ad Boherellum, si indices demas, universo operi finem imponit.

MENSIS MARTII A. M DCCCL

129

LUCÆ VANDÆ POLL, JCTI ET ANTECESSORIS
Utrajectini, de Exheredatione & Præteritione Romana atque
Hodierna Liber singularis, cum Indice locupletissimo.

Amstelodami apud Franciscum Halmam, 1700, in 4.
Constat 3. alph. 20. plag.

Quemadmodum inter parentes & liberos, fratresque & sorores arcta sanguinis est communio: ita haec amorem admodum tenetum inter personas illas solet operari, quem leges divinæ pariter ac humanæ amplius etiam confirmant serioque inculcant. Inter alios autem benevolentia illius effectus, is quoque haut postremus est, quo, si personis illis, ex inevitabili naturæ ordine, in fata concedendum sit, in neminem magis, quam amicos illos, naturali vinculo sibi copulatos, bona sua illæ devolvi eupiant; quem affectum etiam leges ita mununt, ut ejus dictamina temore negligi non debeant. Evidem vero uti nihil tam sanctum est inter homines, quin malitia humana id aliquando temeret pervertatque: ita nonnumquam etiam accidit, ut sanctiori consanguinitatis nexu conjuncti, & sanguinis & legum obliviscantur, ac eos, quos obsequio & veneracione desulevere par erat, foeda ingratitudine graviter sedant. In hos ergo justa ultiō merito insurgit, adeo ut læsis, dum vivunt, non tantum reciproca amoris officia ingratias hisce negare, sed &c, in eventum mortis, eos a futura successione spe penitus excludere liceat. Hinc inter multas gentes, Abdicationem, Præteritionem ac Exhereditationem innoverunt nomina. Ne tamen in alteram partem peccetur, ac injuriæ illate obtentu, ad hos actus, arctioris amicitia indoli adeo adversos, temere ruatur, providæ leges prospicere, ac eo fine exheredandi ac prætereandi licentiam non unis circumscribere solent requisitis. Inprimit Antiquitas Romana, in determinanda liberorum exheredatione, patris intuitu, valde ingeniosa ac ultga modum fere subtilis fuit, quam rem dum sequitur leges simplicitati naturali magis attemperare studuerunt, non levem illa variorum iurium subtilium & ambiguorum successio peperit difficultatem, adeo ut ista rite expedire magna molis sit negotium. Huic ergo humeros velet supponere, ac, quid in expromendis humanioris Jurisprudentiae

R

the-

thesauris, enodandis scrupulosa Antiquitatis mysteriis, complanandis Latinæ Legislationis difficultatibus, connectendis recteque temperandis variorum temporum juribus, ac declarandis etiam legibus mortibusque patriis, felix valeret ingenium, una opera ostendere, Consultissimo Autori visum est. Hinc librum hunc singularem, tardius quidem, quam antea existimaverat, confectum, multorum desiderio satisfacturus, luci publicæ exposuit, seu, prout ejus in dædicatione verba fluunt, Exheredationis, tandem in ordinem, nunquam ante visum, redactæ exheredem facere Orbem Juridicum, atque adeo inofficiosus esse nec voluit, nec debuit. Totum Opus LXXXVII capitibus absolvitur, & priora quidem Abdicationis Græcæ, Exheredationisque & Præteritionis Romanæ explicatione ac comparatione occupantur, cumque Exheredatio tam in heredes suos, quam alios, ab intestato aliquin successuros, cadat, hinc primo de suis heredibus, familia, communi inter patremfamilias suosque heredes jure, de horum quasi dominio ejusque effectibus, de antiquissima Romanæ exheredationis origine disserit Noster, ac applicationem Græcorum a Romanis neque receptam, neque abrogatam esse, contra Valentiniū Forsterum evincit, solutis, quæ ex Seneca, Quintiliano, Suetonio, Cicerone, Valerio Plinioque moveri poterant, objectionibus. Inde pergit ad exheredationem suorum, tempore testamenti existentium, cui tractationi de exheredandis postumis nondum natis, & speciatim de Aquilianis (quos Opitros forte non recte vocaveris, cum hoc nomine ii solum olim venerint, quorum pater vivo avo moriebatur) quasi postumis Velleianis pruni, vivo testatore nascituris; de jam natis quasi postumis Velleianis secundis, in sui heredis locum, quasi agnascendo succendentibus; de nepotibus quasi postumis Julianæ; de exheredatione nepotis e filio captivo, disquisitionem addit: ac postumos Cornelianos, opinione licet communi suffultos, penitus expungit, adjectis aliorum exheredandorum, filii puta manumissi ac in potestatem olim reversuri, remancipati, adoptati similiusque modis ac formulis, varioque exheredationis scopo ac consecrariis, jure scilicet aorescendi Præteritis concessio, bonorumque possessione contra tabulas, explicatis. Postquam antiquæ Legislationis dumeta perreptavit Noster, deinde differentias inter Romanam & hodiernam exheredationem præteritionemque persequitur, ac speciatim Frisorum & Saxonum diversos a Romano jure,
quoad

quoad præteritionem matris, mores, ex male intellecto jure civili recentiori oriundos, ut & bonorum possessionem contra tabulas, non quidem jure Romano novissimo, attamen moribus abrogatam adducit. Inde ad jura suorum, nec non postumorum præteritorum, secundum leges novissimas & mores tradenda pergit, ac quid de exhereditatione sine causa, vel juxta jus civile novissimum, vel nonnullarum Gentium statuta, dicendum sit, exponit, subjecta, in præcedentium illustrationem, filiorum filiarumque in succedendo, ex Italorum, Hebreorum, Scotorum, Anglorum, Visigothorum & Longobardorum legibus, differentia. His absolutis, ad Legitimam liberis relinquendam delatus Noster, primo ejus relinquenda modum, ex Nov. 115. declarat, deinde Titulum Institutionis sollicitius investigat, eademque cum jure Transsaliano & Culemburgensi confert. Cum vero ob liberos præteritos, testamentum apud multos populos, ut in Frisia, Saxonia & Burgundia, nullum sit; hinc quid clausula codicillaris, præteritioni vel voluntaria, vel erronea adjecta, & quidem vel ratione heredis instituti, vel legatariorum, operetur, amplius disquirit. Postea sequitur Legitimæ liberorum computatio, quæ loco referuntur ea, quæ in Legitimam imputantur, nec ne. Inter ea cum etiam occurrant Canoniciatus, ideo hac occasione de Miliis, quæ sub Imperatoribus Constantinopolitanis vendibiles fuerint, quique illas habuerint, nonnulla insperguntur, & quid juris sit, liberis & siis a parente institutis, aliis ex ignorantia præteritis, ulterius ostenditur, explicata liberorum sive tacite sive expresse institutorum, sive exheredatorum, quoad legata præstanda, obligatione. Hactenus dicta pertinent ad exheredationem & præteritionem testamento factam; quæ vero codicillorum in hoc argumento, tam juxta jus civile, quam leges Frisiae, Transsalianae, Hollandiae, Zelandiae, Ultrajecti, Brabantiae, Neomagensis Tetrarchiae, ac Galliae vis ac efficacia sit, deinceps Consultissimus Autor expendit, ac statutorum, circa testamenta & exheredationem variantium, valorem persequitur. Ut autem liberorum nasciturorum, in materia exheredationis & præteritionis, non infrequens est nomen: ita quo tempore, quoque habitu eos, ad effectum infirmandi parentum testamenti, in lucem prodire oporteat, id non usque adeo liquidum. Hinc de partu quinqueimestri, semestri, septimestri, abortivo, octimestri, decimestri ac un-

decimestri, nec non de postumis pluribus simul natis, de cæsonibus, monstribus & ostentis, de Hermaphroditis, gigantibus ac pygmæis prolixior Nostro subnata est dissertatio, in quam mira, rara, tristia, jucunda, ambigua, tum collectione, tum examine & decisionibus dignissima confluxerunt, ut verba Nostri, sub initium laudatæ disquisitionis posita, hue inflectamus. Dimissa liberorum legitimorum progenie, ad illegitimos Noster transit, adeoque de spuriis, adulterinis, incestuosis, de spuriis Clericorum tum Religiosorum tum Secularium differit, eorumque quoad successionem & in officiis querelam jura, tam ex legibus civilibus quam statutis, præcipue Belgicis, percenset. In specie contra opinionem communem, bis in hac tractatione, non infeliciter Consultissimus Autor insurgit. Vulgo scilicet liberos adulterinos ab omni parentum & successione & alimenti secundum jus civile removent; sed Noster ostendit, quod liberi illi matrī, ante condemnationem mortuæ, ac foeminae solutæ, quæ ex marito pepererat, sive illam conjunctionem adulterium, sive stuprum, iuxta jus Romanum, dicere velis, omnino sucedant. Eandem sortem ex communī persuasione etiam subeunt liberi incestuosi; sed a Nostro iterum ad matris successionem allevantur, licet incestus cum adulterio fuerit conjunctus, modo absit incestuosum matrimonium (nam ex hoc prognatos a matris etiam hereditate repellit satis, certum ex I. 6. C. de inc. nupt.) Nec obsunt huic sententiae Nov. 47. c. ult. ac inde desumpta autb. ex complexu C. de inc. nupt. cum de patre loquuntur; neque Nov. 89. c. ult. quæ omnes fere decepit, nam idem de patre solum est accipienda, cum in Græco textu existet ταρ-εὰ τῷ γονέᾳ, qua locutione patres notari, ex collatione ejusdem Nov. c. 12. §. 4, liquet, quodsi pertendas, γονὺς Græcis idem esse quod Parens, fatendum tamen erit, quod de parentibus paternis in d. c. ult. solum sermo sit, cum totus Novellæ contextus ostendat, liberis incestuosis negari, quod naturalibus, patris intuitu, ibi concessum erat. Sicut autem liberi illegitimæ legitimari solent: ita per adoptionem & unionem prolium, extranei liberorum jura nonnunquam consequuntur. Hos igitur deinde Noster expedit ac isti tractationi, de nepotum, nec nosa liberorum, prohibitas nuptias contrahentium, exclusione, ut & de matrimonialibus adictis & statutis variis contra successionem liberorum, ob illici-

tas

tas copulas, receptis, ac de exheredatione, ob matrimonium clam a-
vo vel patre, aut cum infami, a nepote vel filio contractum, varia
subvenit. Inde ad causas exheredationum progressus Noster, de
liberis parentes verberantibus, aliave injuria affidentibus, de accu-
satoribus parentum, de liberis maleficiis & maleficorum sociis, vitæ
parentum insidiantibus, cùm nōverca, patrisve sui concubina coe-
untibus, de parentum delatoribus, pro parentib[us] carcere custodi-
tis fidejubere recusantibus, de impedientibus testamentum paren-
tis, de liberis nimis & acriariis, parentes futore vel morto conce-
ptos negligentibus, aut ex captivitate nōi redimentibus, nec non
de prole heretica, per aliquot capita differit, octo causis, ob quas
liberi parentes exheredare queant, simul comitemoratis. Tum se-
quitur exhereditatio & præteritio fratrum, circa quattuor quid juris fra-
tres uterini ante & post Constantini legem habuerint, disquiritur; in
quæ locum de infamibus, turpibus vel levis notæ macula laboran-
tibus, varia eaque non vulgaria simul conferuntur, ac in primis de
eorum, qui bonis cesserunt, conditione, ex antiquo & novo jure
differit, cuicunque levis macula exemplum in liberto occurrat in
L. 27. C. de inoffic. testam. hinc in *L. 8. C. de retic. donat.* revocatio-
nem donationis, ob supervenientiam liberorum, adversus solum li-
bertam esse concedendas, obiter deductur, non paucis hilarioris
famæ, stilo Nostri, interpretibus, Gotofredo, Counano, Hotomano,
Fabro, Corasio & Donello suffragantibus. Evoluta lege Con-
stantini seu *L. 27. C. de inoffic. testam.* plures aliae quæstiones, exclu-
sionem fratrum concernentes, verbigratia: an frater, vicio turpi ha-
rede, implere teneatur cætera, quæ testator ab eo dari fierive volu-
it? an frater turpem heredem expellere queat, si pari turpitudine
ipse labore? similesque subiectuntur, ac fratrum ingratitudo e-
jusque cause, nec non ratio computandi fratrum numeri in quanti-
tate legitima, explicantur. His etiam ad liquidum deductis, so-
lertissimus Autor exhereditationem militarem, nec non eam, quæ bo-
na mente, i. e. nullo lœdendi proposito, fit, juxta consuetas partes
expendit, ac liberos exhereditationi vel præteritioni consentientes,
aut futuræ hereditati renunciantes, spectandos exhibet, summa in-
de de jure relinquendis liberis portiones inæquales, differendi occa-
sione, quem locum tam ex legibus variorum populorum, quam-

parentum, inæqualiter bona distribuentium, voluntate illustrat. Li-
cet vero parentibus liberos ob justas causas exheredes facere con-
cessum sit, attamen variis illa exclusio requisitis circumscripta est. Ne-
que enim parentes testamento privilegiato liberos exheredare pos-
sunt, quemadmodum etiam exclusio, nominativum, pure & universa-
liter fieri debet: ex quo prolixior, de exheredatione testamento so-
lenni ac nominativum facienda, de prole sub conditione casuali, mix-
ta aut potestativa, exheredata, de filio ante impletam exhereda-
tionis conditionem defuncto, de exheredatione omnium bonorum,
non pro parte, facienda, de liberis a certa heredis persona, vel a gra-
du uno aut omni exheredatis, differendi materia Nostro suborta est.
Multa dixit Clarissimus Autor, sed nondum omnia. Ne enim soler-
tissimæ collectioni quid deesset, diversa eaque involuta, de jure ac-
crescendi in querela inofficiosi, de ejus transmissione, & a linea ad
lineam devolutione, de victoria querelæ, quibus illa prospicit vel non,
ut & de judice & reo, coram quo ac contra quem eadem institui de-
beat, capita subeunt, labore minime proletario pertractata. Sole-
bant autem lites de inofficio testamento, apud Romanos, a Cen-
tumviris dirimi: quædam igitur ex antiquitate Romana de Centum-
viratu delibata Nostro visum est. Aucto nimis populo Roma-
no, Magistratus & Judices quoque fuerunt aucti, tandem eo res pro-
cessit, ut Decemviri litibus, vel, ut Veteres, teste Nostro, loqueban-
tur, stlitibus judicandis sint constituti: eodem fere tempore, cum Prä-
tore Peregrino, circa annum 512 ab Urbe condita, Centumviri etiam
introducti sunt. Hos Decemviri, hasta posita, convocabant seu
eorgebant solemni conventu: Decemviri enim erant Magistratus, Cen-
tumviri sine Magistratu Judices, qui de testamentis aliisque civilibus
ac privatis olim causis judicabant, qui conventus Romæ & in Pro-
vinciis indici solebat, unde Gellio is, qui non universum populum,
sed partem aliquam adesse jubet, non comitia sed concilium edicere
dicitur. Cum autem Romæ triginta & quinque Tribus seu Curia
essent, terni ex singulis Tribubus sunt electi ad judicandum, qui Cen-
tumviri sunt appellati, & licet quinque amplius, quam centum fue-
rint, tamen quo facilius nominarentur, Centumvirorum nomen
maneat. Quantum in specie querelam inofficiosi attinet, erat in po-
testate Praetoris, &c in officioso testamento querentibus, experiundi a-
pud

quod Centumviros potestatem facere, aut eam denegare. Alias iudicij hujus die existente, in quem conventus Centumvirorum edictus erat, Decemviri statibus judicandis hastam cogebant, quam Praetoriā, Centumviralem sive Decemviralem dies, perinde est. Collegio Centumvirali Præsides quasi erant illi Decemviri, Praetore supremum Præsidem agente. Habebatur judicium illud in Basilica Julia, a Julio Cæsare Dictatore sic dicta. Successu temporis numerus centumvirorum ad centum & octoginta excrevit, & magnificus hic confessus, in quatuor Consilia divisus, de omnis generis causis privatis (non publicis & criminalibus) judicabat, neque tamen Centumviri erant judices pedanei, nec Centumviralia judicia mere privata, sed publica & privata velut interjacebant; privatis enim iudiciis Praetor non præsidebat, & hastæ deerat insigne, adeo ut multum different a solennitate & illustri confessu Centumviratus. Hoe judicium Centumvirale annis fere 572, ab anno scilicet conditæ Romæ 513, ad tempus Constantini, floruisse censemur; prout hoc, aliaque de hoc confessu, ex professo tradidit Siccama, Nostro aliquoties citatus. Quamvis vero exhereditatio multum exhereditatis auferat, nonnulla tamen illæsa manent; in quibus declarandis postea Noster occupatur, nec minus solerti cura casus, quibus querela officiosi cœlent, recenset, ac de causis exhereditandi gravioribus, a Justiniano expressis addi illæ queant, disquirit, tandemque reconciliatione, justam exhereditationem priorem tollente, satagit, istaque disquisitione toti Operi laboriosissimo finem imponit.

INDEX BATAVICUS, OF NAAMROL VAN DE BATAVISCHE en Hollandse Schrijvers &c.

Id est,

*CATALOGUS SCRIPTORUM BATAVIGORUM ET
Hollandicorum, a Julio Cæsare usque ad bac tempora : aucto-
re ADRIANO PARS.*

Lugduni Bat. apud Abrah. de Swart, 1701, 4.
Alph. 3.

*C*um ante annos non adeo multos Batavicos, in primis vero Cat-
rorum ad Rhenum, Antiquitates Vir Reverendus Adrianus
Pars,

*Pars, Verbi Divini apud Cattos ad Rhenum Minister, idemque Polyhistor clarissimus, justo per scriptari studio constituisset, id sibi negotii datum credidit, ut Batavicarum rerum Scriptores cuiuscunq[ue] ætatis undiquaque conquereret per illustraretque. Quo facto non solum natus ipsi, elegantissimus de Antiquitatibus Cattorum libellus, qui Lugduni Batavorum A. 1697 Belgico sermone, sub titulo *Katwijkse en Rijnburgse Oudheden*, prodit: sed & occasio oblata fuit Indicem Batavicum, quem hoc loco fistimus, elaborandi; quam tanto avidius amplexus est, quod nosset, neminem adhuc id laboris aggressum fuisse, ut de Scriptoribus rerum Batavicarum ac Hollandicarum speciatim & luculente satis commentaretur. Quo ipso quia rem longe gratissimam curioso Seculo præstiterit, dum eos omnes, qui a Julii Cæsaris ævo usque ad hæc tempora de Batavis eorumque origine, gestis, institutis, fatis, quicquam memoriarum prodiderunt, recensere, eorumque enarrare scripta, & doctorum de iis judicis, aliqua, quorum in Historia literaria haberij ratio solet, copiose ediscere sustinuit, nulli dubitamus. Ultra trecenti sunt, quorum memoriam opere hoc ad posteritatem propagare diligentissimus Parsius voluit, interque eos triginta, quorum simul exhibuit effigies. Ordinem vero hunc servavit, ut I Originum Batavicarum, II urbium, pagorumque, III Familiarum illustrum, IV legum morumque, V rerum Ecclesiasticarum, VI rerum bello terra marique gestarum, VII linguae Batavicae, VIII rei nummaria, IX rei literaria Scriptores enarrantur. Nobis non ingratum fore Benevolo Lectori visum fuit, si ex hoc Indice saltem librorum quorundam huc transcriberemus titulos, qui post annum 1681, quando Acta hæc nostra auspicati primum sumus, in lucem editi vel ad nos non pervenerunt, vel in tanta librorum undique affluentium copia recenseri non potuerunt: ut vel hoc modo Historia rei literaria, quam componere in Actis his ab isto tempore institueramus, utcumque suppleretur.*

Hollandse Jaarboeken, of Rijmkronijk van Melis Stoke, met nodige Uitleggingen opgeheldert door Cornelis van Alkemade. Tot Leiden, 1699, fol.

Simon van Leeuwen Batavia illustrata, of the Verhandelingen van den Oorsprong, Voordgank, Soden, Ere, Staat en Godsdienst van Oud Batavia. In's Gravenhage, 1685, fol.

Korte

Korte Kronike der Stad Deventer, van de oudste Geheugenis af, tot het Vredejaar 1648. Door A. Monen. Deventer, 1688, 12.

Korte Beschrijvinge van de Oude Ansestad Stavoren. Door Adamus Westermannus. Amsterdam, 1684, 8.

Beschrijvinge van Amsterdam. Door Kasparus Kommelin. Amsterdam, 1694, fol.

Beschrijvinge der Stad Rotterdam, en eenige omleggende Dörpen. Door Gerrit Spaan. Rotterdam, 1698, 8.

Geslagtrekening der Doorlugtigste Vorsten van Nassau, kordelijk samenge stellt door M. Smallegange. Amsterdam, 1690, 8.

Historia & Genealogia Brederodiorum, Illustrissimæ Gentis Hollandiae, P. C. Bockenbergii. Lugd. Bat. 1688. 8.

Kort Verhaal van de Reformatie, door G. Brand. Als ook van den Oorlog tegens Spanien tot den Jare 1600. Den derden Druk. Daar nog bij is gevoegd Het Kronickske der Nederlandse Geschiedenissen, sedert het Jaar 1600, tot het Jaar 1689. Rotterdam, 1699, 8.

Nieuwe en Groot Lootsmans Sespiegel. Amsterdam, 1693, fol.

Het Leven en Bedrijf van den Heer Michiel de Ruiter, beschreven door Gerard Brand. Amsterdam, 1687, fol.

Leven en Bedrijf van den Vermaarden Sehelt Kornelis Tromp. Amsterdam, 1692, 4.

De Nederlandse Scheepbouwkunst. Samen gesteld door Kornelis van Ijk. Delf, 1667, fol.

Komste van sijne Majestet Willem III, Koning van Groot Britanje, in Holland. Vercierd met ongemeen cietlijke Kopere-Platen. Door G. Bidlo. s' Gravenhaag, 1691, fol.

W. A. Winschotens Letterkonst. Leiden, 1683, 8.

Antiquitates Belgicæ, of Nederlandse Oudheden, met Konft- printen vercierd. Amsterdam, 1700, 8.

Behandelinge van't Kamprecht, door Kornelis van Alkema-de. Delf, 1699, 8.

ACTA ERUDITORUM

EXCERPTA EX LITERIS D. PETRI HOTTON
Med. & Botan. Profess. in Acad. Lugdino-Batava, ad Editio-
rem Translat. Angl. de Acemella & ejus faculta-
te lithontripicas.

Desumpta ex Actis Philosoph. Angl. 1701,
Mens. Januar. p. 760.

Conferantur Acta nostra mense Dec. 1700, p. 552. sqq.

ATtmella, Acemella & Hacmella: istis enim nominibus missa mihi
anno 1691 semina ex insula Ceylon, ubi nascitur & familiaris est.
An & in Malabar, aliisve Indiae regionibus proveniat, compertum
non habeo.

Cum barbarica sint hujus plantæ nomina, de cetera origi-
nione nil habeo, quod afferam.

Ipsa vero planta, quam colui ipse anno 1692, flores fert in cau-
lum summis, ex multis flosculis tubulosis coagmentatos, in caput
coactos, & peryanthio hexaphyllo aut polyphyllo suffultos, per-
quam similes Chrysanthemo Curassavico, alato caule, flore aurantio,
cujas icon extat apud Pluknet Phythog. in Par. Batavo Hermanni.
Horto Monspel. Magnal. & Volkhameri Flora Noribergensi; sed
hunc olos, quibus excusis, sequuntur semina ex fuso grylea, longa,
plana, summa sui parte duplice arista praedita, ipsis flosculis subiecta;
caules edit quadratos, foliis conjugatis Lamii aut Urticae longioribus
aceriusculis vestitos. Ex quibus conjicitur, spectare hanc plantam ad Co-
symbosarum gentem, & genuinam esse sobolem ejus generis, quod
Bidens a nomine bidente vocat Caesalpinus, cumque securus Tourne-
fortius. Quare cum hactenus nomine careat hæc planta, hoc ex ipsi-
us plantæ ingenio ei imponendum sensio: *Bidens urtica folio li-*
thontripica Zeylanica.

Inter omnia enim medicamenta, que in communendo cal-
culo valere perhibentur, plantahæc nuperis annis facta est celebre-
rima, inter nostros homines, qui in memorata insula vivunt, & no-
visimne quoque apud nos multam nacta est celebritatem.

Miles quidam, qui primus anno 1690 Societati nostræ Indicæ
indictum hujus herba dedit, profitebatur, se plusquam centum ægros
ejus ope liberasse a calculo & nephriticis doloribus; quam & cum
fuc-

cessu usurpatam in duobus ægris calculosis, testantur in literis eodem anno ad Societatem Indicam datis, Gubernator & supremus Batavorum Consellus in insula Ceylon ; sicut enim, in iis disturbatas expulsasque fuisse multas arenulas, minutosque calculos, absque ullo ferre dolore.

Primus nosocomii urbis Colombo, quæ sita est in memorata insula, Chirurgus, vir, ut videtur, industrius plane & diligens, in literis anno 1699 ad me datis, in rei veritate testari se posse assertit, efficacius medicamentum contra calculum & nephriticos dolores repertum hactenus non fuisse; qui & porro addit, tres ejus species a se multa investigatione inventas, quarum prima foliis amicitur dilute virentibus, & semen producit luteum : secunda folia edit sature virentia, & semen producit itidem luteum : tertia semen nigrum profert, & longe majoribus foliis vestitur, quam reliquæ duæ, quas virtute præstantissimas esse assertit ; denique subiungit, fertilissimam esse hanc plantam, quæque plusquam decem millia seminum gignat. Hujus usurpantur folia, semen, quod præ ceteris partibus laudat Præfectus ille noster nosocomii Zeylanensis, radix, caules & ramæ.

Folia lectæ, antequam flores prodeant, in umbra siccata, & in pulverem comminuta, dantur in convenienti vehiculo, aut aquæ calidae infunduntur, bibiturque ea infusio instar infusionis herbae Thee; infunduntur & spiritui vini, & paratur per destillationem spiritus ex radice, caulis & ramis.

Flores, radices, extractum & sal in pleuritide, catlica, & febribus feliciter se usurpasse, testatur aliud quidam nosocomii Zeylensis Præfectus.

Atque hæc sunt, quæ mihi innatuere ex literis Colombo ad Societatem nostram Indicam & ad me datis, de herbae hujus facultatibus, untenique modo. Ex duabus Chirurgis primo memoratus, qui satius accuratus mihi videtur observator, laudat quoque in suis literis à vi lithontriptica cortices radicum, ipsasque radices herbae cuiusdam *Mangul Caranda Portu* Zeylanensis dictæ, at quæ illasit, me latet.

Etiammi autem modus & ratio, qua agant hæc aliave vere lithontriptica habita medicamenta, non facilis sit explicatu, durum

tamen videtur, nullam plane fidem habere viris fide dignis. Ego vero hæc experientia debite instituta saepiusque repetenda committo.

NOVA LITERARIA.

Diu est, quod librorum novorum recensui Nova etiam Literaria alia subjungere prætermisimus. Ex quo factum, ut doctorum etiam Virorum obitus indicati a nobis, ut quondam subinde factum, non fuerint. Neque dubitamus tamen, aliunde jam constare omnibus, *Fridericum Ulricum Calixtum*, S. Theol. Doctorem & in Academia Julia Professorem primarium, nec non Consiliarium Ecclesiasticum Guelphicum, Regiaeque Lutteræ Abbatem, anni superioris die 13 Januarii, ætatis anno fere septuagesimo nono; *Fridericum Spanbemium*, celeberrimum inter Reformatos Theologum, & per annos quadraginta sex, in Heidelbergensi partim, partim in Lugdunensi Batava Academia Professoris munere perfunctum, ejusdem anni die 13 Maii, septuagesimo ætatis anno; *Georgium Schubartum*, Historiarum & Eloquentia in Academia Jenensi Professorem, anni itidem superioris die 19 Augusti; *Georg. Michaelem Heberum*, JCtum & Codicis in Academia Wittenbergensi Professorem die 4 Febr. anni praesentis; aliisque locis viros doctos alias e vivis excessisse. Nunc cum Amicorum monitu integrare morem pristinum, Novisque subinde Literariis locupletare hæc Acta constituerimus, ante omnia, nec sine moerore tamen, mortem nunciamus Viri Per-Illustris Dni *Balthasaris Friderici*, Lib. Bar. de Logau & Altendorff, Dynasta in Vorhaus, Samitz, Oberbulau &c. Ordinum Silesiæ ad Conventus solennes & Statuum Ablegati, Vratislavie die Februarii 9 hujus anni pie defuncti. Oriundus Vir beatus erat ex celebri vetusta que Logorum prosapia, patre Friderico de Logau, Consilio Ducum Lignicensium, ac Poeticarum suavitatum sub nomine anagrammatico *D. Golan* haud experte. Georgii Logi ex eadem familia, Canonici Vratislaviensis, Epigrammata ingenium acre & sublimne testantur. Bartholomæi & Matthiae de Logau virtutem bellicam Divi Cæsares, Carolus V & Ferdinandus I, & admirati & summis honoribus prosecuti sunt. In primis autem eminent Casparis, Episcopi primum Neostadiensis, & deinde Vratislaviensis, Silesiæque Pro-Principis decora. Majorum nobilissimorum gloriam suis virtutibus auxit beate defunctus, meritis in

pa-

patriam illustris, & eruditorum omnium non patronis tantum incomparabilis, sed & ipse eruditissimus: quod inter alia tum scripta, quamvis suppresso nomine publicata, tum Bibliotheca tempore haud ita multo sumptibus non exquis collecta, & librorum non magis copia quam selectu-exquisitissima testantur. Silesia profecto alter quidam Peirescius fuit & ornamentum singulare.

Ex Italia e literis doctissimi ejusdam Veneti intelleximus, Bibliothecam Siculam Dn. Antonini M... Sacerdotis Panormitan, in qua omnes Scriptores e Regno Siciliæ oriundi prolixè recensentur, sub prælo jam jà sudare, ejusque Auctoris industria Cremonenses quoque Scriptores in publicum prodituros: porro Doctorem Lazarum Augustinum Cottam Museum Novarense adornare, Illustrissimum Ludovicum Ant. Muratorium, Mediolani olim Ambrosianæ, nunc Serenissimi Ducis Mutinensis Bibliothecæ præfectum, insigne opus, *Riforma della Poesia Italiana* inscriptum, inqñiri. Ex Muratorio ipso accepimus, euram illi quoque collocari in tertio Anecdotorum Tomo instruendo, quem Graeco-Latinum edere constituit. Complectetur vero is multa Gregorii Nazianzeni Carmina, Epistolas Firmi Cæsariensis Episcopi, qui Synodo Ephesinæ interfuit, quædam Juliani Augusti fragmenta, & Epistolam Julio I Romane Pontifici suppositam. Romæ *Fustius Fontanini* prælo cōm̄isit Antiquitates urbis Hortensis in Etruria apud antiquos Faliscos prope Tyberim, quadragesimo ab Urbe lapide: in quibus inter alia demonstrabit, Probam Falconiam, quæ seculo V claruit, ex urbe illa Hortensi fuisse ortam, eaque occasione amplam contra P. de Simeonibus Dissertationem operi inseret. Ibidem P. Philippus Bonanni e Soc. Jesu paratam prælo habet Bibliothecam Societatis Jesu, seu Indicem librorum omnium, qui a Societatis collegis hucusque editi in lucem fixere. Parmæ prodisse tandem Tomum II elegantissimi operis numeri, quod anno 1694 (conferantur Acta nostra A. 1696 pag. 57 fqq.) auspicatus jam fuerat P. Paulus Pedrusini e Soc. Jesu, Illustris Maglia-bechius ad nos perscripsit, describi illo memorans & illustrari Cæsarum argenteos nummos, ad Trajanum usque, ceteris in tomum III, sed maturius publicandum, dilatis. Idem spem facit fore, ut Laurentius Alexander Zaccagni, Vaticanæ Bibliothecæ Præfetus, Collectaneorum Monumentorum veterum Ecclesiæ Graecæ & Latinæ, quorum

primum tomum in Actis A. 1696 pag. 393 sqq. recensuimus, secundum tomum cum tempore edat; certe in eo doctissimum Virum esse, exin manifestum est; quod e Bibliotheca Medicea Laurentiana describi nuper curavit epistolas quasdam S. Gregorii Nysseni nondum editas, secundo autem illi tomo inserendas. Nec id Vir optimus reticet, quod F. Guillelmi Bonjouur Tolosani, Ordinis Eremitarum S. Augustini, Calendarium Romanum avide haec tenus a multis expectatum, in lucem jam typis Jo. Franc. Buagni prodierit, de quo, quamprimum ad nos pervenerit, plura dicentur.

Ex Anglia trium scriptorum veterum, Dionysii Halicarnassei, Irenæi, & Suidæ novas easque splendidas & accuratas editiones Orbis Literatus dudum expectat, tantoque avidius, quanto doctiores celebrioresque Viri sunt, qui eas adornandas suscepérunt. Paucini futuri sunt, quibus jam antea non innotuerit, Dionysio Johanne Hudsonem, Bibliothecæ Bodleianæ superiore anno, postquam isto munere Thomas Hyde sponte se abdicasset, Oxonii summo omnium cum applausu praefectum, Irenæo Joannem Ernestum Græpium, qui sacrarum Antiquitatum non vulgarem peritiam Eruditis dudum comprobavit, Suidæ vero Ludolphum Neocorum, Bibliotheca novorum librorum edita clarum, operam suam industriamque impendere. Nec minore aviditate Novum Testamentum cum scholiis Græcis, & Græcis Scriptoribus tam Ecclesiasticis quam Exteris magna ex parte desumptis, cuius curationem Joannes Gregorius, Archi-Diœconus Glocestriensis in se suscepit, expectatur: quemadmodum Physicis ac Mathematicis salivam moverunt Astronomiæ Physicæ & Geometricæ Elementa, quæ a Davine Gregorio apparari feruntur. Num vero successum habiturum sit Bibliopolarum quorundam institutum, Itineraria selectiora tam maritima quam terrestria colligendi, & Anglice quatuor voluminibus in folio, ut loqui amant, edendi, tempus nos docebit. Ceterum prodierunt ab aliquot annis in Anglia libri bene multi, quibus controversia de jure Synodos Ecclesiasticas easque generales convocabandi, in utramque partem disceptatur. Generales inquam; nam cum in duos Archi-Episcopatus, Cantuariensem & Eboracensem, universa Ecclesia Anglicana divisa sit, dum non est, quin quisque Archi-Episcoporum Suffraganeos suos Episcopos, Clerumque reliquum sibi subjectum, scorsum cogere possit,

Alt

Ait ubi Clero totius Regni indicendum Concilium est , alii quidem Regi in solidum vindicarunt jus illud , sine cuius consensu nec congregari , nec circa doctrinam aut disciplinam quicquam valide decernere Cleriei valeant : alii contra Synodorum jura & libertatem tueri , easque Magistratus Civilis autoritati subducere ; omni studio sunt annisi . Illustria sunt ex utraque parte , nisi quod quidam anonymi esse maluerunt , disceptantium nomina . Regium Suprematum Ecclesiasticum *W. Wake* , *W. Kennet* , *Humbribus Hody* . Synodorum independentiam *Samuel Hill* & *Atterburius* propugnarunt . Non diffitemur , librorum illorum paucos admodum ad nos delatos : ut controversia momenta justo studio recensere , integrum nobis non fuerit . Tamen vero aliunde satis constat , quibus iam olim argumentis , inter Pontificios & Nostrates , lis ista in thesi fuerit ventilata : par tamen erat nosse , quomodo ea in hypothesi , habito ad Regni & Ecclesiae Anglicanae jura & consuetudines respectu , pertractetur . Sed etiam hie nobis fecit *Jacobus Bernardus* , Vir doctissimus & que ad diligenterius , in Novis Reipublicae Literariae Amstelodamensisibus , in quibus anni superioris mensie Augusto pag . 218 sqq. libri omnes utriusque editi ordine resensentur . Recentior , nec minori fameri animorum motu agitata lis est , quæ Clerum Anglicanum ipsum in partes scidie . Cum enim Convocatio , quam vocant , seu Synodus Generalis , perinde ac Parliamentum (ut solet Ecclesiae forma Politice et plurimum attemperari) in duas Domus seu Classes , superiorem & inferiorem dividatur , quarum illam cum Archiepiscopis Episcopi , hanc Decani cum Archi-Diaconis , Diaconis & inferioris Cleri Ablegatis constituitur ; disquiri de eo coepit , num Inferior Cleri Classis non nisi iussu ac auspiciis Classis superioris , an vero suopote arbitrio , conventus celebrare ac conferre suffragia possit . De qua controversia itidem laudatus supra Bernardus , in Novis Reipublicae Literariae mensie Februario praesentis anni verba facit : ad quem proinde hic etiam Lectorem Benevolum loebit nobis alegaro .

In Suecia Olaus Rudbeckius , pater , in vasto & præstantissimo opere suo Botanico publicando desudat , partem etiam quartam Atlanticos sive nobis brevi daturus . Rudbeckius , filius , Lapponiae Antiquitates & Historiam Naturalem Dissertationibus Academicis illustrat , opus Schefferianum longe superaturnus . Peringskioldius ita Scan-

Scandia illustrata Messenii edenda occupatus est. Ericus Benzelius novam parat editionem tractatum quorundam Philonis, una cum hactenus inedito Libro IV Commentarii ad Leges speciales Decalogi.

Ex Gallia Diarium Eruditorum (*Le Journal des Savans*): multo deinceps limatus locupletiusque, quam hactenus, proditum est, postquam occupata antea ab uno componendi illud opera, divisa nunc in plures est, *Bignonii* Abbatis auspiciis. Exitaritne Parisienses Jesuitarum institutum, qui anno superiore Trevoltii, auspiciis Celsissimi Ducis Cenomanensis, Commentarios amplissimos Historiarum Scientiarum bonarumque Artium inservituros (*Memoires pour L' Histoire des Sciences & des Beaux Arts*) edere coeperunt, non quidem dixerimus. Quod si tamen hic intercedit simulatio quædam, ea certe non poterit non fructuosa esse Orbi Eruditio. Diario ergo Parisiensi exornando in Physicis Medicisque *Andry*, in Mathematicis *De Fontenelle*, *Du Pin* in Theologicis, *De Verteuil* in Historicis, in Jurisprudentia *Razicot*, in Linguis *Bourchard*, in aliis alii industriam suam deinceps exercebunt, *Cousino* etiam, qui ab aliquot annis Diarium hoc solus curavit, operam suam, in quibus ipsi visum fuerit, collaturo. A tot ergo tantisque Viris quotus quisque est, qui non præclara quæque sibi polliceatur? Nec adhuc Diarium id genus finis. Nam & *P. Hommeuy* Augustinianus novum aliud Latine & Gallice hoc titulo editurus dicitur: *Facti anni, in quibus res Politice insigniores, Ecclesiasticae, Literariaeque, per universum orbem, primo fœculi decimi octavi anno 1701 breviter narrantur.* Sed ut attingamus & alia, *P. Harduin* e Soc. Jesu novum moliri dicitur *S. Athanasii* editionem, perinde ac *Stephanus Baluzius* *S. Cypriani*. Hie etiam prelo subjecisse denuo fertur Petri de Marca Opus illustre de Concordia Sacerdotii & Imperii, seu de Libertatibus Ecclesiae Gallicanae, & novis quidem locupletatum notis. Petavii Rationarium Temporum ad annum usque praesentem continuavit, ac excudendum typographo commisit *Vallementius*. Sed hic abrumpere Nova hæc chartæ nos jubet angustia. Plura itaque alio tempore indicabimus.



A C T A
E R U D I T O R U M ,
publicata Lipsie
Calendis Aprilis Anni M D C C I I .

DE SANGUINIS NATURA ET CONSTITUTIONE
Exercitatio Physico-Medica DOMINICI GULIELMINI, Philo-
sophi & Medici Bononiensis, non ita pridem in Patrio, nunc in Patavi-
no Lyceo Matheos Professoris, ad Illustrissimum & Excellentissi-
mum D. SEBASTIANUM FOSCARENUM, Equi-
tem & D. Marci Procuratorem.

Venetiis ex typographia Andreae Poleti, 1701, in 8. Plag. 8.

CArtesii dogmatis addicti Physici ac Medici, quorum a longo jam tempore ingens fuit numerus, usque adeo Doctoris sui, celeberrimi Mathematici, inherarent vestigiis, ut non solum partium in corpore humano solidarum functiones regulis alligent Mathematicis, sed in humoribus etiam vel partibus fluidis subtilissimas particularum & molecularium longum, latum & profundum querant dimensiones. Singulare hinc excipiuntur ubique applausu labores illi, quos in Physiologicis ac Medicis suppeditant Viri Mathematicis disciplinis probe instructi.

Non male itaque suam collocasse Cl. Gulielminum, in praesenti de Sanguinis Natura exercitatione, operam, unusquisque facile fatebitur, cui Philosophiae Mechanicæ principia non displicant. Siquidem, quid in Mathematicis speculationibus ab eo expectandum sit, non solum doctis illis, quæ ex museo ejus Bononiensi ante aliquod tempus prodierunt, *Animadversionibus Philosophicis de Salium figuris*, demonstravit, sed &c., quam hoc tempore in Patavino Lyceo sustinet, publica functio facile docet. Brevis autem est, & paucis plagulis constat hæc ipsa dissertatio; brevissimis igitur summam ejusdem, atque in specie, quam proponit

T

de

de sanguinis humani natura sententiam, recensere decebit. Consistit autem hæc ipsa in his fere terminis: Demonstrare nimirum co-natur Cl. Autor, nibil aliud esse sanguinem, quam fluidum quoddam aqueum, in quo immediate confusa sint, primo diversorum & diversi status salium particula, diversa ideo figura & molis; secundo, staminæ albida concrescibili substantia, (a Malpighio fibra sanguinea appellata); tertio, globuli rubri, atque inde aliquando ex solus a planovalia corpuscula; quarto, que non modo ex hisce substantiis, verum & ex chylo immediate se se explicant sulphuris ramenta; sexto, partes chyli non satis attenuatae; & tandem septimo, æerea particula, cum crassiores, que una cum chylo advehuntur, tum subtiliores, per respirationem aucta, que omnem effugiant analysin.

His suppositis, satis & naturam sanguinis dignosci, & explicari posse singulas ejus actiones & affectiones, tum naturales, tum præternaturales, persuasus est, præsertim, si prædictæ partes sic combinatae censemantur, ut in statu naturali certa sit earum quantitas, substantiarum diversitas, proportio, motus, moles, figura & situs. Quapropter etiam statim sub hujus dissertationis initium, fusius & ordine agit de recensitis jam, & ad sanguinis constitutionem pertinentibus requisitis. Et quod in specie motum attinet, inserit nonnulla, quæ novitate se commendant, & singularem merentur attentionem, quale est problema illud de sanguinis per arterias & venas motu, quomodo nimirum hic esse possit, ut revera est, continuus & nunquam interrupsus, cum tamen a causa reciproca vi agente, systole cordis ac diastro-
le dependere videatur; qua occasione non solum de media vel car-
nea arteriarum membrana, sed & de auriculis cordis atque arteria-
rum pulsu, singularia proponit. Progreditur hinc ad particularem
sanguinis explicationem, (ex qua fluit, quam superius jam allegavi-
mus, definitio) & quinque hanc absolvit punctis, quorum **primum**
partes considerat & substantias in ejus massam confluentes, alimen-
ta nimirum & ærem; **secundum** ipsam sanguinis substantiam rimatur;
tertium dissolvit ejus mixturam per analysin chemicam; **quar-
tum** elicit ex phænomenis existentiam causarum; **quintum** propo-
nit liquidorum naturam, quæ ex sanguine separantur. Atque su-
per his omnibus elegantem atque eruditum format Autor discur-
sum, cumque fere totum ex principiis illis, quæ de sanguinis natura
pro-

proposita invenimus apud celeberrimos ætatis nostræ Philosophos & Medicos, Boyleum puta, Lowerum, Malpighium, Bobrium & Leurvenhoeck, quorum ex parte propugnat, ex parte etiam refutare conatur hypotheses. Sub finem autem Exercitationis, coronidis loco, sicut problema sequens: *Unde sit, quod licet consumptio in functionum usus sanguini novus succedat ex cibulo generatus, adhuc tam procedente atate, sanguinea massa ita languescat, ut aliquando usui inepta reddatur, ob idque necessarii interitus radix fiat?* Solvit hoc quadruplici potissimum responsione: (1.) enim putat, id ipsum fieri propter laxationem atque inde succedentem atoniam pororum; (2.) ex obstructione atque incrustatione fibrarum, carnearum juxta & nervearum, a materia sanguinis quasi tartarea; (3.) ex receptione particularum aeris crassiorum in sanguinem, vitio pulmonum; & denique (4.) ex retentione humorum excrementiorum, que ab indigita jam atonia pororum dependere soleat. De cætero neque etiam reticendum, multa huic themati inservientia reservare Cl. Autorem peculiari de *Natura & Causis Febrium* dissertationi, cuius editio sequetur proxime.

LETTERA SOPRA UN IDROFOBO &c.

i. e.

EPISTOLA AD ILLUSTRISSIMUM VIRUM ANTONIUM MAGLIABECHIUM, de Hydrophobo ex ira imperiali. Autore IOHANNE BAPTISTA SCARAMUCCI.

Maceratae, typis Pauli Antonii Bufalotti, 1702, in 8.
plag. 2.

Haud vulgaris observationis & fastis Medicorum dignissimus casus est, quem cum Illustri Magliabecho & Literato Orbe communicat in praesenti schediasmate Clar. Johannes Baptista Scaramucci. Est autem, ut breviter nos expediamus, sequens: Juvenis 27 annorum, temperamenti calidi & sicci, ira percitus graviter, fortassis ex vindictæ defectu, mortuus cruento indicem digitum sibi ipsi vulnerat; hinc tota nocte inquietus atque ira adhuc flagrans, vomi-
tus patitur bilis porraceæ copiosos, quos excipit horror atque incale-

scentia febris, brevi tamen iterum cessantes. Dic sequenti signa se manifestant in agrotante hoc misero praesentis Hydrophobie certissima, aversio nimirum aquæ ac liquidorum omnium, rerum itidem candidarum atque splendentium tanta, ut strangulationis periculum ad visum eorum innineret. Brevi post in maniam meidit ac rabiem, in qua constitutus æger a pluribus satis robustis personis vix compesci ac detineri poterat, pro venæsectione maxime necessaria administranda, qua, ut decet, celebrata, tranquillior paulo redditus, vomitus iterum bilis æruginosæ simul atque sincere patitur, quos paulo post excipit mors ipsa.

Veram Hydrophobiæ hunc appellare affectum non dubitat Autor, utpote in quo signum ejusdem pathognomonicum, aversio nimirum liquidorum omnimoda atque ad strangulationem usque periculosa, vel maxime se manifestaverit. Neque enim semper necessarium esse existimat, ut a mortuus canis vel cati furiosi maulum hoc excitetur, siquidem & ex mortuus galli galinhaesi, in pugna cum alio impediti, lethalem hydrophobiæ exortam fuisse memorat, ex observatione nuperrima amici sui D. Nicolini. Quod autem in praesenti casu, a nulla alia causa externa, quam a sola animi excandescencia ac proprio mortuus, orta fuerit Hydrophobia, testem se ipsum sifit Autor ocularem atque certissimum; nec ratione adeo repugnare reconsitam morbi historiam existimat, positæ hoc, quod Hydrophobia furoris vel manie fit species, ira autem ipsa nihil aliud, quam furor brevis, teste Seneca. In resolutione ulteriori hujus observationis, ac praesertim signi ejusdem inseparabilis, satis quidem prolixus est Autor, cuius tamen summa eo recidit, ut putet, a commotione spirituum in tali excandescencia omnes in corpore humano humores exagitari enormiter, praesertim autem billem, cuius saha una cum partibus sanguinis melancholie in tantum exalentur gradum, ut venenum eiusmodi rabiosum constituere facile possit, quod eocomunicatum postmodum, mediante mortuæ, de novo cum ipso sanguine, cerebrum praesertim atque ex eo prodeuntium nervorum propagines, in specie autem illas, quæ sub nomine paris vagi atque intercostalis venunt, alterare usque adeo valeat, ut corrupta cum spiritibus anima ibus phantasia, atque a veneno isto viscido & melancholico (uti hoc vocat Autor,) opaca quasi ac tenebris facta, omnibus illis

illis sedatur ideis, quæ ratione pelluciditatis ac splendoris, qualis aqua est, cum statu spirituum naturali, quem luminosum sibi concipit, aliquam saltem habent similitudinem; sicuti enim illi, qui in tenebris confusis detenti aliquandiu fuerunt locis, meridianam lucem apertis tolerare oculis nequeunt: ita & spiritus animales, a veneno hydrophobo confusos, tetros atque opacos redditos, illas tolerare ideas nullo modo posse, persuasus est Autor, quæ ad lucis ac splendoris naturam aliquatenus inclinant. De cetero hinc inde in brevi hac epistola observationes sistit plures easum propositum optime illustrantes ac notata dignissimas, quas partim ex propria, partim etiam ex aliorum de promit experientia. Sub finem autem deprecatus apud Illustrem Magliabechum retardationem promissi de Febribus tractatus, quem in gratiam Nobilium rusi degentium prodire curabit pro pediem. His enim, ac simul omnibus mechanicæ Philosophiae veris affirmatoribus, minime vero illis scriptum vult dictum tractatum Nefutalis, uti loquitur, qui particularum ac molecularium doctrinam irridens temere atque rejiciunt, ex fastu, uti putat, atque occurrat quadam philautia, quam non parum augere loci, ubi degunt, magnificientiam existimat, utpote ad cuius regiminis & status Politici imitationem, toti propriorum terrarum orbi philosophandi prescribere leges audeant.

*RERUM IN SÉRÉNISSIMORUM DUCUM SAXONIAE DIS
casseris Jenensis Decisarum Pars Altera, sive Centuria VI. VII.*

LIX. IX. X. ex regebus & cura Präsidis eorundem Ordinarii

DN. NICOLAI CHRISTOPHORI L. B. de ETN-

CKER, Consiliarii Statis Ducalis Saxo-

Vimariensis Intimi.

Jenæ apud Joh. Bielekiū 1701; in 4.

Alph. 3, pl. 9.

Dum de publico bene meriti instituit Per illustris Autor, eam ini-
re rationem ipsi volupte est, ut labor labore velut trudit, ac
outam vix absolutam novum soleritatem, amplius profutura, sequatur
documentum. Primam igitur Rerum Decisarum partem, a nobis men-
te Mayo 1700 exhibitam, excipit altera, quinque Centurias novas
fatas.

fistens. Ut de indeole laboris aliquid admoneamus, opus non est, eum de hac in prima parte jam dixerimus, & nomen tanti Autoris nil, nisi quod eximum egregiumque sit, promittat. Ex more recepto, exempla nonnulla adjiciemus. In Decis. 567, Nobilem in fundo suo molendinum extruere posse, licet aliorum molendinorum redditus inde minuantur, ostenditur, cum jus exstruendi ad Regalia regulariter non pertineat, & libertas naturalis restricta temere presumenda non sit. Praescripto licet criminis, v. g. adulterii, censuram tamen ecclesiastica adhuc locum esse, Decis. 579 afferitur. Servitatem sola omissione non amitti, si dominus prædii servientis sit in mala fide, Decisio 632 docet. Juraverat Corinna, se a Levinio esse imprægnatam, hinc præter poenam secularem, huic deprecatio publica fuit injuncta: stuprator causabatur, se esse innocentem, velle tamen se, licet cum mendacio, poenitentiam illam publicam subire: cum vero haec mainine simulata, sed cum seria cordis contritione conjuncta esse debeat, ideo ex praescripto Decis. 675, contumax ad depreciationem illam haut admissus, sed ad quadriennium relegatus fuit. Obtinuerat quis licentiam ducendi defunctæ uxoris fratris filiam, ac Pastorii copulationem neganti, per decretum injunctum erat, quo hierologiam perageret, vel eo adhuc recusante, sponso permisum, quo ab alio eam impetraret. Ista tamen Pastoris denegatio sufficiens causa mutandi Confessionarii, ex sententia Decis. 766 non est, nisi singulares circumstantiae concurrant; tum enim ex arbitrio Consistorii eum abdicare licet. Licet carnifices opinione vulgi vel infamibus, vel saltem levis nota macula laborantibus accenseantur, attamen in Republica eorum constitutio ideo non negligi, sed potius nonnunquam eo nomine controverti solet; tum vero regulariter pro Domino territoriali, quod ei jus constituendi carnificem privative, etiam in districtibus jurisdictionum Capituli & Nobilium competat, pronunciandum esse, Decis. 850 ostenditur. Putabat nonnemo, se in Cancellaria Comitis ejusdam, Domui Saxonice subjecti, per sententiam esse gravatum: item igitur mediante nullitatis querela, ad Cameram Imperialem devolvebat, ratus se hac ratione, privilegio de non appellando, laudatae Domui concessio, minime derogare, cum ab appellatione nullitatis querela longe differat: verum conatum illum, & inanem, quantum ad provocans intentionem, & coercendum esse, Decis. 893

cis. 893 deducitur, cum memoratum privilegium etiam querelam nullitatis excludat, imo hæc, privilegio tam amplo non occurrente, solum locum inveniat, si quis a iudicio immediato lœdatur, non etiam, si mediatum gravamen inferat. In Decis. 923 præcedentia Consulū & Doctorum, a eorum ratione diversarum Facultatum, expeditur, & in specie docetur, quod Doctor Juris junior, si facta antecellorum & observantia loci solam ætatem attendi hactenus jussint, Doctori Medicinæ seniori cedere debeat. Molitor furti suspectus, imo aliqua ex parte delictum confessus, sed nondum per sententiam condemnatus, in carcere mortuus erat: non obstante reatu, publica funeris deductio, etiam cum concione funebri, permittitur: pilotes nonnulli humeris suppositis cadaver tumulo inferunt, quos collegium pistorum a societate excludit, cuius sententia Decis. 960 probatur, cum actus ille levis nota culpis annumorandus sit. In Decis. 975 quaestio est, an testamentum judiciale ob defectum chartæ signatae, *stempel papieris*, sit nullum? quod negatur, modo hæres defectum chartæ dictæ ex post facto suppleat. Jus coquendi & dividendi cerevisiam solo non usu non amittitur, si alius per contradictionem legitimam ei haud præscriperit, ex decreto Decis. 979. Pietistarum quoque, quos vocant, hic mentio fit; quænam enim in eorum causis, judiciorum cura & ratio esse debeat, Decisio 993 expavit. Est quidem alias certi juris, quod stuprator stupratam dote aut dueere debeat, sed quoad stuprum irritamentis inductum, ab hac necessitate Decisio 1000 absolvit.

GO DO FREDI WAG NERI AD ALBERTUM A FELDE Epistola, de Justini Martyris cum Tryphone Judeo Dialogo vere suppositio.

Francofurti & Lipsiæ, A. 1701. 8. Plag. 7.

Quænam maxime Reverendi Kochii, de Dialogo Justini Martyris cum Tryphone inter scripta supposititia referendo, sit sententia, quibusque eam argumentis Albertus a Felde impugnarit, alio a nobis loco dictum est. Nunc autem non possumus, quin doctissimum Wagnerum quoque auscultemus. Et is quidem Kochianæ opinionem adversus Antagonistam ipsius modo memoratum defen-

dere

dere laborat, & post n̄os varios epistole Feldianaz generatim imp̄tos, sigillatim hoc in Autore ejusdem taxat, quod Kochium, de conciliâtione Scaligerum inter & Pearsonium differentem, non satis intellexerit; quod omisso capite secundo saltum faciens ad tertium miretur, Kochium, relictis Eusebii calculis, Valesum in obitu Justini assignando secutum fuisse, cum tamen Valegio accurati Chronologi & Historici nomen nemo abjudicaverit, ac præterea adversarius ipse, in inveniendo Mareionis ortu, relictis omnibus aliis, Clementem Alexandrinum sequatur. Hinc rationes pro destruenda Valeii sententia allatas examinat, casque enervare nititur. Justinum Martyrem sub Marco Aurelio oceubuisse, ex argumentis adversarii constare negat. Multa a Judæis usurpata Græca nomina dum ille attulerit, fastra ipsum esse monet, nec contradicere thesi a Kochio probat, in qua primum argumentum negativum a nomine Judæi Tryphonis tanquam Græco, Ethnico & Judæis infensissimo, adeoque ab iis non facile usurpando duxerit. Si quid ergo effectum reddere volunt adversarius, probandum ipsi fuisse, Judæos tantum se Græcis nominibus censiisse; nomina non fuisse ad vitæ genus accommodata; Ethnici & infensissimi Judæorum hostibus propria facta esse Judæis communia. Marcionem post Cerdonem hereticum Hyginiique Romani Episcopi obitum ortum esse, multis testimoniis probat. Hyginii vero obitum in anno 157 collokat, post quem, aut annum sane 161 vel 163, Marcion primum extiterit hereticus; unde Dialogus A. C. 138 vel 140 scriptus, mentionem ejus facere nullo pacto poterit. Irenæum, qui Marcionem sub Antonino Pio vixisse referat, temere erroris insimulari ait, cum eodem cum Marcione avo vixerit. Quod ad salutationem Marcionis a Polycarpo factam attinet, errare dicit adversarium, quando adventum Polycarpi in urbem Romanam circa A. C. 142 ponat, quandoquidem ille contigerit sub Aniceto demum, qui A. C. 153 Episcopatum obtinuerit. Nōdīas loci ex Justino Martyre allati, & Marcionis mentionem injicientis, denuo Noster statuinaat. Verba Origenismum sapientia, ut ut a senecte cum Justino loquente proponantur, ab hoc tamen approbari, ac singula insuper eundem, quem Origenes tenererit, sensum referre innuit. Si Justinum hæc ex Platonicorum libris hausisse quis cum adversario dixerit, huic ipsum Justinum contradictrum esse respondet, quando non Philosopho-

Sophorum placita, sed divinam veritatem scribere se, in Apologia prima profiteatur. Alios Patres eandem cum Origene de finiendis damnatorum poenis sententiam, sicut illam ex Origene non hauserint, fore negat. Rationibus, quibus vestigia Arianismi ex Dialogo Justino tributo tollere annis fuit, iste strictim inhæret, ac nihil eas ad defendendum hocce opus conferre ostendit. Quæ tandem de contrariis dogmatibus in Apologia ipsaque Dialogo nequaquam obviis, de styli qualitate, Logica tractatione, testimonio & silentio veterum, deque aliis ejusmodi Kochio opposuerit Feldenus, ea partim leviter ab ipso tractari, partim nullius esse momenti, paucis inuit. Dere ipsa aliorum esto judicium.

*TRACTATUS THEOLOGICUS DE DISCIPLINA
Ecclesiastica, in quatuor Dissertationes digestus a JOH. BARTHOLDO NIEMIERO, Philof. & SS. Theol. D. utriusq; in Acad. JULIA Professore Publ. Ordin. Facultatis Philosophicae Seniore. Accedit ab materia affinitatem JACOBI SIRMONDI Historia
Panitia publica, juxta exemplar
Parisiense.*

Hannoveræ, apud Nicolaum Försterum, 1702, in 4.
Constat Alph. i. plag. 10.

Sextam jam volvitur lustrum, ex quo Maxime Reverendus Autor solidioribus suis doctrinis illustrèm Academiam JULIAM, quæ Helmstadū floret, celebriorem redditidit, studiis primum Philosophicis intentus, deinceps vero juxta illa aliquot annos sanctam Theologiam publice simul docere jussus. Quamvis vero studiosæ juventutis viva voce erudienda potissimum suam addixerit operam, illa tamen non potuit non aliquando eruditæ quoque scriptiōni occasio nem præbere. Et quidem, ut pauca de multis dicamus, eruditio orbis haudquam ingrata fuerunt Dissertationes de Stoicorum Ætate, de Existentiâ Dei ex lumine Natura cognoscenda, de Deismo, de Atheismo, ejusque eversione, aliisque libelli plures. Neque negligimus Maxime Reverendi Autoris in Actis nostris honorificam facere mentionem, eeu in Actis anni 1692 p. 414, & anni 1699 p. 68 vide re est. Quod quamvis tune obiter tantum a nobis factum fuerit, manet tamen ex instituto de eo discendi, per presentem tractatum

occasionem nanciscimur. Quem in quatuor Dissertationes digestum Lector ipse facile animadvertiset, quarum prima *Clavium Ecclesiæ commissarum potestatis rationem* habet. Altera *Clavem ligantem & excommunicationem potissimum considerat.* Tertia de *Clave solvente, excommunicatorumque in Ecclesiam, prævia poenitentia externa, receptione, ex parte etiam de indulgentiis agit.* Quarta denique nonnulla *Ecclesia instituta circa disciplinam sacram & penitentiam considerat.* Singularum vero Dissertationum argumenta laudatus Autor in præfatione ad Lectorem ipsem ita recentuit, ut omni propemodum opera nos levaverit. Hac itaque vice unum tantummodo notasse sufficerit. Si, quæ in duobus prioribus Dissertationibus reperiuntur, conferamus, celeberrimus Autor eam foveat sententiam : peccatorum in his terris ligationem & solutionem, partim in ordine ad forum divinum & spiritualia beneficia, partim in ordine ad forum Ecclesiæ, quod externum est, nec non in ordine ad externa, quæ in eadem vel dispensantur vel subtrahuntur, beneficia spectari posse. Priori ratione ligatio & solutio non tam jurisdictionis, quam vocant, quam ordinis potestate fiet. Posteriori vero ratione actus illi potestate jurisdictionis (quamvis per analogiam tantum ita appellatae) exercebuntur. Et porro priori modo ligatio & solutio peccatorum in cœlis facta, ordine naturæ prior erit ligatione & solutione peccatorum ab Ecclesia & Ministro ejus in terra facta ; neque illam clavis Ministri errans. mutare vel irritam facere potest : posteriori modo ligatio & solutio, in terra ab Ecclesia in ordine ad forum suum externum facta, ligationem & solutionem in cœlis factam ordine naturæ præcedit, ita ut quem Ecclesia justo iudicio, adeoque clave non errante, vi potestatis jurisdictionis ligaverit, atque externis suis beneficiis, societate nempe & communione fidelium, precum item, oblationum ac pacis, aliorumque bonorum fruitione, per abstentionem aut etiam excommunicationem indignum judicaverit, is quoque illis ipsis beneficiis a Deo indignus reputetur ; quem vero Ecclesia solvit, inque horum beneficiorum communionem restituit, is quoque divino iudicio iisdem dignus habetur, Deo hoc pacto iudicium Ecclesiæ comprobante. Plura alia in hac tractatu observatione non indigna reperiuntur, quorum indicium præfatio ad Lectorem facere potest. Accessit ob materiæ af-

fini-

finitatem Jacobi Sirmondi tractatus de publica paenitentia. Sub finem vero præfationis laudatus Autor commemorat, se jam tum libellum de *Symbolo Apostolico*, nec non dissertationes de *Gentilium statu atque conditione post hanc vitam*, nec minus *Theologiam moralē publici juris* fecisse; pollicetur etiam brevi prodituram *Theologiam dogmatum fidei*, singula ejus capita succincte ita proposituram, ut sacræ doctrinæ cum Scripturæ sacræ, tum Patrum Ecclesiæ, nec non librorum symbolicorum verbis, qua datum fuerit brevitate exhibeantur, probationes ex Scriptura & consentientibus primitivæ Ecclesiæ testimoniis hauriendæ indicentur, nec non quanam in parte omnis generis adversarii a nostra orthodoxia deflecent, brevissima ratione commonstretur. Sub manu quoque habet librum de *Conjugio jure divino probibitis*, cuius priores sex dissertationes publicæ luci jam tum sunt donatae. Ultinam pari ratione ad *Theologiam naturalem* sive *Philosophorum*; ad *Metaphysices in SS. Theologie usum*; ad *Dialecticam* atque *Analyticam*; ad *Orationes selectiores* aliaque scripta in publicum emittenda, per occupationes, quibus distinguitur, animum ac cogitationes proprius eidem convertere licet!

LETTRES ET OPUSCULES DE MR. BROUSSON.

i. e.

CLAUDII BROUSSONI EPISTOLÆ
& opuscula.

Ultrajecti, apud Guil. van de Water, 1701, in 8. Alph. I.

Qui veritati testimonium dederunt, præcipuo quodam jure merentur, ut illorum innocentia testes non desint, cum primis si doctrinæ munditiem cum gratissima morum innocentia conjunxerint. In his Martyres præsertim, veritatis divinae præcones emotivales, censendi sunt, quibus testes tam egregii certaminis deesse nunquam deberent. Id ipsum editori prædantis libelli potissimum curæ fuit, qui recentissimi, ex sua aliquantque Reformatorum sententia, in Gallia martyris, Claudii Brussoni, memoriam conservatam voluit. Hujus ille primum vitam, sed succincte recebat; postea epistolæ & libellos, quos ultimis vite annis confecit, studiose collectos cum le-

U 2

ctoribus communicat. Natus est Brussonus Nemausi honestis parentibus, honeste ibidem educatus, literis excultus & legum Doctoris titulo ornatus. Castri & Tholosæ, in summis judicum confessibus, laudes advocati egregii, & quod caput rei est, justitiae sacerdotis obtinuit. Quibus in locis Ecclesiarum ob reformatarum sacra opressarum patrocinio præsertim vacavit, ut in universis meridionalis Galliæ provinciis Ecclesiarum patronus haberetur. Harum ille causas majori etiam cum cura, quam ipsis Ministri & Delegati, agebat, in Tholosano maxime Parlamento, ubi aliquando, velut alter Apostolus, frendentibus adversariis, fidei capita masculine defendit; qua de re hujus opusculi p. 126 seqq. legi possunt. Hinc odiis eorum, quibus nihil magis, quam sacrorum repurgatorum interitus curæ erat, certatim petitæ est, maxime cum ejus potissimum consiliis omnes, qui in Pictavie, Aquitania, Delphinatu & Languedocia habitabant, Hugonotti, pacto inter se inito, constituerent, destructis inimicorum suorum furore templis, sacra in ipsis ruderibus ubivis continuanda esse. Cui confilio etiæ non constanti multa passim tribuit Brussonus, existimatq; si in eodem exsequendò Ecclesiastæ se animafiores æque & constantiores gessissent, nec hostes tam audaces, nec vexationem tam gravem expectandam fuisse. Præmium Brussoni relegatio fuit, quam æquo animo & suscepit & tulit apud Helvetios, agendis causis ibidem vacans. Sed nulla horaini quies, qui ut ipse profitetur, inevitabilibus stimulis ad fratrum suorum salutem procurandam agebatur. Hinc apud Belgarum Senatum, Electorem Brandenburgensem, aliosque diligentissime eorum causam egit, multisque bhortationibus Ecclesiastas & Gallia profugos excitavit, ut ad greges reliktos se conferrent, suosque inimicorum libidini expositos curarent. Nova hinc Brussono odia, nova contentiones ortæ, cum passim alieni negotiis, & tentati in alios imperii accusaretur. Ille vero nihil pertimescere, nihil recusare, quod promovendi divini honoris causa suscipiendum erat. Aliis enim detectantibus, ipse A. 1689. primum in Galliam rediit, eamque clam permeans, eos, qui sacræ Reformatorum adhuc adhærebant, passim solatus est, plurimos etiam, qui ab iis desciverant, suis adiunctionibus reduxit, multisque in speciebus & scilicet conciones ad populum habuit. Rediit A. 1693 ad Helvetios & Belgas, & cum defectus dignitatis ecclesiasticae ipsi ob-

. jijcre.

siceretur, publicis solennitatibus inter Ministros verbi se recipiendum curavit. Repetiit Galliam iterum, & tertium, a 1695 & 1698, inter perpetuas hostium indagationes, qui magno pretio vitam ejus jam venum exposuerant, docens, sacramenta dispensans, & ipsos quoque Pontificios ad meliorem mentem perducens. Tandem in casses adversariorum incidit, maxime Bavillii, quem diu & ipse & omnes reformati sacris addicti infensissimum fecerant. Qui paruus moratus, mandato Regio accepto, Brussolum A. 1698 die 4 Novembris in Monte-Pessulano interficiendum curavit. Literæ vero ejus & opuscula, ob dignitatem Autoris, studiose in Belgio collecta sunt, nec indigna, quæ præsentim ob zelum & parhesiam incomparabilem perlegendantur. Continentur præsenti volumine, præter exigua quædam epistola de statu Hugo nottorum superstitionis & occulorum in Gallia, deque successu ministerii Brussoniani apud illos, *Epistola ad Pastores profugos*, causam permisæ a Deo tam deplorandæ cladis magnam partem in eos conferens, & ad emendationem adhortans : *Epistola ad singulas adhuc in Gallia superstites Ecclesias*, quæ sub vexatione succubuerint, ad poenitentiam eas excitans : *Epistola ad omnes priores corruptione & impenitentia incurabili, in Gallia hinc observanda* : *Consolatio & instructio eorum*, qui sub oppressione nunc gemunt : *Apologia contra Bavillium*, a quo rebellionis publice insimulatus erat : *Defensio sui contra eos*, qui epistolam ad Pastores perfugos male interpretabantur : *Instructio Christiana*, errores Romanorum solide refellens : *Epistola ad omnes Apostatas in apostolis persecutantes, insigni zelo scripta* : *Instructio eorum*, qui Pastore defituantur, docens, quo pacto cultus Dei privatim instituendus sit : *Animadversiones Christianæ de officio orarium proborum Ecclesiam restaurandi, & muros Hierosolymorum reparandi* : *Responsio ad defensores sublati edicti Nannetealis* : *Intercessio ad Principes Protestantes pro Ecclesiis Gallicanis*. Præter hæc schediasmata, & *Animadversiones in versionem novi Testamenti a Dionysio Amelito concinnatam*, quam in Actis A. 1698, mense Martio, p. 147 recentissimus, editi sunt a Brussono sequentes libelli : *L'Etat des Réformés en France* : *La Manne mystique du desert*, sive *Conciones in locis desertis Gallicis habita* : *Relation des Merveilles, que Dieu fait en France* : *La Confession de Foi raisonnée de ceux, qui prêchent dans les*

serts : Traité de la Genuflexion dans la priere : Lettres Pastorales sur le Cantique des Cantiques : Lettre Pastorale contenant des considerations sur une lettre de l' Evéque de Rhodes aux nouveaux convertis. Horum libellorum ipse copiam ad Gallos suos missitare solebat, quoties absens solatio illis esse non poterat. Nos, ne Historia Literaria hic decessimus, eos summatim recensendos putavimus. In eo autem, quod nunc præ manibus est, volumine, duo præsertim loca lectu digna sunt; alter p. 104, ubi Brussonus refert, quam mirabilis ad tantos conatus & tam periculosos sit excitatus; alter p. 193, ubi in periculis, quæ exantlaverat, enarrandis versatur.

**THE SAURUS PHILOLOGICUS, SEU SYLLOGE
Dissertationum elegantiorum ad selectiora & illustriora Veteris & Novi Testamenti loca. Vo.
lumina duo.**

Amstelædami, apud Waësbergios, Borstium, &c. & Ultrajecti apud
Guil. van de Water & Guil. Broedelet, 1701. 1702. in fol.

Alphab. 24.

Multum conferre ad meliorem sacrarum Literarum intelligentiam Dissertationes exegeticas & philologicas in illustriora utriusque Testamenti loca, a claris studiosæ juventutis in Academiis quibusq; celeberrimi Doctribus elucubratis, nemo forsitan iverit inficias. Et eam sane ob rationem plus vice simplici hactenus laudavimus illorum institutum, qui in scriptis ejusmodi minoribus ab interitu revocandis laborarunt. Hos iater vero locum non postrenauna sibi vindicant eruditii quidam Belgæ, qui sub clarissimi Viri, Godofredi Menthenii auspiciis, voluminibus his duobus, mole quidem sat grandibus, constipandis operam impenderunt. Scilicet tam parum ipsis sufficere videbatur Crenii a nobis toties allegati industria, quam in tot fasces fasciculosq; scriptis istiusmodi refertos ab annis aliquot impendit, ut quod ille per minutæ sectiones & spatia temporis paulo ampliora exequi instituit, ipsi potius duobus magnis voluminibus, & iis intra biennium decursum ad umbilicum perductis comprehendere, expectationemque adeo multorum anticipare studuerint. Quanquam nonnisi ad istius generis Dissertationes respexerint, quæ ad illustranda Scripturæ sacrae loca difficiliora quid conferre queunt,

omis-

omissis. insuper plerumque iis, quæ integris aliorum operibus aut systematibus insertæ jam fuerunt. Præterea & sola Theologorum, Philologorumque Protestantium in Germania diversis temporibus separatum conscripta meletemata colligere ipsis placuit, quæ juxta ordinem librorum Veteris & Novi Testamenti disposita heic conspicuntur. Materias singularum Dissertationum ut curiose nominamus, nulla nos necessitate teneri arbitramur. Sufficiat ex Autoribus, quorum in hac Sylloge comparent nomina, præcipios commorasse : Samuelem puta Andreae, Samuelem Bohlium, Abramum Calovium, Joh. Benedictum Carpzovium filium, Joh. Conradum Dannhauerum, Joh. Georgium Dorscheum, Joh. Andream Danzium, Joh. Frischmuthum, Joh. Ernestum Gerhardum, Brandanum Henricum Gebhardum, Joh. Hülsemannum, Joh. Wilhelmum Hilligerum, Mich. Liebentanzium, Joh. Fridericum Mayerum, Jo-hannem Olearium, Joh. Phil. Pfeifferum, Joh. Andream Quenstedum, Sebastianum Schmidum, Joh. Saubertum, Egidium Strauchum, Balthasarem Stolbergium, Paulum Slevogtum, Andream Sennertum, Augustum Varenium, Franc. Wörgerum; ut alios prætereamus. Sicut autem volumen primum loca Veteris, ita secundum Novi Testamenti dicta illustrata complectitur. Posteriori tamen huic Dissertationes quædam ad Vetus Testamentum spectantes annexæ sunt, utpote Liebentanzii de terra Moriah, & monte visionis Dei, Georgii Davidis Ziegræ de oleo unctionis sacro, Frischmuthii de hirco emissario, Häneri de ritu benedictionis sacerdotalis, Braunerdi de Hierophantis Judæorum, Dornavii Methusalah vivax, aliæque. In prafatione volumini primo præmissa, non nihil ex Historia literaria de studiis Hebreæ Græcaeque lingue & Judaicarum antiquitatum dixerat, ipsasque has Dissertationes uberiorius laudaverat communis collectorum nomine Menthenius. Ejus vero discursum cum novarum Ephemeridum Gallicarum, quæ sub titulo, *Mémoires pour l' Histoire de Sciences & de Beaux Arts*, in Gallia Trevoltii, Cenomanensis Ducis auspiciis, a quibusdam Societatis Jesu Patribus vulgariter, posteaque Amstelodami recuduntur, Autores virgula censoria passim notarint, in prafatione posterioris voluminis asserta sua adversus istos strenue idem vindicat.

CHRIT.

*CHRISTIANI FRANCISCI PAULLINI
de Theriaca cœlesti reformata.*

Francofurti ad Moenum, apud Frid. Knochium, A. 1701. in 8.
Alph.

EQuidem Theriaca Cœlestis compositionem atque virtutes ii jam
tum varie tradiderunt, qui tum post Josephum Quercetanum,
Theriace reformande ae sub Cœlestis titulo dispensandæ strenuam
impenderunt operam, Fridericus Greiffius Tubingæ, Isaacus He-
reas Hanoviz, Jacobus von Dobre Cassellis, pharmaceuticam ar-
tem quondam exerceentes, atque Johannes Dietericus Hoffstæd, Phar-
macopœus itidem & Chymicus olim Hanoviensis, nunc Medicinae
Doctor & Practicus Heidelbergensis; tum specialius vel Greiffianam,
vel Hoffstadianam Theriacam commendarunt, Johannes Jacobus
Waldschmidius, & Johannes Dolens, famigeratissimi Medici. Nemo
tamen haec tenus cum in publicum prodierit, qui laudatam ejusmodi
Theriaeam ad mentem Curiosorum S. R. I. Medicorum delineasset,
delineataque vires per omne morborum genus exemplis compro-
basset, celeberrimus noster Autor, novitate & præstantia rei affectus,
tanto promptius de ea hic agere suscepit, quanto uberioris experimentis
propriis, viginti jam & duorum annorum intervallo, tam Theriaca
Dohreniana, quam Hoffstadiana, in Westphalia, Ducatu Brunsvicensi,
Thuringia sua, alibique tuto a se factis, cuncta simul valeret illu-
streare. Totum vero librum in duas sectiones, Physico-Pharmaceu-
ticam alteram, alteram Therapeuticam, ita voluit diremendum, ut in
priori Theriacæ Cœlestis nomen, definitio, ingredieatis, præparatio
& mixtio, dosis, noxa denique & abusus explanarentur : in posterio-
ri autem specialis ejusdem usus non modo in singularum corporis re-
gionum affectibus, sed & in febribus atque aliquot morbis externis,
prolixè demonstraretur. E magno nihilominus observationum
numero, nunc ab Autoris propria, nunc ab aliorum experientia ma-
nuato, non nisi pauciores, easque tales in præsenti proferte liceat, que
efficacie partim Theriacæ cœlestis, partim aliorum quoque remedio-
rum cum nostra corroborandæ videantur sufficere. Sic Virgona-
ja a diuturna molestissimaque vertigine, quandoq[ue] in aliquo Condo-
natore,

notate, fabro item ferrario aliquique, theriaca cœlestis cum appropriatis rite maritata feliciter emendavit, salivationis demum ope sstitutur liberata. Quamvis delirium sine febre uxorem Caspari Schübleti, rustici Streckdensis, Martham, tanquam certissimum ingravidationis signum invadens, sola theriaca cœlestis in aqua cerasorum nigrorum diffoluta bis abegisset, alvumque adstrictiore una evacuasset, tertia tamen vice eadem ægra, ex superveniente ac negligentius habita pleuritide maligna, fato cessit. Pleuritidem alias desperatam Vitus Meyerus, veteranus & expertus Chirurgus Westphalus, potissimum carne cucurbitæ tuse capiti abraso imposita, bis perhibetur exoptato curasse. Antonio Eichlero, viro quadragenario, temperamenti pituitosi, postquam ex diuturniori mora in frigido fluvio, qui Visurgis erat, paralysin dextri pedis contraxisset, preparatis & evacuatis humoribus, theriaca cœlestis, omnibus fere reliquis internis remedii admista, opera tulit non contemnendam. Mulierem quinquaginta & septem annos agentem a tianitu per multis annos molesto, auditusque insigni difficultate, sola diarrhoea, ultra decendum durans, perfecte restituit. In muliere fere sexagenaria peripneumoniam usus theriacæ cœlestis, & applicatio cucurbitarum in dorso, promte discusserunt. Sartor tympaniticus nonnunquam in tussi gravissima a pulvere, quem radix Ircos Floreatinæ drachmæ duæ, helenii scrupuli quatuor, florum sulphuris, seminis anisi drachma dimidia, & theriacæ cœlestis grana quinque ingrediuntur, magnum pereepit levamentum. Non nemo, qui in phthisi, multis in juventute frustra usurpati, nihil efficacius fere deprehendit, quam fumum e cespitibus ardentiibus, a Willisio pariter laudatum, theriacam postea eelestem tam in phthisi, quam in memoria debilitate, expertus fuit egregiam. Ruticus Werthenensis, omnibus frustra adhibitis, ipsaque etiam theriaca cœlesti incassum propinata, solo corde suillo, in butyro frixo & comesto, a molestissima & inveterata palpitatione cordis mirabiliter convaluit. Caspary Deuglero, Chirurgiæ candidato, tonum ventriculi a crebriori crapula nimiaque spiritus vini ingurgitatione deperditum, theriacæ cœlestis aliquot grana cum aqua cinamomi reddiderunt, appetitumque revocarunt. Venatori cuidam ad Visurgim in colica feliciter curanda, præmisso Icty-

p. 5. 25.

p. 5. 87.

p. 100.

p. 133.

p. 157.

p. 154.

p. 161.

p. 175. 4

p. 191.

p. 213.

P. 143.

stere aut cothartico sive suppositorio, pulvis priapi taurini in decocto chamomillæ, additis aliquot guttulis olei stillatitii charrefalii, traditur fuisse arcana. Variz plebejæ excretionem solennem inhibuere usu vini rubri, in quo siccæ & duriusculi casei portio modice ebullit; nonnullis tria quatuorve grana theriacæ ecclesiæ planuit cum successu admiscere. Rustica tamen mulier in monte Jacobzo, eundem, octo etiam granis dictæ theriacæ, incassum adhibitis, solo stercore caprillo exsiccato, cum tantillo aluminis in decocto herbz anserinæ, illico desperatum stitit fluxum. In rustico Ovenhusano acutos in dextro pede, potissimum in pollice, dolores, interne potiuncula ex aqua althææ & florib. sambuc. additionis granis quatuor theriacæ & grano uno laudani opati, externe autem terra recens ex tumulo pridie facta & cribrata, cocta in virginis illibata urina, locoque dolenti per tres quatuorve dies mane seroque calide applicata, ex voto sustulit.

P. 345.

44.

*JUS REGNI POLONIAE, EX STATUTIS ET CON
fuetudinibus ejusdem Regni & Magni Ducatus Lithuaniae collectum,
& additionibus ex Jure Civili Romano, Canonico & Saxonico, nec
non ex Constitutionibus Provincialibus Gnesnensibus auctum, His-
torique illustratum, in quatuor libros & duos tomos distinktum, a
NICOLAO ZALASZOWSKI J. U. D. & quondam in Uni-
versitate Cracoviensi actuali Professore, Archidiacono
Posnaniensi, in lucem publicam editum. Tomus
primus.*

Posnaniæ, apud Joannem Tobiam Kellerm, 1701. fol.
Constat 10. alph. 12. plaq.

EX quo Saxonia, sub Augustissimo Capite & Rege suo, arctioni & velut sororio nexu Poloniæ juncta est, inclyta Polonorum Gens societatem nostram literariam majori etiara ~~in~~ eura amabile videtur. Ut ita auguremur, nobile hoc, de iuribus Regni Poloniæ & Magni Ducatus Lithuaniae, opus facile efficit; maxime eum tomum ejus secundum, jura privatorum, secundum Juris Justiniane methodum, ex legibus civilibus, Saxonis & Poloniis explicaturum, sub prælo jam sudare, eoque absoluto, maxime Reverendum Autorem, si per ætatem proiectiorem licuerit, transstatum

datum de officio & potestate Capituli sede vacante, ut & vitas Episcoporum & Archiepiscoporum omnium Poloniae, denique Processum Judicij spiritualis in Polonia, publici juris quoque esse factum acceperimus. Nos eo libentius primum hunc laborem Actis nostris inferuimus, quo rarius antea hujus generis scripta ex istis oris ad nos pervenerunt, & quo magis doctissimi, ac de Academia Posnaniensi optime meriti Autoris diligentia exigere videbatur, ut nostra etiam opera Orbi literato amplius innotesceret. Primus hicce tomus librum primum, in 43 titulos distributum, exhibet, quos manu non parca adornatos, sed amplissimis materiis largiter instructos esse, operis amplitudo facile persuadet. Ab initio, per modum velut prolegomenorum, Juris etymologiam variasque divisiones, tam ex principiis moralibus politicisque, quam jure Romano tradit maxime Reverendus Autor; tum originem juris Polonici refert. Initio scilicet gentem Polonicam sine lege scripta vixisse, omniaque nutu & arbitrio Principum & Regum suisse gubernata, donec Casimirus Magnus, ejus nominis Rex secundus, Rempublicam legibus præcipue instruxerit auxeritque. Iude jus Polonorum in scriptum, quod statutis & constitutionibus absolvitur, & non - scriptum, convenienti tractatione a Nostro explicatum, discernitur. Exposita legum indole, ad argumentum earum conversus doctissimus Autor, leges Poloniae publicas hoc tomo considerandas sibi sumit, ac quid de religione, de disidentibus, Arianis, religione Graeca, de unione Ruthenorum ritus Graeci cum Ecclesia Romana promovenda, de Judæis, Pagani seu Mahomedanis, hodienum quoque Reipublicæ Polonice parentibus, iis cautum sit, edifferit. Tum amplissima de Interregno subit tractatio. Contingit autem interregnum morte, depositione (eujus exemplum in Uladislao Loctico Rege vidit Polonia,) libera resignatione, ac desertione, Henrici Valesii exemplo illustrata. Vacante solio, jus majestatis pones Ordines Regni est, ac Archiepiscopus Gnesnensis vicem Regis gerit, qui adeo ex consilio & consensu Senatorum Regis mortem denunciat, & diem tam Comitiolis Palatinatum & districtuum, quam Convocationi generali Varsaviensi assignat. Cum autem in hac foedus de securitate Reipublicæ imiri solet, ideo Confederationis nomine passim in

constitutionibus Polonicis venire solet, quam in rem plura confederationum exempla de anno 1587, 1632, 1648, 1668, 1674, 1690 prolixo, adjectis etiam Palatinatus Sandomiriensis & Cracoviensis de anno 1587 confederationibus, referuntur. Cum vero mortuo Rege omnia judicia sileant, & tamen hominum turbulentorum protervitas interim justitiae administrationem expostulet, hinc Judicia capturalia, quæ vocant, per singulos Palatinatus constituantur, quorum indolem per partes Noster explicat. Inde pergit ad electionem Regis, ac ejus peragendæ modum, locum, tempus ac ritus persequitur; in specie quoque commemorans, quæ rationes quoad throni candidatos, Indigenas sive Piastris, Austriacos, Gallicos, Suecos & Moschos, in utramque partem afferri possint & soleant, tum quæ Partium studia, factiones & simulationes non raro intercedant. His addit pacta conventa variorum Regum, ac in primis Serenissimi ac Potentissimi Regis moderni, Friderici Augusti, interprete & sponsore perillustri Flemmingio inita, subjunctis quoque juramentis. solennibus hac occasione praestari solitis. Electionem excipit Coronatio Regia, & olim quidem Polonia Reges suos corona redimitos non vidit; negavit etiam Summus Pontifex, cum imploraretur, hoc diadema genti Polonicae, ideo quod minus caste religionem Christianam colere diceretur: sed Otto III Imperator Romanus, Boleslai Chrabri insignem civilitatem pensaturus, ei diadema Regium solenni ritu primus imposuit. Ab hoc ergo tempore coronatio semper in usu fuit, debitisque solennitatibus necessitate exigente peragitur, quas Noster percenset, eaque tractatione absoluta, personam Regis spectandam exhibet. Primaria scilicet ejus qualitas est, ut sit Catholicus, hoc est Romanæ Religioni addictus, deinde etiam pius, justitiae amans, prudens & circumspectus esse debet. Quanta vero ejus per leges Poloniae sit potestas, per partes doctissimus Autor deinde explicat, Regique vitae & tori Sociam jungit, seu de persona, qualitatibus, coronatione, maiestate, officialibus ac dotalilio Reginæ differit, et amque disquisitionem variis exemplis illustrat. Tum serie valde naturali Serenissimum Prolem Regiam persequitur. Cum autem liberi Regis ad successionem aliquam adspirare nequeant, hinc quibus conditionibus bona possidere vel munieribus praesse queant, Noster

Noster potissimum edocet. Dimissa Regia familia, ad bona mensæ Regis progressus ostendit, quod proventus Regum Poloniarum olim fere in pensitationibus, quas agrestes, oppidani, imo Equites etiam & Clerus præstabant, constiterit, cumque ad officium Principis pertinere existimatum fuerit, ut omne Regnum obiret, fines tueretur & usibus hominum se exponeret, hinc quoquo is venerat cuna equitatu & exomitatu suo aulico, Præfecturæ illius fructibus & proventibus alebatur; id quod Scriptores quidam exteri, rerum Polonicarum imperiti, in eam partem olim acceperunt literisque mandarunt, quasi Rex Polonus egestatis causa Regnum suum perpetuo obire cogeretur, isque a subditis suis precario quasi sustentaretur. Successu vero temporis certa bona mensa Regis fuerunt assignata, quæ Noster recenset, ac quid pro iis conservandis recte que administrandis, variis statutis pacisque cautum sit, copiose explanat. Quemadmodum vero Regibus solenne est, in bene meritos præmia conferre, ita provida Polonorum gens eo etiam fine leges tulit, quæ Regis munificentiam in distribuendis Regni bonis dirigant. Exinde ampla satis Nostro enata est materia differendi de bonis Regalibus, quæ apud Polonos vulgo panis bene merentium appellantur; in quem locum quicquid de Capitaneatibus notatum dignum occurrit, congregatum est, adjecta etiam bonorum Regalium Instrutione seu revisione, ac Quarte, quam in usum Reipublicæ, de omnibus Regis mensa bonis, ex decreto Sigismundi Augusti, decerpere licet, explicatione prolixiori. Post Statum Regium, alter, quo Respublica Polonica gaudet, Status scilicet Senatorius, succedit, ea ratione a Nostro expositus, ut adducto Ecclesiastico-rum & Secularium Senatorum discrimine, deinceps eorum dignitatem, ordinis introduci scopum, Senatorum juramentum, requi-sita, ac in specie Nobilitatem terrarumque quarundam possessio-nem, nec non munera is recenseat, ac catalogum Archiepisco-porum, Episcoporum, Palatinorum, Castellanorum majorum & mi-norum subnectat. Tum sequitur tractatio specialior de Archiepi-scopo Gnesnensi, inter cuius prærogativas præcipue numeratur, quod sit Regni Primas & Pontificis Romanæ Legatus natus, quo fi-ne bulla Leonis X exhibetur: non minus ipsi competit Ius corona-ndi Regem, bullæ Sixti quinti etiam firmatum. Gnesensem

Archiepiscopus Leopoliensis, nec non Episcopi Craooviensis (in quem locum de Academia Cracoviensi prolixa satis disquisitio incidit) Vladislaviensis, Vilnensis, Posnaniensis, (cui tractationi Academiac Posnaniensis explicatio non proletaria accessit) Plocensis, Varmiensis, (qua disquisitio simul de Equitibus Crucigeris aliisque ebus Prusicis plura continet) Luceorienensis, Premysliensis, Samogitiæ, Culmenensis, Chełmensis, Kijoviensis & Camenecensis, Vendensis & Smolenseensis (quo loco de Livonia simul agitur) excipiunt, pluribus titulis a Nostro illustrati. Cum autem omnes Poloniæ Episcopatus a Serenissimis Regibus fundati & dotati sint, hinc elicit doctissimus Autor, quod jus Patronatus ac Episcopatum collationes ad ipsos quoque pertineant; & licet alias Pontifex Romanus juri Patronatus Laico se derogare posse existimet, attamen in Polonia jure illo uti non solet: certe contra Cortefanos, hoc est, illos, qui in Curia Romana beneficia juris Patronatus Regii & Regnicolarum impetrare audent, varia Statuta prodierunt, quibus sub pena confiscationis ausus illi reprimuntur. Evitari tamen pena illa potest, si is, qui jure Cortefanico aliquid obtinuit, in termino liti cedat; in cuius rei illustrationem Concordata Regni Poloniæ cum Clemente VII Papa subjiciuntur, ac de Cardinalatu, tam in genere, quam in specie, intuitu Episcoporum Poloniæ, quædam delibantur. Post Senatores Ecclesiasticos subeunt Seculares, & primo quidem loco Castellanus Cracoviensis comparet, inde de Palatinis nec non Castellanis majoribus & minoribus distinguitur. Tum de Officialibus ordinis Senatorii, Mareschalcis, puta, Cancellariis & Vice-Cancellariis, nec non de Thesaurariis institutur disquisitio, quam excipiunt Officiales qui sunt extra ordinem Senatorium: hunc igitur locum Duces Exercituum, nec non Notarius Campestris, Magister Artillerie, Secretarius major ac Referendarii implent. His expositis ad Officiales Palatinatum & terrarum Noster pergit, & illorum numerum & ordinem, quoad Majorem & Minorem Poloniam, primo spectandum exhibit, postea vero de illorum officio, nec non specialius de obligatione Successoriarum, de Capitaneis & Tenutariis, de Vexilliferis, Judice, Subjude & Notario Terrestri, de Officialium Territorium electione agit, quibus addit Officiales Castrenses, aempe magnum Procuratorem

tem Arcis Cracoviensis, Burgenses, Vice-Capitaneos, quorum omnium explicationem aliquot absuntissime titulos, facile intelligitur. Quemadmodum vero incompositi hominum effectus, in appetendis muneribus, ultra limites nonaunquam procurrunt: ita eam in rem, conservanda aequalitatis & libertatis causa, in Regno Poloniae nonnulla etiam constituta sunt, quae Nostro materiam de munib[us] incompatibilibus differendi præbuerunt; sicuti majores Episcopi, ut Cracoviensis, Vladislaviensis aliique, non possunt simul sigilla Regni tenere. Hæc de Ordine Senatorio doctissimo Autori commentari vatum est. Tandem subjicit ille tertium Reipublicæ Polonicae Statum, Ordinem scilicet Equestrum. Ut vero unaquæque civitas bene constituta Nobilibus gaudet: ita Nobilitas Poloniae exteris omnes juribus eximis & prærogativis superare videtur, in quibus fusiū recensendis diligentia Nostri strenue occupatur. In primis eo etiam pertinet, quod nemini extero Indigenatus concedatur, nisi prius in Comitiolis Palatinatum apud Nobilitatem id procuret, & per Nuntios Terrestres in Comitiis generalibus commendetur, & ad illorum instantiam id obtineat. Cum igitur Majestas Polonica ut plurimum ex consilio Procerum sese exferat, hinc qua ratione hi in Comitia cogantur, deinceps Noster edifferit: quo loco quidem de Comitiis & Comitiolis antecomitalibus, de loco, tempore & intimatione Comitiorum, notatu digna enarrat, ac solennitates Conventuum particularium, electionem Nuntiorum ad Comitia, eorumque numerum diligenter persequitur, addita de loco & tempore Conventuum particularium, quoad Poniam Majorem, Minorem, & Prussiam, convenienti relatione, post quam ipse Comitorum generalium actus, cuncti suis solennitatibus, describitur. In primis in Polonia memorabilis est Expeditio Nobilitatis bellica generalis: hinc Nostro etiam digna fuit visa, ut operi huic infereretur. De ejus igitur scopo & inductione, de Nobilitate lustranda & ducenda, de officio vexilliferorum, de stationibus non faciendis, & dannis, injuriis aliquaque violentiis non inferendis, illarumque judicio differit, ac qui ad hanc expeditiōnem venire teneantur, aut ab illa necessitate immunes sint, ostendit, commemorato peculiari lustro, Nobilitatis exertenda causa, certis temporibus instituendo. Cum etiam de Abbatibus & Abbatibus tum

Pra-

Præposituris Regularium, nec non de dignitatibus & Canonicatibus Ecclesiarum Cathedralium Regni Poloniz, varia constitutionibus Polonicis cauta sint, ideo ut illa, cum Bulla Leonis X, nec non Brevi Apostolico Pauli III, illam declarante, in titulos ultimos digesta, opus clauderent, Noster voluit, Pacis Velaviensis, anno 1657 inter Regem Poloniæ Johannem Casimirum, & Electorem Brandenburgicum Fridericum Wilhelmum, quoad absolutum Duealis Prusiane dominium, initæ Instrumento, ut & Pactis Olivensisbus an. 1660 celebratis, appendicis loco subiectis, quæ res documenta publica a mantibus non potest non esse gratissima.

THE EARL OF ARLINGTON'S LETTERS.

i. e.

COMITIS ARLINGTONII EPISTOLÆ, CURANTE THOMA BEBINGTONO. Volumina duo,

Londini apud Thomam Bennetum, A. 1701. 8.
Constant Alph. 2. pl. 15.

SI quid iis acceptum referendum est, qui Templii epistolas publici juris fecerunt, non parum profecto debebimus Arlingtonianarum epistolarum editori clarissimo Thome Bebingtono, (nam præfert hoc nomen volumen primum) quandoquidem illæ vix sine his intelligi satis queunt. Neque minus ex his patet, multa Templium ex Arlingtonii auctoritate & consilio fecisse, quæ alias ab ipso profecta crederes. Multa vero disci ex his literis possunt, cum prior tomus res ab anno 1665 ad annum usque 1670, alter ab A. 1664 ad A. 1674 gestas complectatur, tanto placituras magis, quanto majoribus hactenus tenebris fuere involute. Nec genuinas esse has epistolas quisquam dubitabit, cui ipsa apud Editorem autographa, decreto maximam partem charactere scripta, intueri licebit. Attamen neque solas hic epistolas comprehendimus, sed & ea, quæ inter magnos Principes tractata, & quæ legatis passim sunt in mandatis data, subinde inseruntur. Inde prima statim prioris tomri pagina & sequentibus, tractatus inter Carolum II Regem Angliae, & Christophorum Bernhardum Episcopum Monasteriensem, Londini A. 1665 die 13 Junii facti; tum p. 9 Instructiones, quas vocant, Templo ad Episcopum Monasteriensem legato data exhibentur. Pag. 21 ea, quæ Comiti de Carlingford mandata sunt, cum lega-

legationem in aula Cæsaris extra ordinem obiret A. 1665 : quæque a legato Episcopi Regi Carolo II proposita p. 44, & quæ rursus ab eodem responsa fuere p. 47: pari modo quæ inter legatum Galliæ Comitem d' Estrade & Belgas A. 1667 fuere agitata, p. 149: quæ Templo A. 1668 Haga Bruxellas ad pacem Gallos inter & Hispanos conciliandam ituro p. 201, & legato Belgico eodem anno ad Regem Galliæ proficisci demandata fuere, p. 205 recensentur. Quia & p. 215 modus describitur, quo Rex Suecæ adscisci debeat in confederationem inter Regem Angliæ & Ordines Foederati Belgii initam, tandemque afferuntur p. 313 tractatus, quos vocant, provisionales, inter Regem Angliæ & Status Foederati Belgii ab una parte, & Regem Galliæ ab altera facti, ad concludendam demum inter Gallos & Hispanos pacem ; ut multa id generis alia, quæ passim inseruntur, taceamus. Præterea putandum non est, solas hic Arlingtoni ad Templum literas, ut prioris voluminis titulus loquitur, contineri. Nam & Arlingtoni ad Sandwichium p. 141 & 148, & Southwellum p. 169, & aliorum ad alios quandoque epistolas admiscentur, ut Episcopi Monasteriensis ad Templum p. 35, Comitis S. Albani Anglorum ad aulam Gallicam legati ad Arlingtonum p. 117 & p. 144, Caroli II Angliæ Regis ad Reginam matrem p. 139, Roberti Southwelli legati Anglii Ulyssipone commorantis ad Sandwichium Regis Angliæ ad aulam Hispanicam legatum p. 159, (ubi foederis A. 1667 inter Gallos & Lusitanos constituti leges describantur) Johannis Trevorii Anglii apud Gallos legati ad Arlingtonum p. 248, 251, 329, 339, 341, 343, Ministri Galici de Lyonne ad Johannem Trevonium & Van Beuningen (ubi quæ circa pacem inter Hispanos Gallosque incundam agitata sint, prolixè recensentur) inde a pag. 355 usque ad pag. 277, eorundemque responso p. 278 seqq. Tandem sub finem voluminis p. 438 seq. anonymi cuiusdam epistolas quinque inseruntur, in quibus de morte Annae, quæ Philippi Duci Aurelianensis uxor & Caroli I Angliæ Regis filia fuit, multa referuntur non ubivis obvia; quæ, quantam licet, in compendium redigemus, quandoquidem epistolam aucto-ritate & fide, qui eo tempore Parisis vixerit, ut facile ab ipso legato Anglico exaratas, & cum tertia ipsi Regi inscripta sit, eeteras conicias ad Arlingtonum missas. Non omnino optime se habere per duas tresve dics coepera Anna, coquæ a Medicis commen-datus

datus ei potus e cichoreo fuerat, quo hausto, anno post millesimum quingentesimum septuagesimum, die 29 Junii circa horam quintam, se morti vicinam subito praedixit, & in proxime adstantis foeminae ulnas incidens ad lectum se deferri, & accessi Confessionarium jussit. Eodem die prolixum ea sermonem habuerat cum nostro Epistolographo, de matito imprimis suo Duce Aurelianensi, quocum irarum nova biduo ante suppeditata ei fuerat materia, ex eo, quod solam tum Versaliis cum Rege colloquenter reperisset, atque ius quidem de rebus, quas cum Duce non communicari intererat: quin & decretum esse retulerat a Gallia & Magna Britannia Regibus bellum, inferendum Belgis simul atque de modo inter ipsos convenire posset. Ast eos sermones mox ipsius Ducis adventus interrupit, uti in ea ipsa epistola, quam ad Regem Carolum II scripsit, ingenie recenset Epistolographus. Postquam deinde ceperisset agrotare, eundem epistolarum harum auctorem ad se rursus vocat Anna, & cernis, inquit, quæ sit rerum mearum conditio, nimirum moriendum jam mihi est, sed non meam, verum Fratris mei sortem doleo, qui me lugebit impensis, quemque unum omnium ardentissime amavi. Sic quoties a vehementissimis cruciatibus, quos magna constantia toleravit, paulum respirare datum est, ad eundem iterum inclinata. nunc, ut Fratri (cui & annulum digito detraictum transmisit) ultimum vale suo nomine diceret, obsecrabatur, nunc antea dictoruen memoriam refricabat, & nuntiari volebat suo Fratri, nihil aliud sibi in conciliando Gallico födere, præter Anglicanæ gentis commoda & gloriæ Regis, fuisse propositum. Hoc modo cum collocuti fuissent lingua Anglica, quam plerique adstantes ignorabant, interrogavit eam Noster, num sibi propinatum venenum crederet; quod cum intellexisset forte Confessionarius, non accusandus tibi quisquam est, dixit, sed optet offerre vitam Deo in sacrificium: quare etiam sapius interrogata, ne verbum quidem respondit, sed tantum leviter inflexit humeros. Postremo ministros suos Fratris cure sumiopere commendabat, & ut memor esset eorum, quæ pro Arlingtonio facturum se promisisset, rogabat: ad eujus commendationem hoc imprimis pertinet, quod affirmarit, eum & amare Regem, & fidem ipsi operam præstare. Sie aucto dolore, hora matutina tertia die 30 Junii expiravit, maximum, uti visum est, Regi Reginæ-

ginæque, qui ad ultimum prope vitæ halitum præsentes fuerant, dolorem relinquens. Atque ea mors quo magis inopinato accidit, eomajores postea rumores peperit; quandoquidem non defuere, qui veneno sublatam crederent. Quæ res pernælestæ Regi Galliæ fuit, adeo ut redeunte in aulam harum epistolarum audore, legato, ut facilis est conjectura, Anglico, ingenti timore liberatus esse videretur; ex quo apparet, quantum momenti in amicitia Caroli positum illi eo tempore fuerit. Sed hactenus de priori Arlingtonianarum epistolarum volumine, quod in Gallicum etiam sermonem traductum vidimus. Alterum, quod seorsim res Anglos inter & Hispanos atque Lusitanos per integrum decennium, ab anno nimirum 1664 ad annum 1674, gestas exhibet, iis potissimum literis referuntur, quas Arlingtonius ad Richardum Fanshaw, Comites item Sandovici & Sunderlandiæ, Wilhelmum Godolphinum & Robertum Southwel misit, quorum illi in Hispaniam illo tempore fuere legati, hic in Lusitaniam. Quemadmodum vero his epistolis alii quoque, ut Arlingtonii ad Hollisium Anglorum ad Gallos legatum p. 60, Richardi Fanshaw ad Arlingtonium p. 107, 161 & 164, ejusdemque ad Regem Angliæ Carolum II p. 109, & Cliffordii ad Godolphinum p. 376: ita passim mandata Principum, tractatus, aliaque ad statum publicum spectantia interseruntur, quæ brevissimis enumerare sufficiat. Sunt vero Mandata Richardo Fanshaw in Hispaniam eunti datum, p. 1: Tractatus inter Anglos & Hispanos de commerciorum maxime securitate A. 1665 factus, a p. 114 ad p. 160: Tractatus item alias Particularis inter Magna Britannie & Hispanie Coronas super Induciis cum Corona Portugallie ineundis, fut Latine habet inscriptio,) cui subscriptus est decimus tertius Maji dies anni millesimi sexcentesimi sexagesimi septimi, a p. 236 ad p. 256: Tractatus notatu dignissimus, quo Regi Hispaniæ A. 1673 ita convenit cum Statibus Fœderati Belgii, ut nisi Galliarum & Angliae Reges adduci possent, ad pacem cum his ineundam, bellum utrique se demuncianturum promitteret, p. 430: unde quæ fuerint eodem anno a Legato Hispanico Marchione del Fresno Londini proposita p. 450, quæque a Rege responsa p. 454, tum quomodo compositæ inter Anglos Belgasque lites, ex literis Ordinum Fœderati Belgii ad Regem Anglie die 8. Dec. A. 1673 missis, p. 459 patet.

*ARBATIS PICINELLI LUMINA REFLEXA, SIVE
annuum Autorum Classecorum Consensu cum singulis capitibus ac pe-
ne versiculis S. Bibliorum V. ac N. T. Ex Italico Latine reddi-
dit D. AUGUSTINUS ERATH.*

Francofurti ad. Moenum, typis J. N. Andreæ, 1702, fol. Alph. 9.

Quantum sedula veterum Classecorum ac Ethnicorum Autorum lectio ad omnium scientiarum, & eloquentiae in primis culturaem, momenti conferat, cum plurimis aliis dudum clarissimus Picinellus, edito *Mundo Symbolico*, non sine magno eruditorum applausu demonstravit. Hoc autem, quem jam Tibi, B. L. exhibemus, libro, quantum lucis illi obscurioribus sepe S. etiam Literarum oraculis abundant, laudabili prorsus atque utili earum cultoribus opera ostendit. Omnis nimirum, quæ in intellectu nostro est, lucis fontem ac primam originem Dei esse Sapientiam, in prefatione perhibet. Iustum autem Solem aurea lumina sua super bonos & malos, super justos & injustos explicare, iisque non Israelitas solum, fidei splendore claros, sed ipsos etiam Gentiles, spississimis r̄ḡc àr̄tūr̄ias te-nebris obrutos, illustrare, ipsæ sacræ literæ docent. Sicut igitur lux, quam crystalla a radiis Solis illuminata spargunt, merito donum excelsi illius planetæ dicitur: ita Sapientia relueens in sacris & profanis, in Prophetis & Poëtis, non nisi radii divinæ Sapientiae censendi sunt. His Adamus, Moses, Salomon, Paulus & reliqui Doctores V. ac N. T. illuminati, velut in totidem Soles, sparsis ubique veritatis luminibus, oramē terram collustrarunt. Quorum doctrina cum, Deo sic dispensante, in S. Bibliorum volumen, ut in Ecclesiæ candelabro omnibus prælucere, fuerit collata, Sophistæ, Philosophi & Poëtae, quasi papillones, sacrarum literarum splendore capti advolarunt. Inde Tertullianus, neminem Poëtarum vel Sophistarum, qui non omnia de Prophetarum lumine lumen sibi accenderit, fuisse, in Apologetico afferit. De Pythagora certe, Socrate, Platone, Aristotle, Theocrito, Numa Romanorum rege, ebra satis testimonia e Clemente Alexandrino & aliis Autoris nostri afferit. Neque tamen minus viris a Deo illuminatis profusa eruditio placuit, quam et totis viribus illustrare, pariterque inde sacris etiam literis lucem in quibusdam scenerari conati sunt. Quod de Abra-

MENSIS APRILIS A. MDCCII. 73

Abrahamo diu inter Assyrios versato, de Israelitis CCCC annorum spatio in Aegypto moratis, de Mose omni Aegyptiorum sapientia eruditio, de Daniele ad literas Chaldeorum in regia Babylonie intento, de Salomone denique, Paulo & plurimis aliis nemo facile negaverit. Inde *Titanum*, *Sirenum*, *Onocentaurorum*, *Arcturi*, *Orionum*, *Hyadum*, aliorumque gentilium vocabulorum in sacrificio: iudee *Mesandri*, *Epimenidis* & *Callimachi adducte* sententiae. Cum igitur divina sapientia Solis instar sua lumina ad omnes diffuderit, mutuaque vicissitudine profani gentiles illustrari a S. Literarum lumine, atque Israelite a reflexione luminum, quae ab eruditione seculari profiscuntur, irradiari voluerint; Autor noster in eo fuit occupatus, ut *Lumina ejusmodi Reflexa*, id est *quatuor millia locorum* S. Codicis cum Clasficorum Autorum dictis collatorum mutuusque ope explicatorum, hoc opere sifteret. In quo quidem & maxima industria, & boni interpretis laudem nobis consecutus esse videtur, omnibusque, qui utilissimum librum deinceps legent, credimus, videbitur. Quibus ut, quod diximus, clarus confit, paucula quedam specimen instar pragmatanda dabimus. Scilicet nonnunquam *Opaciori* Scripturæ S. adductis Clasficorum Autorum locis illustrat Autor: ut Gen. XIV., 21. ubi Rex Sodomæ a victore Abrahamo *animas* sibi dari, id est homines, cives suos ab hoste antea captos reddi vult; pari ratione apud Clasficos animam pro homine poni, probat ex illo Virgilii *En.* II., v. 47: scilicet ut Turno contingat regis conjux, *Nos anime* viles &c. & e Lucano I., 5: aut quæ noxiles *animas* in fata relinques? Si prius rem ipsam adductis aliis exemplis, dictis, similibus declarat. Sic Genes. I., 1. creationis ordinem, quo post coelum & terram, squæ, luminaria, cœli condita, superque aquis Spiritus Dei ferri dicitur, accurate a Virgilio *En.* VI., 724. exprimai docet:

Principio: coelum ac terras, camposque liquentes,
Lucentemque globum Lunæ, Titanaque astra
Spiritus intus alit; totamque infusa per artus.
Mens agitat molem, & magno se corpore miscit.

Cui passa e Manilio adducuntur. Genes. III., v. 22, ubi Deus Adamum lapsum reprehendit, loco ex Hesiodo adducto illustrat:

Huic animo infensus, qui nubila colligit, inquit:
 Proles Japeti, multo technisque dolisque
 Inter mortales unus doctissimus omnes,
 Imposuisse mihi gaudes ignemque tulisse?
 Nempe ingens atrocque malum tibi postque futuris,
 Quem ego pro rapto igne malum dabo, quo simul omnes
 Gaudebunt, propriumque malum subiisse libebit.
 Sic fatus, risitque Patens hominumque Deumque.

Gen. V, 25. ex eo, quod Enoch vivus ad Deum translatus fit, gentiles Alcmenæ, Aristeæ & Romuli captum fixisse perhibet. Ad Genes. XIX, 2. ubi hospitalitatis suæ Abraham prolem præmira accipit, gentilium fabulam adducit, qui fixerunt, Hyreum, quod tres Deos, Jovem, Neptunum & Mercurium, habitu ignoto ipsius domum ingressos liberali hospitiocepisset, filium Orionem mercedis loco accepisse, juxta Ovid. Fast. I. 5. Hygin. lib. 3. &c. Ad Genes. XIX, 26. uxor Lothi metamorphosin gentiles in Niobe sua repræsentasse ait, juxta Ovid.

Diriguitque malis: nullos moverat aura capillos,
 In vultu color est sine sanguine, lumina modestis
 Stant immota genis, nihil est in imagine vivum.
 Ipsa quoque interius cum duro lingua palato
 Congelat, & venæ desistunt posse moveri,
 Nec flebit cervix, nec brachia reddere gestus,
 Nec pes ire potest, intra quoque viscera saxum est.

Isaaci jam immolandi, divina autem providentia, juxta Gen. XXII, ferali cultro subtracti, fatum Iphigeniæ fabula exprimi a gentilibus docet. Ad Jos. III, 15. ubi Jordanes fluvius ex utroque Israelitarum transiuntum latere constitisse dicitur, illa Virg. Georg. IV, 359. adducit:

Simul alta jubet discedere late
 Flumina, qua juvenis gressus inferret; at illum
 Curvata in montis speciem circumstetit unda.

Nec non illa Ovidii Metam. XV:

Cum mare surrexit, cumulusque immanis aquarum
 In montis speciem curvari & crescere vifus.
 Ezechielis IX, 4. signum illud, quo gementes & gratiam Dei con-
 secu-

Secuti signari jubentur , literam Tau fuisse , illamque tum a Græcis , tum a Latinis pro symbolo gratiæ , sicut ☉ pro symbolo condemnationis habitam , & Serapidis pectori insculptam esse ostendit . Primum Christi miraculum , quo ille in nuptiis Cananæis aquam in vinum convertorat , Joh. II, 9. ex Ovidio illustrat , qui Metam. VII, 680 singit , Jovem & Mercurium , in paupere domo Philemonis & Baucidis ad mensam receptos , prodigiose vinum multiplicasse :

Interea quoties haustum , eratera repleri

Sponte sua , per sequic videtur succrescere vina;

Attomiti novitate pavent , manibusque supinis

Conjiciunt Baucisque preces timidusque Philemon,

Et veniam dapibus nullisq[ue] paratibus orant.

Quibus plura similia adferre facile possemus , si instituti nostri ratio pateretur , & non ex his , quam jucundus lectu quamque utilis hic liber futurus sit , satis pateret . Quam ob causam grates etiam Viro Vener. D. Augustino Erath , qui post Mundum Symbolicum , hoc etiam Picinelli opus Latio donavit , adeoque plurim uisibus expulit , deberi , vel nobis non monentibus appetet .

VIA AD-PACEM INFER PROTESTANTES P.RÆ.
luminariter restaurandam , strata per Colloquia solennia atque alia Pacificorum scripta Irenica , qua Calixtina comitatur Epicrisis .

Heidelbergi , apud Georg. Wolfgang. Hartmiium , 1700 ; in 4.

Alph. 2. plag. 4.

Qui sub anni elapsi & novi seculi primordia vivere desit ve- nerandus senex , Fridericus Ulricus Calixtus , viam ad pacem ante suprema fata ostendere voluit , sibique hoc ultimo scripto ad eternam & veram pacem viam munire . Ut tollerentur prorsus , vel saltim mitigarentur , quæ inter nos & Reformatos tanta animorum contentione agitat , sunt controversiæ , varia præteritis temporibus habita sunt colloquia . Hæc colligere , & ad posteritatis memoriam transmittere , studio curæque habuit Vir beatus . Cum in Comitiis Imperii , anno clo 10 XXIX Spiræ habitis , prima dissidiorum semina spargerentur , Halliae Landgravius , vocato in consilium Electo-

p. 2.

re Saxone, id operam dedit, ut mature in herba extinguerentur contentiones istae. Marpurgi ergo eodem anno colloquium habebatur inter Lutherum sociosque, & adversos partis propugnatores Zuinglium, Oecolampodium, Bucerum & Hedionem. De quibusdam articulis convenit inter eos; de precipuo autem articulo,

p. 9-11. & eius gratia in primis colloquium hoc instituebatur, *an verum corpus & sanguis Christi corpora aliter in pane & vino Cene Domini ea praesens sit*, hoc tempore non concordarunt; una tamen pars Christianam dilectionem alteri declaravit.

p. 13. Sexennio elapso, Wittenbergæ colloquium habebatur de cena Domini, cuius summam exhibit David Chytræus, in Augustana Confessionis Historia (pleniora notitiam Martini Buceri opera Anglicana, ab Conrado Auberto Basilez edita, tradunt) ostenditque, Martinum Bucerum & socios ejus declarasse, quod fateantur, cum pane & vino vere & essentia-
liter adesse, exhiberi & sumi corpus & sanguinem Christi; & quamvis transubstantiationem improbent, se tamen credere, por-
atio pane vere simul praesens esse & vere porrigi corpus Christi. Ab
ito tempore ad seculi fero spatiū, più iti conatus conciliandi

Protestantes prorsus sepulti jacuerunt, donec superioris seculi anno tricesimo primo, Electores Evangelici & Philipus Hasici Land-
gravius Lipsia conventum instituerent, cuius Colloquii authenticum

p. 17. exemplar, a beato D. Hoe ab Hoenegg Germanice scriptum, pie defunctus D. Hieron. Kromaierus, sub titulo *Saxonico-Branden-
burgico-Hasiaci Evangelicae Pacis Instrumenti*, quondam edidit. Habitum vero illud est inter praelari nominis nostræ partis Theo-
logos, ante laudatum D. Hoe, Polycarpum Lys serum, Henricum Höpfnerum, & Hassiacos Theologos, Bergium, Crociūm & Neu-
bergerum. Scopus erat, ut cognosceretur, an & quatenus in Con-

p. 51. fessione Augustana utraque pars consentiat; vel an & quatenus propinquior inter utramque partem iniri possit conjunctio. Con-
senserunt in articulo ejus primo & secundo; in tertio de persona Christi in quibusdam capitibus consentiebant, interea in aliis ultra-
que parte in diversa cunte. Optimum reconciliationis modum
esse arbitrati sunt, si in tam sublimi mysterio ex tantum loquendi
formula usurpentur, que in Scriptura sacra, antiquis ecumenicis
Concilii & Augustana Confessione disertum habeantur, prout & ipse
sul-

nullis aliis loquendi formulis sese adstricturi sint. Coneordes etiam in eo fuere, in sacræ Coenæ perceptione terrena elementa & corpus sanguinemque Christi una accipi ; istam vero perceptiōnem organo oris tam ab indignis quam dignis fieri, Brandenburgici & Hassiaci noluerunt concedere. Spiritualem tantum præsentiam agnoverunt, indignis quidem corpus & sanguinem Christi offerri, sed ab iis, propter eorum crudelitatem, haud recipi statuens. Consensus non potuit iniri eo tempore, hæcque tota materia fuit seposita. Brandenburgici tamen & Hassiaci concordiam ecclesiasticam fanciri nihilominus posse arbitrabantur; nec enim se alios damnare velle, modo alii ipsos non damnent, aut opiniones suas necessarii instar articuli fidei obtrudere præsumant. Undecimum de confessione auriculari admittebant, sicut & reliquos usque ad viceustum octavum absque controversia esse dixerunt. Quamlibet autem in A. C. nihil occurrat de prædestinatione, placuit tamen utrique parti in hoc quoque articulo suas conferre sententias de illo momento. Atque sic placida huic collationi privatæ finis est impositus, repetita protestatione, quicquid hujus factum, a neutra factum esse parte animo præjudicandi Theologis aliis, multo minus integris Ecclesiis. Sequuntur nunc in scriptorum irenicorum collectione consilia pacis, quæ Johannes Duræus olim proposuit ; & Johannis Matthiæ, Episcopi Stregensis, ad Sueciæ Regem literæ, quibus eum hortatur ad promovendum Evangelicæ concordiæ opus. Has excipit synodi Gallo-Belgicæ judicium de Duræi Irenico. Plura ad Protestantium conciliationem, & sub titulo *Synodalium decretorum, charitatiorum Colloquiorum, Consiliorum, Consultationum, Irenicorum*, publicata scripta Autor inserere noluit, ne in nimiam molem tractatus hic ex crescere *Catalogum* tamen eorum e Timanni Gesselii historia ecclesiastica collectum exhibit, & aliorum de concordia Ecclesiastica meditationes subjungit, quas non attigit Gesselius. Omnum idem scopus, Protestantium conciliatio & conciliatorum unio. Quæ fuerit optimi Parentis ejus aliorumque Guelfici Dueatus Theologorum sententia, de non penitus abdicanda aut deserenda conciliatione, id B. Georg. Calixtus epistola quadam, ad gloriosissimæ recordationis Principem, Augustum Ducem Br. & Lun. scripta hicque inserta, declaravit. Eiusdem mi-

p. 63.

p. 73.

p. 77.

p. 92. seqq.

p. 97.

Z tis-

tissimi viri plenior representatio Consilii de ecclesiastica concordia nunc sequitur, quam ante plures annos, dissimulato nomine suo, edidit in scriptis Calixtinis versatissimus Gerhardus Titius, Academiz: Juliz: quondam decus. Huic commentationi Theologica subjungitur exercitatio, quam Ecclesie Anglicanæ presbyter Thomas Schmid de causis remediisque dissidiorum, quæ orbem affligunt Christianum, Londini olim evulgavit. Sequitur tandem Benedicti Picteti de consensu ac dissensu inter Reformatos & Augustinianos Confessionis fratres dissertatio, ante annos aliquot publici juris facta.

p. 101.

p. 157.

p. 191.

p. 46.

p. 48.

p. 62.

p. 106.

Postquam igitur nonnullorum pacificatorum scripts irenicam sollicite collegisset venerabilis Calixtus, epicrisit suam addit. Evidem nonnulla eorum jam attigerat in erudita præfatione, piii Parentis sui de Reformatorum tolerantia consultationi addita, quam in Actis mensē Mayo. cl. loc. xcix recensuimus. Nunc prolixius ea prosequitur, ostenditque ante omnia, quod eorum, quorum conciliatio nec simpliciter est impossibilis, nec plane illicita, pars nulla debeat esse hæretica, salvificæ fidei fundamentum evertens. Solvere hinc nititur questionem, an tres in occidua Ecclesia circa aliqua religionis capita dissidentes magnæ partes (quarum singulæ particulares sint, & schismate distractæ Ecclesiæ) salvificæ fidei fundamentum inconcussum & ex æquo incorruptum relinquant. Hoe ut eo accuratius pertractet, de fundamento fidei prolixè agit, hujusque cognoscendi absolute necessitate; ostenditque porro tertio capite, Symbolum Apostolicum Christianæ fidei proram puppimque esse, & quæ huic successere, Nicænum & Athanasianam, citra ullam fidei secundum substantiam mutationem, Apostolici Symboli ubiores tantum esse & dilucidiores declarationes. Certe Occidentalem Ecclesiam ita credentes non pro hæreticis, sed veris habuisse Christianis; pro talibus autem & Pontificios & Reformatos a nostris majoribus, reformationis autoribus, habitos esse, infert & concludit. In Symbolo autem Apostolico omnia contineri, quæ ad salutem cognitu necessaria sunt, probare nititur, additis etiam Nicolai Selneceeri & Conradi Dieterici suffragiis; quæ omnia quarto capite operose prosequitur. Ostensa igitur Apostolici Symboli sufficientia, ultro sequi ait, Christianos in universum omnes, quotquot.

quot symbolum illud amplectuntur & in sensu catholico atque apostolico retinent, salvificæ fidei retinere fundamentum, atque inde pro hæreticis, fundamentum illud non retinentibus sed eversum euntibus, haud habendos esse. Atque universalem illum atque unanimem in fidei fundamentum consensum, sicut providentia divina effectus sit, ita infidelium conversionem monet juvare mirifice & promovere. Accedit deinceps ad considerationem eorum, quæ celeberrimus Danorum Theologus, Dn. D. Masius, de optanda quidem, vix tamen speranda ecclesiastica unione scripsit. Quod ad controversæ religionis amicam disceptationem attinet, in ipsis Imperii nostri Recessibus mandatam illam esse. Quotquot vero, a reformationis usque initio, de conciliando dissensu consilia agitarunt, visuri an reliqua esset aliqua conciliationis spes, eos omnes, sive Marpurgenses, sive Wormatienses, sive Wittebergenses, sive Lipsienses, sive Thorunienses, aut quicunque alii fuerint collocutores, certos fuisse, quod illi, cum quibus congregendum erat, fidei salvificæ fundamenta evertentes hæretici haud fuerint. Hoc enim si credidissent collocutores isti, temeritatem & peccato se expondere, & lucem cum tenebris sociare voluisse, haud immerito credendos; id quod tantorum virorum prudentia & pietas præsumere vetet. Iltis in antecellum præmissis, demonstrare conatur, quod salutaris reformationis promotores, & librorum symbolicorum autores, nullibi Reformatos publica voce hæresecos damnaverint, utut in nonnullis ab ipsis dissident, & ad ea, quæ in contrarium asserti poterant, respondet. Quod errorem in doctrina de Eucharistia foveant satis gravem, certum esse fatetur. Sed si is tantus haud sit, ut propter eum Deus illos regno cælorum excludat, eoque non obstante, modo absit malitia, & contra conscientiam nihil adserant, aut defendant, habeat ut filios & membra Christi, nobis etiam non alio loco, quam cohaeredum & membrorum ejusdem sub capite Christo corporis, illos habendos existimat. Interim quamdiu schismata duret, quamdiu de præsentia corporis & sanguinis Christi in sacrâ coena sic notanter sint discordes, invicem communicare non posse agnoscit, quorum unus veram & realem præsentiam credat, alter non credat. Id quod secus visum fuisse Pufendorffio & Pietro Autor dicit, horumque sententias examinat. Neque vero

p. 116.

p. 143.

p. 146.

p. 165.

p. 167.

p. 175.

- P. 189.** Romano - catholicos suspicari debere, sibi periculum imminere ex promovenda inter Protestantes conciliatione. Particularem enim illam reunionem viam sternere ad universalem, cuius utriusque, ut loquitur, possiblitas hactenus supponitur; licet non negetur, universalem illam ita esse comparatam, ut ejus difficultates humanis viribus, sibi relictis, superari nequeant; & cautius mercari dicit, qui universalem illam reunionem cum mutua Christianorum tolerantia commutandam censeant. Interim fatetur, quod libri symbolici, atque inter hos primum locum obtinens Augustana Confessio, & huic addicti moderatores Theologi, Romano - catholicos pro haereticis, fidei fundamentum inconcussum non relinquenter, neque habuerint, neque tales publice declaraverint; sed quod habuerint eos pro Christianis, errantibus quidem, non tamen exitialiter errantibus. Neque tamen it inficias, minori cum difficultate conjunctam esse Protestantium inter se, quam horum cum Pontificis conciliationem. Quanto major enim fit conciliandorum capitum numerus, sive emendandorum abusuum cumulus, tanto plus facillere negotii emendatoribus. Agit porro de Augustanæ Confessionis infausta variatione, & ad Lipsiense colloquium, cuius supra mentionem fecimus, revertitur, deque ejus editionibus & Latino interprete differit. Denique quæ vel ipse, vel beatus Parens ejus, de negotio pacis quondam scripsere, non decreta esse ait vel edicta, sed consilia, ab animo dissidia & odia detestante & concordia flagrante cupido profecta, tandemque pientissimo voto translationi huic imponit finem.
- P. 270.**
- P. 301.**
- P. 349.**
- P. 370.**

RELATIO DE BAROMETRO MARINO, A D. ROBERTO HOOK invento, cum descriptione ejus & usu, jussu Regie Societatis ab EDMUNDO HALLEY R. S. S. publicata.

Translata ex Actis Philosophicis Anglicanis, 1701, pag. 789. sqq.

EX quo primum deprehensum est, tubum Torricellianum, Barometrum Mercuriale vulgo dictum, pro diverso Mercurii intrailum ascenſu descenſu, aeris mutationes, quantum ad statum ejus serenum aut intempestum, indicare; eundem D. Robertus Hook diversorum annorum observationibus comprobavit, & huic instrumento aptavit, multamque industriam adhibuit, ut instrumentum hoc

hoc perficeret, & divisiones minutorum in ejusdem scala magis nobilis redderet. Cumque censeret, idem Barometrum rei nauticæ magnopere prōdelle posse, varios modos excogitavit, ut navigantibus usui esse queat. Unum horum Societati Regiae in conventu ejus, quem singulis septimanis in Collegio Greshamensi celebrare solet, d. 2 Jan. 1667 exposuit; a quo tempore inventum hoc suum porro excoluit, & ante aliquot annos dictæ Societati instrumentum exhibuit, quod jam descripturus sum, quodque subtilitate sua atque usu omnibus alii in hanc rem excogitatis p̄ficit. Visum autem est Societati celeberrimæ, interim dum Autori ipsi, per adversarii, cum qua conflictatur, valetudinem impedito, sensa sua in publicum proferre integrum fiat, operis hujus ejusmodi gustum p̄btere, ex quo innotescere, nautarumque usibus, in quorum gratiam p̄cipue conditum est, commendare se valeat.

Cum Barometrum Mercuriale, perpendiculariter, debeat suspensi, ipseque Mercurius ad quamlibet agitationem magno impen- tu vibretur; adeoque mare fulcantibus usui esse nequeat (quoniam nuper ratio ejus inventa sit, portationibus idonea) de alio principio dispiciendum fuit, secundum quod positus instrumenti non tam inevitabilis necessitate requireretur. Propterea, qui nauticam exercent, universum omnes devincti sunt celeberrimo D. Hægkia ob insignem facilitatem, quam nunquam non commonistravit, experimentis Philosophicis ad usum illis proprium applicandis.

Quadragesita circiter anni sunt, ex quo Thermometra Roberti de Fluctibus, ab aeris inclusi dilatatione & contractione ope caloris & frigoris dependentia, in usu esse defierunt, postquam compertum est, pressionem aeris esse inæqualē; quæ inæqualitas ipsa se miscet effectibus caloris in dicto instrumento. In cuius locum surrogatum est Thermometrum sigillatum, spiritum vini continens (a Roberto Southwell ex Italia in Angliam primo delatum) tanquam idonea mensura temperie aeris circa calorem & frigus: cum spiritus hic æthereus ex omnibus notis liquoribus dilatationi & contractioni maxime obnoxius sit, p̄cipue intercedente moderato gradu sive caloris sive frigoris. Hoe itaque pro indice assumto, & altero Thermometro, cui aer inclusus est, in eosdem gradus divisio, ita ut eo tempore, quo aer includebatur, consentiat cum Ther-

mometro spiritum continentem, quoad omnes gradus caloris & frigoris, notata ad idem tempus exacta altitudine Mercurii in communibus Barometris: facile intelligi potest, si contingat, ambo Thermometra inter se convenire, pressuram aëris eandem esse, atque fuit, cum aër includeretur, & instrumentum in gradus distinguatur; si in Thermometro aëre liquor altior sit designata in eo divisione, qua divisioni Thermometri spiritus respondeat, indicio est, aëris pressionem typum majorem esse, quam cum instrumentum in gradus divideretur. Et ex adverso colligi potest, si vitrum aëris depresso existat ipso spiritu, aërem tanto esse leviorem, & Mercurium in ordinariis Barometris humiliorem, quam dicto tempore divisionis.


Porro spatia pollici Mercurii respondentia erunt majora aut minora, pro quantitate aëris inclusi, & tubi vitrei, in quo liquor ascendit aut subsedit, exilitate; poteruntque propemodum in qualibet proportione, infra eam, quam specifica gravitas liquoris ipsius Thermometri habet ad Mercurium, ampliari; ita ut pro pollice quolibet Mercurii unus pes aut plures obtineri possint; quod item magno est commodo.

Observatum est ab aliquibus, si instrumentum longo tempore asservetur, aërem inclusum vel viam invenire elabendi; vel vapores quosdam admixtos præcipitare; aut præterea alia de causa minus elasticum evadere; unde progressu temporis altitudo Mercurii major, atque oportet, reddatur: id quod tamen si vel maxime in quibusdam contingat, usui eorundem nihil officit; cum is per experimenta, ubi lubuerit, facillime corrigi possit, & ascensus descensusve illius in hoc negotio præcipue spectetur; exacta vero altitudo res meret curiositatis.

In his Orbis partibus longa experientia nos docuit, ascensum Mercurii primo serenum, post tempestuosum cœlum, & Eurum Aquilonem ve portendere, descendens vero econtrario Austrum aut Zephyrum cum pluviis aut procellis, aut utrisque: quod posterius providere longe majoris momenti est in mari quam terra degentibus. Porro Mercurius fremente tempestate ascensum moliens certissimo signo est, illam occipere imminui; cuius sub distantioribus ab Æquatore, versus Boream & que ac Austrum, atitudinibus experimenta capta sunt.

For-

TAB. IV. ad A. 1702.
M. April. p. 183.



referuntur.

err-

Forma hujus instrumenti refert Figura, in qua representat TAB. IV.
Thermometrum spiritu instructum, in gradus distinctum ab 0, si-
ve punto gelationis, per omnes possibles caloris aut frigoris gra-
dus ipsius aëris; minimum in his climatibus.

CD, Thermometrum aere repletum, ad eundem modum in-
similes gradus divisum.

EF, laminam lateri Thermometri CD applicatam, in spatia
Mercurii pollicibus, pollicumque partibus, communis Barometri,
respondentia divisam.

G, indicem laminæ ad altitudinem Mercurii, qualem, cum
instrumentum in gradus distingueretur, obtinebat, ex. c. hic ad $29\frac{1}{2}$
pollices, affixum.

LM, filum metallicum Tubo Thermometri CD paralle-
lum, secundum quod lamina EF sursum & deorsum movetur.

K, punctum quodlibet, ad quod spiritus tempore observationis
conficitur; ex c. ad 38 in Thermometro spiritus: promote la-
minam eousque, ut index G in Thermometro aëris ad 38 consistat; &
si liquor in eodem itidem ad 38 terminetur, tum pressio aeris eadem
est, quæ tempore divisionis in gradus fuit, nempe, 29, 5; quod si ve-
ro altior, ex. gr. ad 30, ad I existat, tunc pressura aeris major est,
& divisio laminæ mobilis e regione liquoris indicat præsentem al-
titudinem Mercurii esse 29 pollicum, 7 linearum. Et hoc suffici-
at deratione tractandi instrumentum.

Horum Barometrorum aliquod in nuperissimo meo itinere Au-
strali penes me habebam, idque nunquam fallebat circa prædictio-
nen, & tempestivam significationem imminentium adversarum
tempestatum: ita ut eodem inniteret, debitisque cautionibus ad-
hibitis me communirem. Propria adeo experientia teste pronun-
cio, nullum isthōc utilius inventum a longo tempore commodo
navigantium suppeditatum esse.

Instrumenta istiusmodi D. Hook conformia construuntur a
Dno Henrico Hant, Regalis Societatis Mechanico, quorum co-
piam cuivis facere, deque usu eorum instruere paratus est.

LAMBERTI BOS MYSTÉRII ELLIPSIOS GRÆCÆ
expositi Specimen, in quo plerique loquutiones Grecorum de-
fectiva supplentur, & ad integrum structuram
referuntur.

Era

Franequeræ apud Leon. Strickium, 1702, 12.

Constat plag. dimid. 26*½*.

- P**rost eruditas Diatribas, Novi Fœderis loca, nonnulla e profanis maxime autoribus Græcis illustrantes, quas ad A. 1700 p. 419 sqq. recensuimus, Ellipios Græcæ mysterium nobis nunc pandit, qui in Academia Franequerana publicum hodie munus gerit, celeberrimus Lambertus Bos. Ubi iterum cum ita versari videmus, ut loca sacra non pauca e profanis, profanaque vicissim ex sacris scriptoribus illustrentur, secundum ordinem nominum, (sub quibus & participiis & pronomina,) verborum, præpositionum &c. Ex serie nominum notabimus, Rom. III, 25. ὃν περούθετο ὁ Θεὸς ἰλασίγειον, a Nostro elliptice exponi, ut θῦμα subaudiatur, quem proposuit Deus victimam propitiatoriam. Natura enim τὸ ἰλασίγειον esse ait adjectivum. Alibi autem sumi pro operculo propitiatorio, ut Hebr. IX, 5, χερύζει κατασκιάζοντα τὸ ἰλασίγειον, Cherubini obumbrantes propitiatorium, sc. θῦμα, operculum. II. Cor. I, II. χάρισμα ἐκ πολλῶν, dici innuit pro χάρισμα ἐκ πολλῶν δεδόμένον εἰς ἡμᾶς, donum a multis personis in nos collatum. Act. XVIII, 21. πάλιν δὲ ανακάμψω περὸς ὑμᾶς, sc. δέρμα, iterum vero reflextam adversus cursum. Hebr. XIII, 2 διὰ ταύτης (Φιλοξενίας) ἔλαθεν τινες ξενισταντες ἀγγέλους, ita supplet, ἔλαθον ἔαυτας, per hanc hospitallitatem insciū quidam angelos hospitio exceperunt: laudans simul Atticisnum, qui hic latebat, quemque non observarit Λιλιanus in eadem dictione, ὅταν διτύς λαθόντες, Φάγωτες, Var. Hist. I, 7. Ad Rom. VIII, 3, dixisse Paulum, περὶ αἵματιας, pro θυσίᾳ περὶ αἵματιας, sacrificium pro peccato. Similem ellipsis reperiit oblietaryt Hebr. V, 3. περούθετον, scilicet θυσίαν, υπὲρ αἵματιῶν, offerre (victimas) pro peccatis. Luc. II, 49. ἐν τοῖς τοῖς πατέρος μα, non putat subintelligi πράγματον, sed οἰκήματος, in domo patris mei. Sic enim egregie cum præcedentibus connecti. Eodem modo comparatum esse Joh. I, ii. Act. XXI, 6. Δαμόνιον esse natura adjectivum, & quoties in Novo Fœdere videatur accipi substantive, in eo subintelligendum πνεῦμα vel πᾶθος. Sic Luc. IV, 33, si legamus, ἀνθεωπος ἔχων πνεῦμα δαμόνιον ἀκάθαρτον,

ton, pro *διημονίᾳ ακαθάρτῃ*, plenam haberi loquationem : *homo*,
qui babebat spiritum demoniacum impurum. Ac forte ita legisse
vulgatum, quum verteret : *homo babens demonium immundum*.
Apud Joh. V, 2 δέπι τῇ προβατικῇ, addit πύλῃ, quae sit porta
pecuaria, & reperiatur addita apud LXX, Nchem. III, 1 καὶ ὁκο-
δηματας τὴν πύλην τὴν προβατικήν, οὐ adiscarunt portam pe-
cuariam. Hebr. X, 39 ἡμεῖς δὲ εἰς ἐσμὲν ὑποσολῆς, exponit ad-
jiciendo υἱὸν vel τέκνα, nos vero non sumus subdictionis filii; qua
dictione etiam utatur Aristophanes. Luc. XIII, 33 ἦν ἐνδέχεται, sup-
plet per χεῖμα, non admittit usus, ut & XVIII, 1 αἰνέντων ἡσι, scil.
χεῖμα, fieri non potest. Iterum, XXIII, 51 εἰς τὸ συγκατατε-
θιμένος τῇ θυλῇ καὶ τῇ πράξει ἀετῶν, addit ψῆφον, non addiderat
calculum consilio & actui illorum; uti apud Lucianum & Sophoclem.
In verbis porro etiam usitatam Græcis esse ellipsis, ostendit Noster,
& Math. XXVIII, 14 ἡμεῖς πείσομεν αὐτὸν, supplet, φον ἀγα-
ρακτῶν υἷον, nos persuadebimus ei, ne nobis succenseat. Caven-
dum ergo dicit ab altera versione : nos placabimus eum. Nun-
quam enim πείθειν placare, sed constanter persuadere notare :
plura vero hujus ellipsis exempla adnotasse V. C. Joan. Clerioum
ad Galat. I, 10. Luca IX, 28 nulla opus esse emendatione, quem
velint nonnulli, qui expertes sunt doctrinæ ellipsis, ἀστὶ ήμέρα
οἴκτῳ, supplet enim per ήσαν, hujusque expositionis exempliū ac-
cerdit ex LXX. Eccles. II, 16. Rom. VIII, 18 ὅτι εἰς ἄξια τὰ πα-
θίατα τὰ τὸν παρεῖ, (sc. ὁξετάσθα), πρὸς τὴν μέλλονταν
δόξαν, non dignas esse passiones hujus temporis, ut comparentur ad
futuram gloriam. Addi hoc verbum diserte a Luciano, εἰ μικρὰ
οἱ πρᾶξει τὸ δύναμιν ὁξενάθα τῆς συμπάθης ἀρχῆς, non
parva, si ad vim totius imperii comparentur. Luc. XIII, 9 καὶ
μὲν ποιητὴ καρπόν, οὐ squidem fecerit fructum, subaudit, κα-
λῶς ἔχει, bene se habet, ei δὲ μη, si vero minus &c. Parimodo
loqui Xenophonem & Platonem, & Aristophanem ita a Scho-
liastis exponi, quæ figura vocetur anantapodotum. Prepositionis
etiam ellipsis deprehendit Luc. XVI, 24 ἵνα ξάψῃ τὸ ἄνγον τῷ
δικτύῳ, (sc. ὅπῃ) ὃδατος, καὶ ringat extremam digiti partem in-
aqueam: quæ syntaxis diu exercuerit Pasorem; neque evolvere po-
tuisse rationem, ὃδατος pro ἐν ὃδατι, sed præluxisse ipsi Homer-
rum

rum & Hesiodum. At vero mallet Noſter in illis locis cum Didymo intelligere ὑδετι, hic autem apud Lucam, præpositionem ὅπῃ cum genitivo. Rursus XXIV, 47 καὶ ἡρυχθῆναι μετάνοιαν καὶ ἀφεσιν αἱματιῶν εἰς πάντα τὰ θνητά, (hic reticeri μετά τοῦ) αἰρέξαντον (πρᾶγμα sc.) διπλούσταλήν, post initium factum i. e. initio facto ab Hierosolymis. Multum torfissile hunc locum viros doctos, unde quidam legendum putarint αἴρεξανταν, sc. ὑμῶν, alii, αἴρεξανταν, referentes ad ἀφεσιν. Atqui similiter dicere Grecos, αἴρετεν, audito, i. e. postquam auditum est, plene, μετά τοῦ αἰρετεν περῆγμα. Apud eundem Lucam II, 2 deesse πρό, ἀυτὰ οἱ αἴτουρα. Φή περίτη ἐγένετο (subaudi πρό) πήγεμονεύοντος. Addi autem eandem voculam XI, 38 ἀθάμαστον, ὅτι οἱ περῶτον ἴβατζιδην πρό τοῦ αἴρετο. Deesse etiam σὺν, Apocal. VIII, 4 καὶ αἱρέτη οἱ καπνὸς τῶν θυραποράτων, (sc. σὺν) ταῖς προσευχαῖς τῶν ἄγιων, & ascendit fumus sufficiens, cum precibus sanctorum.

- p. 245. Profanorum scriptorum, ignoratione ellipticæ, ſepiuſi lapsos interpretes, non minus annotavit celeberrimus Autor. Nam apud Plutarchum duo statim occurunt loca, ubi in ἐπιτάφιος, funebribus, deest substantivum ἀγών, quod verterint alii epitaphium, alii funeris laudationem, pro ludofunebris plenius vero exprefſerit Diodorus duobus locis, ὅτι μέγαν αγώνα κατῷ ἐπιτάφior, & Dionys. Halicarn. διγώνας μὲν γαρ ἐπιτάφιος. Non minus fluctuante priores interpretes ad locum ΑΙlianī ταῖς σκευοφόροις ἐπίθημένιλα, ubi subintelligit αἱαξας, plauſtris, hujuſque rei cationem petit ex Xenophonte, & Viro Clarissimo, Jacobo Perizonio, ad ΑΙlianum. Alibi τὰ σκευοφόρα ὀχηματα dixisse Herodianum, & τὰ σκευοφόρα πάντα κτηνα, jumenta omnia onera portantia. Absolute autem Dionem Caſſium τὴν τε ἵππον καὶ τὰ σκευοφόρα, equitatum & jumenta. Apud Polybiūm, τὸν διπλὸν περιτίχη χειματισμὸν, Musculum perperam, & parentiflmo accepitum, alibi, διπλὸν περιτίχη, & supremo, modo ab ipso Imperatore tranſtulisse; cum reticeatur θυμῷ vel rōre, ac proinde vertendū, optima anima partas divitias, adeoque ſine fraude. Apud Herodotum καργίγ dici elliptioe pro καρέη πληγῇ, vulnere herbali, non animadvertisse Vallam, & pellime vertiflſe, ſanguinem opportuna ad fermentandum, ut ſibi videbatur. Similiter deesse πληγας Luc. XII, 47. ~~αἱρέτεντα, πολλὰς, ὀλόχας,~~ ſicut in loco Aristophanis περὶ πο-
- ει.
- p. 252.
- p. 253.
- p. 258.
- p. 9.
- p. 51.
- p. 95.
- p. 57.
- p. 50.
- 51.]
- p. 98.

σιν, vel χρήσιν, addente Äliano. In voce πολλὰ, ubi convici-
um & sublannatio designatur, supplendum ῥίματα cum κατά.
Non vidisse hoc Interprētem Luciani, ideoque καὶ τὰ πολλὰ
perperam vertisse plerumque, cum exponere debuisset κατά
πολλὰ ῥίματα, & transferre multis verbis conviciisque. Pravam
hanc versionem in altero loco a prava distinctione ortam esse ait No-
ster, eamque restituit. In αἴθυστα, cum pro portica sumitar, sup-
plendum σόα, prout σόα ήλιος αἴθουεν, porticus a Sole illustra-
ta & fulgens, atque adeo plena dictio reperiatur apud Homeri
interpretēm Eustathium. Duplicem ellipsis latere in isto: ἐκέινη
δὲ μύρη, οὐτις iste unguentum, ἐκέινη scil. σόμα, μύρη, scil. ὄσμη;
uti ex Aristophane probat. Iterum apud Lucianum in τῷ δίκαιο-
ν, judiciale, supprimi τριώσολος. Judicum enim mercedem a-
pud Athenienses fuisse triobolam, post dictem judicaram. Elegan-
tem ellipsis vocis Χείρ, Χεῖρες, ignorasse Erastum in alio ejus-
dem loco, ideoque insulte admodum reddidisse, Ζηνόθεμις αἴ-
Φοτέρας, τῇ μὲν τῆς ρύνος, τῇ δὲ τῇ ὀφθαλμῷ ἐπειλημμένος,
Zenothemis pariter tum oculo tum aure mutilatus; potius enim
fensum esse, utraque mana, altera naso, altera oculo prebenso.
Mire torsis locum Äliani viros doctos, V. H. V, 12 παραδόξων
γις, & γὰρ αἰληθές; alios enim illud αἰληθές ejicere matuissile, alios
legere, αλλ' αἰληθές. Adverbialiter autem hic sumi, & idem no-
tare quod ἄντες, accedente praesertim sensu interrogandi; & sic
plenum sermonem esse: παραδόξων γε χρῆμα ἔσιν (γε γὰρ αἰλη-
θές;) ἀναστόντος Δημοσθένους εἰς Μακεδονίαν, res nostra est, (nonne
profectio?) Demosthenem orationi sua excidisse in Macedonia. Ca-
stigatur rursus interpres Luciani duobus locis, ubi in τοστάτη elliptice de Χεόνῳ accipi non viderat. Viderat autem in loco tertio. Atque
iterum, πλείστη γὰρ κρατῆσαι βάλομαι, pluribus enim (sc. ψή-
Φοις,) calculis, causam vincere volo, male ille reddiderat: *imo*
plures volo vincere. Nisi tamen mendum subest in ipsa versione,
& plures pro pluribus irrepit. De calculis enim sermonem esse,
toties alibi observarat Interpres, laudatque ipsa loca Noster. Sed
similiter tamen arguitur non cogitasse de ellipsis σκόπειον vel ὅρη, in
Timone pag. 130. καὶ ὅπως οἱ κόλανται, dum vertit, sustine, quo
palpones illi inuidia rumpantur, pro & fac, ut adulatores illi

p. 102.

p. 112.

p. 116.

p. 117.

p. 134.

p. 145.

p. 148.

p. 156.

p. 164.

p. 200.

- P. 201. *dirumpantur præ invidia.* Nam eodem dialogo recte idem : Χαῖες, καὶ ὄπως, scil. salve, & fac, adulatores istos nefarios observes.. Et sane minutum aliud observavit in isto Noster, Πυθος γενόμενον, & mavult verti *Delphis factum*, quam in *Pythiis factum*. Nam in *Pythiis*, posse etiam significare, in *Ludis Pythiis*.
- P. 228. **¶ 24.** Gravius erratum est eorum interpretum, qui vocem εἰ Φιλία, putantes esse substantivum, vertunt, in ακιδίαι, cum subesse elliptice γῆ observet Vir Clarissimus, atque adeo transferri debeat, in solo pacato, apud Xenophontem & Dionem Casium. Hunc tamen etiam alibi plene, τὴν πολεμίαν γῆν dicere. Atque ex hisce constare satis arbitramur, recte in Praefatione monuisse nostrum, eum qui probe versatus fuerit in doctrina Ellipsois, facile cariturum pluribus Grammaticorum regulis, quarum plerique falsæ, insulæ, jejuna & inane sint. Videasque illarum nonnullas p. 67. 207. 209. 219. 226. 228. 229. 234. 246 dierte tangi.

*CLAVIS APOCALYPTICO-PROPHETICA,
adornata a JOANNE BIERMANNO.*

Ultrajeceti, apud Guil. a Poolsum, 1702, in 4.

Constat 4. Alph. 4. plag.

Non sola Apocalypios explicatione contentus Biermannus noster, Minister Ecclesie Boetzelariensis in Ducatu Clivensi, eo consilio hoc opus aggressus est, ut prophetias veteris novique instrumenti uno eodemque labore enuelesret, earumque harmoniam cum Apocalypsi luculenter demonstraret. Quamobrem existimat, opus hoc supervacaneum non futurum, et si eorum, qui in Apocalypsin commentati sunt, numerus quotidie accrescat: nam præter multa a nemine observata, se clavem omnium vaticiniorum lectoribus tradere, & usum ejus indicare. Hanc autem clavim appellat parallelum septem ecclesiarum, sigillorum & tubarum Apocalypticorum, ad quam oracula Prophetarum omnia reducenda sint. In Praefatione, sive *Alloquio ad Lectorem*, de Prophetis & prophetia sermonem instituit, observatque prophetam dici quemlibet, qui mentem Numinis & consilia exponit; dominum prophetarum continuum & quasi habituale non nisi in sanctis esse posse, et si obiter & per transennam, Bileam, Saul & Caiphos vatici-

ticinati sint: Prophetas Hebreorum non solum collinare in veterem populum, in eoque definere & oracula sua finire, verum etiam accurate delineare seriem rerum a suis temporibus usque ad tempora novi Testamenti novissima futurarum, eventusque tam sua quam ultimæ mundi ætatis simul indicare, quod Petri auctoritate Act, III, 18-21, 24 statuminatum it: Historias veteris Testamenti a Prophetis prædictas esse typos eventuum novi Testamenti adeoque profecos. Vates ad hoc magis, quam ad illas respicere: Apocalypsin ubivis phrasium & typorum veteris Testamenti usu, ad Prophetas ejusdem nos remittere: denique omnia Ecclesiæ novi Testamenti fata septem periodis absolvi, quas Apocalypsis manifeste describat. Operi ipsi præmittit XI Canones hermeneuticos, nimirum 1. Apocalypsin, quantum fieri possit, ad literam accipieadum esse. 2. Prophetas ordinem temporis non observare. 3. In Apocalypsi prolepses multas & hujus generis schemata occurrere. 4. Eam septem periodis constare. 5. Abundare illam allusionibus ad Salomonis templum, arcam, vestes sacerdotales, visiones Esaiæ, Ezechielis, Danielis & Zachariae. 6. Necessariam esse aliarum prophetiarum conjunctionem & conformem explicacionem. 7. In Apocalypsi per dies annos indicari, adeoque septimanam Apocalypticam septem, mensem trintam, & annum 360 annos confidere. 8. Septem Ecclesiæ, sigilla, & tubas esse ejusdem temporis & argumenti; tubas tamen sigillis, & hæc epistolis ad Ecclesiæ scriptis clariora esse: quæ in uno neglecta sint, aut prætermissa, in altero notari; philarum vero septem aliam esse ac disparem naturam, sed omnes in thronum Anti-Christi effundendas: idcirco primam & secundam ad quartam periodum, tertiam & quartam ad quintam periodum pertinere, quintam & sextam cum sexta, septimam cum septima periodo synchronismum facere. 9. Numerum septenarium Apocalypsi sacrum esse. 10. Septem Ecclesiæ Asiaticæ Apoc. II, III. memoratas typos esse septem Ecclesiæ periodorum, observante etiam Aretha. 11. Babylonem, Aegyptum & Sodomam hic esse Papismum. Periodos septem ita ordinat, ut prima ab A. C. 33 ad 100, secunda ab A. C. 100 ad 300, tercia ab A. C. 300 ad 700, quarta ab A. C. 700 ad 1500, quinta ab A. C. 1500 ad 1600, sexta ab A. C. 1600 ad 1700, septima ab A. C.

1700 ad finem mundi, seu, ut ipsi verisimile est, A. C. 2000 exten-
datur. His expositis, ipsam explicationem aggraditur, & præmis-
sa semper analysi ~~textus~~, expositionem phrasium locorumque diffici-
lium, posthac harmoniam cum vaticiniis Vet. Testamenti, dein-
cups complementum ex Historia separatim proponit. Conne-
ctit vero Ecclesias, sigilla & tubas, quas ~~παραδίλλεται~~ putat. Ec-
clesia Ephesina ipsi est coetus primorum Christianorum pietate fer-
vens, cuius incrementum & propagationem figilli primi equo
albo triumphali, Iudaorum vero interitum igne, grandine & san-
guine tubæ primæ, indicari existimat. Smyrnensem Ecclesiam ha-
bet pro ecclœ vexato & martyris abundante, bellaque Romano-
rum intestina & externa tempore X persecutionam per equum
rufum figilli secundi, & seditiones per montem ignitum secundæ
tubæ prænunciari putat. Tertiam Ecclesiam Pergameam eam
esse credit, quæ sub Constantino & post eum crevit, cuius de-
crementum in sana doctrina annona figilli tertii, & Arisismatum
stella amara tubæ tertiae significant. Thyatirensis, quarta nume-
ro, est juxta Biermannum Ecclesia a Pontifice Romano corrupta,
quam corruptelam mors & infernus figilli quarti, & tubæ quartæ
eclipses præsignent. Ecclesiam quintam, Sardensem, voeat pri-
mum Protestantium ecclœ, non satis repurgatum, cuius mar-
tyres sigillo quinto, machinæ Papatus vero contra reformatio-
nem, per Jesuitas aliosque, aperto puto abominationum tubæ
quintæ designentur. Philadelphensem Ecclesiam habet pro coe-
tu Reformatorum puriori, atque σύγχρονοι multarum nationum
a Romano Pontifice defectionem stellis cadentibus sexti figilli, nec
non quatuor Angelis solutis tubæ sextæ quatuor, quos vocat, pu-
rioris Ecclesiarum hostes, Regem Hispaniarum, Imperatorem, Austriacos
& Regem Galliarum notari arbitratur. Ecclesiam Laodicensam septi-
mam eam esse dicit, quæ sub adventum Christi gloriosum in has
terras futura fit, cuius defectionem a pietate prima figilli septimi
silentium, ipsumque Regnum fidelium gloriosum tuba ultima
prædicere creditur. Phalias, suo quamvis loco, interserit, & pri-
mam quidem suo ulcere schisma iconomachicum, secundam aqua
cruenta multarum gentium superstitionem perversionem, tertiam
effusio sanguine passagia & hujus generis bella alia, quartam æstu
suo

suo Valdenses & Viclefites, quintam tenebris desolationem Papatus, sextam Euphrate exsiccatu Turcarum incrementa & potentiam, septimam tonitru & fulgere futuras sub adventum Regni chiliastici mutationes universales adumbrare censem. Sunt prater hæc alia rotatu non indigna. Nicolaitas Joannis existimat Auctor eos esse, qui in saeris dominatum populi affectant, p. 18. Historiam decenni vexationum Ecclesiæ Christianæ fuisus exponit, p. 61. seqq. Per Antipam Joannis, martyrem ignotum, intelligit partim hostes Papatus, partim Arianorum adversarios, p. 96. De quatuor animalibus Danielis prolixissime disceptat, & ad Antichristum, quem credit, Romanum visionem istam pertinere, contendit p. 231. seqq. Locutas Joannis Apocalypticas habet pro dignitatibus sacris, præsertim Cardinalitia, & ordinaibus Monasticis Ecclesiæ Romanæ. Cur Christus in sacris Amen dicatur, p. 565 erudite disquirit. In Theologia Allegorica, quam Emblematicam vocat, multum studii laborisque Auctor consumisse videtur, suosque in ea profectus non perfunditorios passim nobis conspicendos exhibit. Nam imagines rerum sacrarum, quotquot in sacro codice occurrunt, collectas sollicite indagat, earumque intimos recessus pervestigat, adiuncta etiam suppellectile hieroglyphica Egyptiorum, Græcorum & Romanorum. Sic p. 29. seqq. imaginem equi examinat, obseruatque eum in sacris esse symbolum 1. fortitudinis, generositatis & potestatis, Deut. XXXII, 13. Ps. LXVI, 12. Es. LVIII, 12, non secus ac apud Arabes; 2. belli, Zach. IX, 10. X, 5. ut apud Romanos; 3. imperii; 4. victoriae. Apostolos igitur in Apocalypsi equos nominari putat, hoc est, fortes ac generosos veritatis praæcones, quibus bellum sacrum eum adversariis gerendum erat, quos Spiritus Christi efficacissime regebat, qui denique victoriam ab hostibus reportarint, salutemque & felicitatem orbi pepererint. Montium quoque imaginem solerter considerat p. 78, cosque in scriptis propheticis politiarum, regnorum, principum & magnatum symbolum esse, animadvertis. Pollicetur in alloquio ad lectorem peculiarie sacrarum imaginum & figurarum Propheticarum systema, quod non langeida spe exspectamus.

LIBRI

LIBRI NOVI.

- Fr. Sacchi Sacrorum Elaeochristianorum Myrotbecia tria. Amstelodami apud Fr. Halmam, 1702, fol.*
- Jo. Francisci Buddei P. P. Introductio ad Historiam Philosophie Ebraeorum. Accedit Dissertatio de Heresi Valentiniiana. Hale Saxonum, impensis orphanotrophii, 1702, 8.*
- Nova Literaria Helvetica, collecta a Jacobo Schenckzero Med. D. Tiguri, 1702, 8.*
- Dictionnaire Geographique Universel. A Amsterdam chez Fr. Halm, & à Utrecht chez Gu. Vande Water, 1702, 4.*
- Histoire de la Republique de Venise, par Baptiste Nani, Chevalier & Procurateur de S. Marc. Seconde partie. A Amsterdam, chez Henri Schelte, 1702, 12.*
- Series Dynastiarum & Regum Dania, a primo eorum Skiolde Odini filio, ad Goimum Grandevum. Auctore Thormodo Torfæus. Hafnia apud Melchiorem Liben, 1702, 4.*
- Jo. Andr. Bosii Hispania, Ducatus Mediolanensis, & Regni Neapolitani Notitia. E museo Jo. Andr. Schmidii. Helmstadii, apud Jo. Melch. Süßermannum, 1702, 4.*
- Güntheri Christoph. Schelhameri Natura Vindicata Vindicatio. Kiloni, & Hamburgi in officina Liebezeitiana, 1702, 4.*
- Jo. Schilteri de S. R. G. Imperii Comitum Prarogativa Diatribe. Argentorati, apud Jo. Reimb. Dulseckerum, 1702, 4.*
- Ant. Van Dale Dissertationes IX, Antiquitatibus, quin & Marmoribus illustrandis inservientes. Amstelod. apud Henricum & viduam Theod. Boom, 1702, 4.*
- Zacharia Huberi, Ulrici F. Dissertationes Juridica & Philologica. Franquera apud H. Amama &c. 1702, 4.*
- Horti Medici Amstelodamensis Pars altera. Auctore Caspero Bartholino. Amstelodami apud P. & J. Blaeu, & viduam Abraham. Sommern, 1701, fol.*
- Nouveaux Elemens d' Algebre. Par Mr. Ozanam. A Amsterdam, chez George Gallet, 1702, 8.*



ACTA
E R U D I T O R U M ,
publicata Lipsie
Calendis Maii, Anno MDCCII.

**STEPHANI BLANCARDI, P. ET M. D. OPERA
Medica, Theoretica, Practica & Chirurgica.**

Lugduni Batavorum apud Cornel. Boutestein & Jordan.

Lugtmans, A. 1701, in 4.

Constat Alphab. 6. Plagul. 16. Figur. Tab. IIX.

Modernos inter, qui nobilissimam artium Medicam celeberrimi Cartesii principiis superstruendo allaborarunt promovere, Clarissimus *Blancardus* haud postremus nominari meretur. Quemadmodum enim is pluribus abhinc annis ipsas Medicinæ Institutiones sub titulo Academiarum Cartesianarum cum publico primum communicavit, a nobis in Actis A. 1685, p. 144 commemoratas: ita & eadem in aliis postmodum a se divulgatis opusculis medicis adhibuit fundamenta. Atque talium sparsim hactenus maximamq[ue] partem idiomate Belgico ab Autore Nobilissimo editorum scriptorum potiora, si *Anatomiam Reformatam ac Medicum excipias Lexicon* (cujus novissimæ itidem editionis contenta propediem dabuntur) in *Operibus*, quæ nunc Lectori benevolo sistimus, Latino habitu induta, & duos in tomos digesta deprehenduntur. In primo namque tomo *Diatribe de Fermentatione, Manuductio ad Chymiam, Medicine Institutiones atque Pharmacopæa ad normam Neotericorum adornata sistuntur*; in altero autem *Praxis Medica & Institutiones Chirurgica exhibentur, subiunctis de novo quadringentis Aphorismis, praxi medicam & chirurgicam spectantibus*. Quorum tamen singulorum prolixiori recensione tanto magis impræsenti licebit superfondere; quo fuisus jamjam in *Actis & Institutiones Medicas anno circa*

to, & *Diatriben de Fermentatione*, tractatui de *Scorbuto annexam*
 aodem anno 1685, p. 456, & *Pharmacopœam* cum *Clarissimi Bonet-*
hoe Fundamentis Medicis A. 1688, p. 617 indigitavimus, quoque
 curiosius pariter multi totidem opusculorum: versiones Germanicas
 dudum per volutaverunt. Sola incrementa, quæ hinc inde non pau-
 ea accesserunt, reticenda minime, sed eorum quædam adhuc erunt
 innuenda. Antlia nempe pneumatica tali facie, qua cum aliis ad-e-
 am pertinentibus instrumentis Lugduni Batavorum a *Musschenbro-*
ckio fabrefieri solet, sub *Fermentationis doctrinæ terminum* depin-
 gitur ac describitur. In *Chymia* plura reperiuntur præparata, ante-
 hac omissa, verbi gratia: *Crocus Martis solubilis*, *Oleum plumbi ac*
stanni, *Liquor semper fumigans*, *Mercurius diaphoreticus Jovia-*
lis, *Æthiops mineralis*, *Tinctura vitri antimonii non emetica*, *Tin-*
citura metallorum, *Balsamus antimonii* &c. In Medicinæ Institu-
 tionibus non solum aliorum simul Autorum sententiaz observatio-
 nesque allegantur, atque experimenta diversa e nostro *Bohni*, *Boyle*,
Nuckio aliisque memorantur, sed & plures defectus priores resar-
 ciuntur, e. g. de *Siti & Fame*, de *Liene*, de *Regimine infantium*
 recens natorum & a lacte remotorum, de *Siti læsa*, *Aphthis*, *Sin-*
gultu, de *Suffocatione*, de *Vocis defectu*, de *Raucedine*, de *Hæ-*
moptysi, *Vomica & Phthisi*, de *Diabete & Urina dulci Indorum*, de
Catalepsi, de *Cruribus tumidis gravidarum*, de *Hypercatharsi*, de
Fontibus Spadanis, de *Opii præparationibus & modo operandi*, de
Venenis, de *Cosmeticis*, de *Remediis per Imaginationem juvantibus*, de virtute *Lapidis Philosophorum*. Nec *Pharmacopœa uberi-*
oribus destituitur medicamentis, dum reliquis associantur, verbi
 gratia: *Elixir salutis purgans & non purgans*, *Tinctura Lacæ*, *Un-*
guentum depilatorium, *Unguentum ad fissuras mammarum*, *Un-*
guentum ad herpetem, *Unguentum ad lumbicos*, *Balsamum Ar-*
æci, *Balsamum benedictum Hispanicum seu Oleum Apariti*, *Bal-*
samum Lucatelli. In Praxi porro Medica pariter atque Chirurgica,
 tum. Observationes immiscuntur e cadaverum sectionibus petitæ, at-
 que in *Anatomia practica rationali*, quam Amstelodami A. 1688 in-
 lucem *Nofer* emisit, proposita; tum novæ, cum Consiliis variis no-
 nsque etiam Operationibus Chirurgicis, verb: gratia: de *Collo in-*
curvato se schonere restituendo, de *Penis ac Uteri extirpatione*, de *Fi-*
stu-

ftula ani, de Vasorum Lymphaticorum vulneribus, de Tendinum sutura adjunguntur. Tandem ficuti Aphorismorum superadditorum primus sanitatem ab optimo sanguinis & succorum circuitu dependere afferit: ita ultimus optimum s^ep^e Medicum a conjecturis falsi concedit.

**HET TWEEDE ANATOMISCHE CABINET VAN
FREDERIC RUYTSCH**

i. e.

**FREDERICI RUYTSCHII, ANATOMIE ET BOTANICAE
nices Professoris, Thesaurus Anatomicus secundus.**

Amstelædami apud Joh. Wolters, 1702, 4.
Constat plag. 13. & fig. tab. 6.

Quæ Clarissimi Ruytschii in Thesauris suis Anatomicis edendis fuerit intentio, ex iis facile cognoscere ac repetere licet, quæ superioris anni mense Septembri pag. 385, cum recenseremus *primum*, monita fuerunt. Jam secundum exhibemus, sex repositoriis constantem cum octo arculis, e quibus pauca depromemus. Inter varias oculorum, tam humaanorum, quam vitulinorum, balanæ &c. partes in repositorio primo asservatas, & tunica sistitur ab Authore nostro inventa, hinc Ruytschiana dicta, cuius mentionem jam ex Authoris Responsione ad Epist. Problematis Anat. XIII, in Actis A. 700, M. Oct. p. 433 fecimus. Quamvis autem in hac ipsa Responsione ligamentum ciliare pro mu^cculo, ad pupillæ & humoris crystallini motum destinato, Noster cum aliis Anatomicis habuerit, nunc tamen aliter sentit, existimans, motum ejusmodi a ciliari potius processu, ut & circulo musculari posterius in confinio pupillæ sito præstari. In oculo namque, & vitulino, & humano, processum ciliarem e fibris musculosis longitudinalibus ita, apparere contextum, ut tendines, seu tendinosæ fibrillæ luculenter dispersæ in secundo demum & minori circulo posterius ad marginem pupillæ locato finiantur; e diverso a ligamenti ciliaris extremo annulos constitui nec dimitti tendines, sed margine tantum criso idem extrellum a dicto processu recedere. Propterquam vero quod descriptus hactenus processus ciliaris pupillæ dilatandæ inserviat, &

P. 13

Bb 2

fibras motrices circulares, quæ pupillam constringunt, tanto certius in circuli minoris extremo esse concipiendas, quanto minus pupillæ contrahendæ tum ligamentum ciliare, tum processus ejus occurrant proportionata; etiamsi ob summam subtilitatem vix evidenter eadem queant cerni. In tertio repositorio inter alia foetus humani hepar cum stomacho humano, vesica urinaria, hydrocephalo & rene exhibetur. Hepar ex carne est, ut vulgo loquuntur, i. e. ex mente Ruyschii, omnibus suis extremitatibus succosis, quæ glandulæ aliis perperam audiunt, destitutum, ut vasorum reptatus, numerus &c. accurate videriqueant; atque observavit in hoc Noster, venam portæ pluribus gaudere ramaulis minoribus, quam venam caram, hancque illis ubique stipari. Stomachus inversus innumeris poris visibilibus, & antequam in orificium inferius desinat, copiosissimis & minutissimis cellulosis intercapelinibus quadrangularibus gaudet. Vesica urinaria inversa ex crescentiis ramulis p. n. a calculi attritione productis est obsessa, atque inter has cum calculi saepe numero latitent, contingere dicit Author Clarissimus, ut dum eas cum calculo forcipe extrahit lithotomus, lethalia saepe symptomata orientur; calculum vero vesicæ adnasci, ut vulgo creditur, ipse non statuit. Hydrocephalus foetus septimestris est, cuius caput mole superat truncum & artus; qui postquam fuerat exclusus, prodiit ex utero substantia quædam heterogena, his manum, illic femur, crura &c. exhibens, & putat Noster, tempore ingravidationis plura ovula simul foecundata & confusa fuisse. Rerum tunica adiposa ex parte liberatus, superficiem suam iniqualem oculis subjicit. In hac tunica cellulæ adiposæ Malpighio dictæ in vaceis & ovibus, minus vero in homine, ex Authoris nostris mente, comparent, utpote qui adipe penitus careat; hinc inepta pronunciatur in pinguedinem proprie dictam & adipem Authorum divisione. Illud enim, quod pro adipe habetur, nil nisi pinguedo mollis in corpore vivo & cadavere recenti est; non negatur tamen, pinguedinem in cadaveribus obesis & plures annos humatis colorem naturalem cum albo mutare & in adipem verti. Ex repositorio quarto, præter epidermidem infantilem, binas placentas uterinas, & tunicam tertiam seu interiorem uteri ovini imprægnati considerabimur. In epidermidis superficie interiore superstites cernuntur pil-

p. 26.

p. 29.

p. 31.

p. 32.

p. 41.

p. 48.

pillarum cutanearum extremitates minutissimæ, quarum efflorescentia, non autem humores excrementitii condensati, cuticulam componit. In placentarum uterinarum altera videre licet, eam nullis glandulis esse ditatam, nullorumque vasorum sanguineorum extremitates tantam habere analogiam cum iis, quæ corticalem cerebri substantiam constituant, quam hujus vasa; haec autem non immediate cum uterinis uniri, sed cohaesionem uteri cum placenta interventu substantiae ejusdam membranaceæ firmari, in altera monstratur: quemadmodum pariter portio tunicae tertiae seu interioris uteri ovini imprægnati myriades vasorum in cognitorum, vermicularia a Ruyshio vocatorum, & nutrimentum foetus præparantium, per se disseminatas oculis offert. In repositorio sexto, pueri ren dissectus ductus urinarios Bellini conspiciendos præbet, qui quoniam ceram admirerunt, postquam arteria renales eadem fure replete, judicat Noster, eosdem nil nisi continuationes arteriarum renalium esse; adeoque urinam absque glandularum operse cerni, codem modo, quo in testiculis, placenta uterina, cortice cerebri, hepate & liene, diversa fluida, absque glandularum interventu, e massa sanguinea separari sibi concipit. In arca secunda vivitur cutis capitis infantilis, quæ non tantum in syncipite, sed & fronte, pinguedine est obsoleta; in quarta humor crystallinus oculi ovini, membrana arachnoidea obvolutus; in octava calculus ab equo per alvum excretus, vibezoardica gaudens. Haec sufficiant. Finimus cum verbis Authoris: *Hijc et innumeris aliis absque præjudicio visis quis ulterius dubitet, quin haec preparandi demonstrandique methodus a vulgari maxime differens sit eligenda? Impossibile enim est, ut haec et alia tam exalte demonstrentur, nisi commode oculis objiciantur, et hinc innumera figurae notis obtrusere. Antistites in re Anatomica.*

p. 45.

p. 53.

p. 63.

p. 78.

p. 82.

REGULÆ JURIS ET LOCI COMMUNES FORENSES,
quorum de jure et praxi communi tritus et versatus in foro usus
et allegatio. Autore STANISLAO LOCHOWSKI

Castrum Opoczne. Notario.

Cracoviae ex officina Francisci Cezary, 701, in 8.

Comitas 15 plagi.

Bb 3

Cum

Cum studium Juris valde diffusum sit, bene utique de eodem mereri censendi sunt, qui ejus principia ad certas regulas reuocant, vel memoriae adminicula inveniunt, quo ita tironibus ex illorum opulentia conclusiones speciales elicere, his autem ingenii humani fragilitatem solari liceat. Eo collimat doctissimi Autoris institutum, qui & brevitate prodesse, & varietate delectare voluit. Primo proponit ille regulas juris & locos communes, ordine alphabeticō, v. gr. *Actor* sequitur forum rei. *Actor* semper de et esse paratus. *Actori* semper est terminus peremptorius. *Actor quod affiri*, prober. *Auctore non probante*, reus absolvitur, & ita porro. Respiciunt autem illæ regulæ non tantum Jus Romanum, sed & s̄epe Saxonum & Polonicum. In specie sub lit. P, pag. 70 processum homicidii, in Polonia constitutione anni 1588 novissime declaratum, recenset. Regulis illis adjecit clarissimus Author appendicem de processu juris, in gratiam tironum Practicæ juris studiosorum, in qua processum originalem, quem vocat, processum in exequitione, controversiam ubi, dilationes, accessoria, terminum, positionem citationis, forum, actorem, actionem, citationem, fatalia & præscriptionem, nec non litis contestationem representat. His attexit Apophthegmata de Justitia, Magistratu ac Legibus, verbi gratia: *Ageſſlaus ſcificatus, utrū virtus effet preſtantior, foritudo an justitia?* graviter respondit, fori iudicis nullum effe uſum, niſi adſit iustitia; quod ſi omnes effent iuſtiniſſimil opus forititudine. Porro dicta & sententias sapientum eodem spectantia, verbi gratia: *avitiis abſtineto, legibus pareto, Magistratum reverero, ne juriato &c. commemorat.* Tum sequuntur Magistratus veteris populi Romani, ſcilicet Consules, Praetores, Aediles, Tribuni, Quæſtores, Dictator, Censores, Interrex, nec non diversæ Romanæ Reipublicæ periodi & fata, a Nostro aliquo modo declarata. Hæc prima velut tractatus hujus pars generalis est; ſuccedit altera, qua ſupplementum Regularum Juris fit. In ea primo Regulæ Juris, ut: *Absens ad omnes actus & querelæ citari debet, alias ſententia non ligat.* Actionem intentans secundum unum modum, utpote criminaliter, non potest agere secundum aliud modum, utpote civiliter, & contra &c. ordine itidem alphabeticō exhibentur; poſtea de processu juris & judicis civilibus, ac ſpeciatim de

de varietate judiciorum, de officio judicis, de modo procedendi contra contumaces & comparentes, de dilationibus, cautionibus, exceptionibus, litis contestatione, probationibus, sententia, ap- pellatione, exequutione rei judicatae, & litis expensis differitur; subjuncta de debitibus, fidejusoribus, successionibus juris heredita- rii, verbis convictiosis, vulneribus, cæde & allis violentiis, tractatio- ne; ac tandem appendix, vocabulorum juris civilis definitionem- ordine alphabeticō complectens, subjugitur.

*JO. SCHILTERI DE S. R. G. IMPERII COMITUM PRÆ-
rogativa, ac Jure inter ipsos & Ordinem Equestrem im-
mediatum secundum quosdam controversos,*

Diatrībe..

Argentorati, sumtibus Jo. Reinholdi Ditsleckeri, 1702; in 4.
Constat 13 plag.

UNAMQUAM Rēpublicam ordine imperantium & parentium constare, tralatitium est. Ut autem horum multiplex solet esse conditio: ita in civitatibus polyarchicis nec illos per omnia convenire, satis certum. Intelligi hoc præcipue potest exemplo Rēpublicæ Germanicæ. Sive enim Status Imperii, quos vocant, aut si mavis, Membra Civitatis nostræ immediata, pro subditis, sive imperantibus habere velis, magnam utique eorum esse varietatem, sive ditionum statum, sive Procerum existimationem spectes, in aprico est. Cum autem controversiae inter homines non sint infrequentes, illustrior controvētentium conditio, diversusque ea- sum status hoc efficere solet, ut illæ, sicubi in eos incident, non nunquam animosius agitentur. Posset huc innumeris exemplis, si opus esset, illustrari: verum jam acquiescēmus in controversia, quæ ordinem S. Imperii Comitum & Nobilitatem immediatam concernit, quæque ab illustri Schiltero hac Diatribe expendit. Si mollius æquiusque loqui velis, censente Nostro, non attinet illa lis omnem Nobilitatem Imperii immediatam, sed quædam so- lum ejus membra a scriptoribus quibusdam seducta, quæ tum pa- ritatem aliquam ordinis intendere videbunt, tum terræbri sui ex- tensionem in aliena. Status igitur controversiæ, quantum nobis judicare licuit, ad has fere quæstiones redigitur: (1) an Nobilitas im-

mediata unicus Imperii Status ab initio fuerit ? (2) an Nobiles Franconici , & Comites pagorum , paris conditionis , & hi nihil amplius quam Nobiles fuerint ? (3) an Comites pagorum sibi subjectos in servitute sive Sclavaria habuerint ? (4) an jura Nobilitatis immediatae sint libertatis , & juris naturalis ac gentium ? (5) an bona Nobilium immediatorum , quæ in territorio Comitis possident , hodie domino territoriali subsint , an vero possessores etiam quoad rea lia exempti sint ? In quibus explicandis contra trium viros , Reinhardum de Gemmingen , Casparum Lerchium de & in Dürm-stein , nec non Philippum Knipschildum , Noster depugnat . Primo igitur falsum esse ostendit , quod Nobilitas inferior (de hac enim quæstio accipienda , nisi ambiguitate ludere , vanamque literam instruere velis) unicus Imperii fuerit Status ; cum potius distinctio ordinum & clypearum semper fuerit in usu , ac Nobiles sive immediati sive mediati ad sextum clypeum pertinuerint : quam in rem ipse etiam Lerchius consentiens adducitur . Ex eo autem negativa secundæ quæstionis ultro consequitur ; quam testimonio Crantzii amplius etiam confirmat , verumque ejus sensum Noster ostendit . Circa tertiam quæstionem observandum , quod dissentientes eo fine eam affirment , quo Nobiles , ob possessionem aliquot pagorum , se ea lege Comitibus non subjecisse , inde clicant ; sed quantopere affirmativa illa sententia a veritate abhorreat , ea ratione , quod Comites ab initio non domini , sed judices solum fuerint , consultissimus Autor demonstrat : ei autem jurisdictioni etiam Nobiles subfuisse , utut forte in nonnullis melioris paulo conditionis fuerint , ulterius evincit . Quartam quæstionem generaliter non posse affirmari , eo arguento ostenditur , quod multa Nobilitatis jura sint ex privilegio , hoc autem dubio procul ad jus civile referatur ; imo cum ipse Lerchius pro testimonio vetustissimo laudet decretum atque privilegium Caroli M. anno DCCLXXVII , in Comitiis Paderbornensibus , Nobilitati Regni Germanici immediatae datum atque concessum , ideo eum propria cædere vineta sa- tis liquet , cum id , quod ex privilegio est , ad merum jus naturæ & gentium referri nequeat . Verum in eo non subsistit doctissimus Autor , sed cum dissentientes de hoc privilegio Carolino adeo magna faciant festum , ut JCtos Scholasticos loqui solere Noster

ad-

admonet, insuper illud ex Aenea Sylvii Epist. CXXVI integrum representat, ejusque authentiam impugnat, discussis etiam aliis argumentis Larchianis, pro æqualitate Nobilitatis cæterorumque Ordinum jactatis. Ultima controversia cum Knipschildio est. Huic concedi posse putat Noster, quod Nobiles in territorio Comitis bona possidentes, in personalibus huic non subsint, cum hoc nomine Comites a Nobilibus immediatis nihil postulare soleant, ut ut alias exemptione etiam personalis controversa sit, præsertim in territoriis, ubi Landsassatus vigeat: hos tamen in realibus Domino territoriali subesse, hancque subjectionem præstami, adeoque Comites, regulam juris pro se habentes, in possessorio obtinere, in petitorio vero Nobiles exemptionem probare debere pertendit, solutis, quas Knipschildius adducit, rationibus; eamque sententiam art. 5. §. 28. Instr. Pac. ut & Responso Juridico, prolixe satis de eadem controversia conscripto, amplius confirmat.

OBSERVATIONES SELECTÆ AD REM LITTERARIAM spectantes. Tomus I & II.

Halæ Magdeburgicæ, apud Rengerum, 1700, 8.

Tomus III & IV.

ibidem, 1701, 8.

Tomus V.

ibid. 1702, 8.

Quisque tomus sex circiter plagiis supra alphabetum
constat.

Societas litterarias non hodie demum vel nudius tertius esse enatas, satis constat. Nota sunt Ebræorum collegia, noti Aegyptiorum conventus in templo Vulcani Memphitico, Magorum & Gymnosophistarum sapientiæ collegia, Græcorum symposia & musea, atque eruditorum conversationes in templo Minervæ. Romani secessus amabant in villas suas, de varia re litteraria invicem conferentes: ut taceamus aliarum gentium hac de re consuetudines. Superiori tempore, prout renata fuere elegantiores litteræ, reducta etiam eruditorum sodalitia. Nec tamen de hoc se-

lum habent quod glorientur Itali : nostri quoque Germani bis non sunt inferiores. Videamus has eruditorum societates in variis jam Germania*x* academiis, ita ut Fridericiana, quae indies magis magisque efflorescit, non abs re judicari, talem quoque societatem institueret. Auctores hujus societatis fuere viri quidam celeberrimi Halensis academia*x*, quibus se junxerunt alii diversis licet in locis degentes. Symbolas hi conferunt de variis ad rem litterariam spectantibus, & singulorum observationes per semestria intervalla, (quorum jam quinque peracta) luci exponunt publicae. Institutio ratio haec est : res tractant varias, sibi proponentes variarum rerum campum amplissimum spatiofissimumque, ita tamen, ut ea ad institutum tantum facere judicarent, (ne nimis excurreret tractatio) quae integro tractati vel dissertationi alias non sufficiunt. Primum est quod sibi propoſuere, communos errores, commenta & fabulas vulgo-receptas refellere. Sic tomo I, obs. VI, videamus fabulam de Hattone in Aetnam præcipitato explosam : in ultimis vero hujus tomis observationibus auctor in veritatem historie Constantini M. ejusdemque Christianismi inquirit, quem, uti & alia, quae de Constantino prædicantur multa, pro fabulis habet : licet in hoc nimirum excedere videatur. In tomi tertii prima, secunda & tercua observatione, videamus communem de extadio Trojano, & inde deducta Romanorum origine, opinionem ad examen redactam. Observatio IX Julianam nunquam vere fuisse Christianum docet, & quae alia sunt hujusmodi generis. Latior adhuc iisdem aperiatur campus in re litteraria, in qua vitam & scripta celebriorum auctorum examinant, ſepe etiam atheismi vel hereticos inculpatos defendant, non tam occupati circa recentiores, quam antiquos. Videamus ita descriptam Michaelis Sidonii Martisburgensis episcopi vitam ; examen libri de tribus Impostoribus ; recensionem Jurisprudentiae veteris & novae Pardulphi Prateji, & Francisci Hotomanni opusculorum aliquot, specimen iudicis expurgatorii Braceschellenſis, atque alia. De vita & chronicō Conradi Urspergensis extat observatio XX tomo I, in qua multa eruuntur hucusque incognita, ipse que Urspergensis a plagiis criminē defendit. De Guilielmi Postelli vero vita & scriptis, variis observationibus eruditè agitur, ipse que ab hereticos inculpatione defendit. Sic etiam Francisci Gor-

orgii Veneti Harmonia mundi recensetur. Alio loco agitur de vita & scriptis Jagi Jacobi Boissardi, & plenius de vita, religione & fatis Bernardini Ochini, aliisque viris insignibus & in re litteraria notis hinc inde dicitur. Si historiam philosophicam & examinatas varias, veterum in primis philosophorum, sententias consideramus, latam reperiemus segetem. Initium statim observationum fit per origines philosophiae mysticæ, sive cabbala veterum Ebreorum delineationem, quæ & singulari observatione contra autores quosdam modernos defendit. Exhibitum est obs. X., tom. II. apologia Pythagoræ, præsertim contra episcopum Worcesterensem. Examinantur aliqua dogmata & dicta Anaxagoræ, Thaletis, Anaximandri & Anaximenis, philosophorum sectæ Ionicæ, Aristoxenæ Pythagoræorum & alia. Corrigitur Aristotelis error circa definitionem naturæ; de syncretismo philosophico, & philosophorum conciliatione tum cum scriptura sacra, tum inter se, agitur. Nescire philosophos adhuc, quid sit ignis, quid sit aer, quid sit aqua, demonstratur, & quæ sunt alia. Si pergitus ad politica & moralia, variis observationibus agitur de scholis harumque nœvis, & qua ratione ab academiis differant; de natura hominis, libertate voluntatis, imputatione in poenam, actionibus humanis adiaphoros, de tribus virtutis superbia, avaritia, luxuria. Præter hæc, communes literatorum nœvos quosdam videmus detectos & reprehensos. Ita sub initium tom. secundi de intempestivo libros scribendi & disputandi pruritus agitur. Praefatio tom. tertii lepida est, & quantum librorum observationibus sape peccetur, demonstrat. Qui elegantiam Latini sermonis amant, invenient quo delectentur. Sic de corrupta per locos dialecticos eloquentia agitur; de stilo lapidario judicatur, atque alia proponuntur quæ utilia. Nec mathematica ex observationibus hisce exclusa sunt. Videbunt in iisdem, qui hæc studia amat, quæ veressimillima causa sit motus Mercurii in tubo Torricelli seu barometro: videbunt meteorologiaz Cokio - Sluterianæ commendationem. Sed ne prætereamus campum historicum, qui se in iisdem adperit, paucis quoque in eodem commorari licet. Originem quidem & mores, qui fuerunt olim creandi equites, per varias observations videmus detectam; fratrum Candelburgiorum ex Anglia Pragam adventantium historiam deductam; de Im-

ACTA ERUDITORUM

peratoribus, Regibus Hispaniæ, Angliæ, Scotiæ & Galliæ captivis observationem; & suspicione defectuum judicii historici. Sic ex ecclesiasticis historia de hæresibus ex philosophia Aristotelico-Scholastica ortis proponitur; antithesis Christi & Antichristi figurata explicatur, atque acta cum D. Joanne Stösselio exhibentur. In antiquitatibus & ritibus variis, præter morem creandi equites, videmus etiam explicatam benedictionem per tres digitos; sortes sacri codicis, Virgilianas & Homericas; festum solenne erapularium Halense, & ejusmodi. Qui aliis studiis vacant, & majoribus, quæ vulgo dicuntur, disciplinis incumbunt, multa habebunt haud proletaria. Agitur nempe tomo I, obs. XVIII, de copiosa, facili & concentrata collectione spiritus acidi summe volatilis sulphureo-vitriolici, & theoretico-practica $\alpha\pi\alpha\delta\epsilon\xi\zeta$ generationis ejusdem. De parabolariis disquiritur, an medici, an medicorum ministri? Arcani duplicati & tartari vitriolati genealogia deducitur egregie. Quod si altius. adscendimus ad ipsam jurisprudentiam, habemus expositionem tituli de summa Trinitate; observationes de jure belli & pacis, Statibus Imperii competente; de jure Principis revocandi privilegia, considerationes ad clausulam articuli IV pacis Ryswicensis, atque alia. Theologi separatas observationes non reperient, cum periculosem forsan judicarint Collectores, ob nimium, quod hodie est, contradicendi studium, multa de rebus Theologicis proponere. Insertatamen hinc inde sunt varia, maxime in observatione de Ochini scriptis, quæ quibusdam videri possint paradoxa. His & singulis, quæ continentur, observationibus proposuere sibi Collectores, ut motis procul præjudicatis opinionibus, veritatem, ubicunque se offerat, indagent, & plenitus exponant quæ nondum satis indagata. Nec tamen sibi solis hoc reservarunt, sed quosvis invitant eruditos, ut & ipsi symbolas suas conferre non dedignantur. Hæc tamen requirunt, ne nimis sint prolixæ meditationes, nec duarum, quæ vocant, plagularum mensuram multum excedant (licet & hoc non ubique obseruaveris:) deinde, ut selecta sint, nec protrita, aut aliis jam pridem observata, vel rectius etiam aut melius retractata, cumpriam autem utilia & profutura: denique ut suis sumptibus ad bibliopolam Halensem, cuius impensis imprimuntur, suas meditationes mittant, & quæcumque humanitatis officia ab ipsis vicissim exspectent.

MEMO-

MENSIS MAJI A. M DC II.

205

MEMOIRES CONTENANT CE QUI S'EST PASSE'
de plus memorable en France &c.

i. e.

COMMENTARII EA, QUA MEMORATU MAXIME
digna in Gallia a Monarchie illius initii usque ad hanc tem-
poris congerunt, complexi. Tomi priores
duo.

Hagæ Comitis, apud Steph. Foulque, 1701. 12.

Alph. I. pl. 8.

Exhibuius in Actis hisce A. 1698 pag. 153 sqq. recentem Galliæ
eane Historiæ scriptorem P. Gabrielem Daniellem, & iterum ali-
um A. 1701 pag. 109 sqq. Ludovicum Le Gendre. En novum nunc
in scenam prodeuntem, qui nomen suum De St. Remy in dedicatoria
ad Regem epistola professus idem opus suscepit, jamque priores duos
Historiæ suæ tomos edidit, quibus Galliæ Regum e primis, i. e. Me-
rovingica, stirpe res gestas complexus est. Quisnam e tribus soler-
tius quam reliqui, aut majore cum facundia & accuratione rem expe-
dierit, aut expediturus porro censeri debeat, nostrum non est defini-
re. Dissentire vero subinde inter se triumviro istos, vel ex præfatione,
a Nostro hoc novissimo Historiæ præmissa, nemini non patet. Cer-
te in fine illius proficitur aperte, P. Danielis novum systema Regum
priorum, etiæ conjecturis multis suffultum, sibi non probari, sed
maluisse se insistere via a vetustissimis fidissimisque rerum Gallica-
rum scriptoribus trita; ejusque rei rationes se in secutulis tomis,
si exigi cognoverit, redditurum spondet: a Ludovico Le Gendre
vero, quem Brunechildi Sigeberti Austrasiæ Regis conjugi patro-
cinatum nos quoque allegato loco animadverteramus, at ipse quidem
non nominat, siisque quibusdam recentioribus sic dissentit, ut causas.
etiam dissensus non dissimulet. Eas itaque, cum ex Historia ipsa hue
multa transcribi non attineat, cum Lectore benevolo communica-
re non gravabimur. Nimur ad antiquorum Historicorum, qui
atrocissimum criminum ream Reginam illam exhibeant, (inpræ-
mis S. Germani Episcopi Parisiensis, qui in eam omnium malorum,
que illo tempore Galliam affixerint, culpam conjiccat) prevo-
eat. Ad argumenta vero, quibus innocentiam ejus utcunque tue-

Cc. 3

ii

si recentiores conantur, ordine respondet. Primum enim silentium Gregorii Turonensis allegant isti, qui de tantis Brunechildis criminibus memoriae nihil prodiderit. Regerit Noster, Gregorium Turonensem viginti annis ante Brunechildem defunctum, nec adeo conscientiam fuisse facinorum ab ea perpetratorum. Quod si vero Gregorius virtutes illius habuisset perspectas, non dissimulatum eas fuisse, ut Fredegundi Reginæ itidem famosæ, quam passim acerbe perstringat, Brunechildem velut piam opponeret. Deinde urgunt isti S. Gregorii M. Pontificis quasdam ad Brunechildem epistolas, quibus zelum illius ac pietatem collaudat. Respondet Noster, hunc quoque, tanto ab ea intervallo remotum, atrociora Brunechildis facta latuisse, præcipue cum novem ante eam annis diem obiisset, Brunechildis vero proiecta demum ætate gravissimis delictis se eommaculaverit. Landasse Pontificem zelum illius pro Ecclesia & religione, quem etiam illa inter maxima scelerata præ se tulerit. Quod si concedamus, subobuisse quid Pontifici de dissolutis Brunechildis moribus, censendum tamen eos dissimulasse, perinde ac Phocæ Imperatoris, ad quem idem literas dederit elogiorum votorumque pro perpetuitate regni ejus plenas. Neque enim ea tempestate eam fuisse Romanorum Pontificum auctoritatem, ut Principibus, qui reverenter colendi illis erant, exprobare vix auderent. Denique, dum Brunechildis patroni objiciunt, scriptores, qui regnante Clothario II ream tot delictorum eam egerunt, suspectæ esse fidei, Regique blanditos, ut exercitæ ab eo erga Brunechildem immanis saevitiae invidiana emollirent; Noster monet, aut vera fuisset, quorum eam insinuarunt, aut oram co tempore sinceritatem ex mundo exulasse, si quam innocentem novissent, tamenormium, & qualia fingi aut mente concipi vix possunt, flagitiorum in Regis gratiam accusassent, aut Regni Proceres in tam horrendum, quo punita tandem fuit, supplieum, & indignissimos, qui sufficiendi illi fuere, cruciatus consensissent.

*Q. HORATII FLACCI ELOCÆ, EX RECENSIO-
NE WILLIELMI BAXTERI.*

Londini, apud A. & J. Churchill, 1701, 8.
Alph. I. pl. 9.

Ex-

Exhibuimus anno superiori pag. 336 Cantabrigensem operum Horatii editionem: nunc Londonensem sistimus, quae eadem anno in lucem publicam prodit. Integra vero & hæc Flacti opera complectitur, quæ Eclogas doctissimo Editori vocare visum, quod carmina sua, velut mella, ex veterum scriptis, tanquam floribus, exerceperat Poeta hic consueverit; quorū ipse alludat L. 4. Od. 2.:

Ego, apis Matinae

More modoque;

Grafa carpentis thyma per laborem

Plurimum, circa nemus, uividique.

Tiburis ripas, operosa parvus

Carmina fingo.

Nec minus notas, quibus Horatii opera Baxterus illustravit, Eclogas recte dixeris, cum & illæ ex veteribus æque ac recentioribus aliorum scholiis, præcipue vero, ut in fronte operis ipse profitetur, antiquorum Grammaticorum, Helenii Acronis & Pomponii Portphryonis, quorum quæ extant reliquæ fœdis interpolationibus purgatae, nunc primum fere integræ reponantur, depropterea sint ac selecta; quibus tamen & suas, ubi visum, Baxterus non dubitavit adziecere. Plura dici non attinet, nisi quod monendum dicimus, Scriptoribus illis, qui notis suis lucem Horatii poetibus affundere sustinuerint, & in præsatione a Baxtero recensentur, suo merito accessendos Fridericam Rappoltum, Poeſeos priuatum, post Theologiaz in Academia nostra Professorem, & Joachimum Fellerum, Rappolti generum & in Poeſeos Professione successorem, quorum ille Satyras, Epistles, Artes Poeticas, & libros duos Carminum, hic Eponon librum & tertium quartumque Carminum, uberiori commentario, Lipsiae A. 1675. edito, illustrarunt. Tametsi enim præcipue propositum utrique fuerit, ad Philosophiam Horatii opera exigere, non insuper tamen & textus emendationem habuerunt: certe eorum, qui aut ornamenti quid Horatio conciliarunt, aut ad vitæ civilis usum illius poemata traduxerunt, nemine censeri debent inferiores.

D.H.E.

PHÆDRI, AUG. LIBERTI, FABULARUM IESO-
pianum Libri V, notis doctorum selectioribus, novisque pasim
& conjecturis & explicationibus illustrati, opera
THOMÆ JOHNSON.

Londini apud Car. Harper, Sam. Smith &c. 1701, 8.
 Plag. 15.

EX quo tempore Phædri Fabulae juventuti, tum ob tersam pu-
 eramque Latinitatem, tum quod per eas prudentia teneris ani-
 mis quam suavissime instillatur, commendatæ publico velut docto-
 rum virorum consensu fuere, mirum non est, tot editiones utilissi-
 mi libelli in lucem prodiisse. Inter has Londinaensis etiam ista su-
 periore anno comparuit, in usum Scholæ Etonensis adornata, sed
 quam indicari omnibus, e revisum fuit. Nam & curæ habuit do-
 cissimus Editor, ut textus prodiret quam emendatissimus, & notis
 eum explicavit tum suis, tum aliorum, sed per brevibus & sele-
 ctissimis. Cum enim minore Phædrum mole prodire cuperet,
 nec suis tamen nudatum ornamentis, id egiſſe se in præfatione pro-
 fitetur, ut nihil quidem in ea editione compareret, quod non vel
 Phædri mentem magis perspicuum, vel contextum magis expediti-
 tum certumve redderet, & Lectorem tamen monere audet, id,
 quod in hac editione præstitum non sit, quod quidem ad Aucto-
 rem illustrandum faciat, alibi frustra quæſitum iri, atque adeo fa-
 niores doctorum vel conjecturas vel explications hic omnes col-
 lectas inveniri. Cujus rei experimentum capient, quibus vacat.
 Amplius vero satis indicem vocabulorum, quæ obvia apud Phæ-
 drum sunt, Fabulis ipsis sub junctum videas.

LUCERNÆ VETERUM SEPULCHRALES ICONICÆ;
a Petro Santi Bartoli cum Observationibus J. Petri Bellorii ante-
decennium edita; nunc versis ex Italico in Latinum Ob-
servationibus recuse, studio & impensis L.
BEGERI.

Coloniz Marchicæ, typis Ulr. Lieperti, 1702, fol.
 Constant plag. 18. & figuris æacis 121.

Novam

Novam indicamus editionem libri non novi, sed ante decennium jam editi, & a nobis etiam in *Actis mensis Maji A. 1692* censiti. Novus tamen & liber ipse, certe novo habitu induitus videri potest, cum quas olim figuris illustrandis Italico sermone *Observationes Jo. Petrus Bellorius* adjecterat, nunc in Latinum traductas, Potentissimi Regis Prussiae & Electoris Brandenburgici ab Antiquitatibus & Bibliotheca Consiliarius, *L. Begerus* dederit. Cum enim Vir optimus & promovenda rei literaria cupidissimus, in isto Lucernarum Sepulchralium opere, cuius exemplari ægre tandem se potum queritur, ditissimum eruditissimæ Antiquitatis thesaurum affulgere deprehendisset, dignum judicavit, quod Latine verteret, ut omnibus politioris doctrinæ affectis aliis, qui Italice nesciunt, imo toti terræ orbi, quoconque Latini sermonis usus invaluit, deinceps fervore posset. Accessit vero, ut id secum constitueret, privata ratio alia, quod Lucernæ, quas Bellorius possederat, cum Musæo Belloriano Romæ coemptæ, Berolinumque adiectæ, in Gaza Regio-Electoriæ Brandenburgica, cuius ipse accuratissimus custos est, hoc tempore affervarentur, quas tantum non omnes huic operi inspersas ac a Bellorio illustratas animadverterat. Etsi dolet sane, copiam sibi illius non fuisse, antequam *Thesauri Regio-Elect. Brandenburgico Volumen tertium* vulgasset: nam & in eo quasdam Lucernarum illarum a se explicatas memorat, & aliter quidem plerumque, quam a Bellorio factum; cui alioquin in plurimis subscripturum se fuisse, profitetur. Verum ne sic quidem male, cum gratissimum id accidere curiosis harum rerum soleat, si de uno eodemque Antiquitatis monumento dissentientes doctorum virorum conjecturas inter se conferre licet. Tanto vero maiores grates ab omnibus Begero debentur, quod Bellorii illas *Observationes* ipse latius nova hac & Latina editione disseminare non dubitaverit; ex quo tantum abeat, ut causam habeat famæ suæ detrimentum metuendi, ut nunc potius post eruditionis exasciata gloriæ, qua dudum floruit, candoris etiam & integritatis elogium publico specimine meruerit. Unum addimus, cum primum opus hoc in lucem prodire Petrus Sancti Bartoli jussisset (quam editionem mature nacti eramus) nonnisi 119 figuræ zæcas in eo comparuisse, quibus duæ alia recens inventæ deinde accesserunt: quæ causa est, cur in Begeriana editione 121 numerentur.

ACTA ERUDITORUM
SPECIMEN NOVUM ANALYSEOS PRO SCIEN-
tia Infiniti, circa Summas & Quadraturas. Autore
G. G. L.

UT in Algebra reciproca sibi sunt Potentie & Radices, ita in calculo infinitesimali Differentia & Summa: & uti in Algebra, seu scientia generali infinitæ magnitudinis, potissimum scopus est extrahere radices formularum, ita in scientia infiniti invenire summas serierum; quæ cum ex terminis constant-continue seu elementari-ter crescentibus, nihil aliud sunt, quam quadraturæ vel areae figura-rum. Et quemadmodum aliae radices pure sunt, cum valores ex so-llis cognitis habentur; aliae affecta, cum ipsæ earum potentia valo-rem ipsarum ingrediuntur: ita quæ summenda sunt, aut pure & pla-ne sunt cognita, aut rursus implicant summam quæsitam, ut si sit $dy = ax^2 dx$: , $ax^2 + y y$, ubi y summa quæsita ingreditur valo-rem summandi dy . Et utrobique artis est (nondum absolutæ, quantum quidem in publicum constet) reducere affectas expressio-nes ad puras; quod in calculo infinitesimali est reducere aquatio-nes differentiales cujuscunque gradus (nempe differentiales, dif-ferentio-differentiales &c) ad quadraturas; atque adeo supposi-tis quadraturis ex-data tangentium aut osculationum cujuscunque gradus proprietate lineam invenire. In ipsis autem rursus quadr-a-suris magni res momenti foret, quod nunc agimus, reducere com-ppositas ad simpliciores.. Atque hæc est analysis Tetragonistica, in qua nonnullos a multis annis progressus feci. Nempe cum vix qua-draturam meam Arithmeticam invenisset, per reductionem tetra-gonismi circularis ad quadraturam rationalem, comperto scilicet $\int dx : (1 + x^2)$ pondere ex quadratura circuli; mox animadver-ti, omnes quadraturas, quæ reductæ sunt ad summationem formulæ rationalis, eo ipso ad certa tandem capita simplicissimarum summa-tionum revocari posse. Quod qua ratione fieri debeat, ostenderemus novo genere Resolutionis, Productio scilicet ex multiplicatione converso in Totum confiatum ex additione; nempe transforma-tione fractionis denominatorem habentis multiplicatione radicum suarum continua utcunque exaltatum, in aggregatum ex fractio-nibus simplices tantum denominatores habentibus. Rationalem autem quantitatem vel formulam hic voco, cum indeterminata-quan-

quantitas, velut hoc loco x , non ingreditur vinculum; nam constantes utrum rationales sint an surdæ, non curatur.

Sit Formula quæcumque finita rationalis,

$$\alpha + \beta x + \gamma x^2 + \delta x^3 + \dots$$

Hanc demis integris puris ajo posse ostendi æqualem aggregato fractionum, quarum Numerator sit constans seu sine x , denominator autem sit simplex; ita ut quævis harum fractionum sit qualis $\frac{x}{x+b}$. quod qui fieri possit, sic ostendo. Primum ex Algebra suppono, divisores simplices cujusque formulae rationalis integræ ut cunctæ cognitos; sunt enim iidem cum radicibus æquationis, quæ prodirent, si formula pro æquatione haberetur. Exempli gratia, formula $x^3 - ax^2 - bx + ab$ habet divisores $x - a$ & $x - b$; & eadem si esset æquatio seu æqualis nihilo, haberet has ipsas radices nihilo æquales, ita ut x valeret a vel b. Itaque ex suppositis resolutionibus æquationum Algebraicis, habentur divisores formularum, & nostra hæc Analysis infinitesimalis Analysis Algebraicam, ut superior inferiorum, supponit. Propositam nunc formulam denominatoris, nempe $\pi x^3 + \xi x^2 + \mu x + \lambda$ vel aliam altiorem, dividendo per π , si opus, faciemus $x^3 + \frac{\xi}{\pi} x^2 + \frac{\mu}{\pi} x + \frac{\lambda}{\pi}$. Hujus divisores ponamus esse $x + b$, $x + c$, $x + d$ &c. eosque per compendium vocemus

$$\frac{a + \frac{\beta}{\pi} x + \frac{\gamma}{\pi} x^2 + \frac{\delta}{\pi} x^3}{x^3 + \frac{\xi}{\pi} x^2 + \frac{\mu}{\pi} x + \frac{\lambda}{\pi}}$$

divelli poterit in sequentes $\frac{a}{l m n} + \frac{\beta}{l m n} x + \frac{\gamma}{l m n} x^2 + \frac{\delta}{l m n} x^3 : \pi$. Ajo jam, quamvis harum reduci posse ad tales, qualis est prima $\frac{a}{l m n}$. Igitur primum hanc resolvemus, deinde quomodo exteræ ad hanc revocentur, ostendemus.

Neglecto igitur Numeratore constante, qui nihil in summationibus turbat, aggredimur resolutionem fractionum $\frac{a}{l m n}$.

$\frac{1}{lmn}$, $\frac{1}{lmnp}$, &c. vel generalius, fractionis $\frac{1}{lmnpq}$, positio ut dixi esse $l = x + b$; $m = x + c$; $n = x + d$; $p = x + e$; $q = x + f$; & ita porro. His positis reperi, quod quisque jam experiendo facile demonstrare poterit, esse :

$$\frac{1}{lm} = \frac{1}{c-b, l} + \frac{1}{b-c, m}$$

$$\frac{1}{lmc} = \frac{1}{c-b, d-b, l} + \frac{1}{b-c, d-c, m} + \frac{1}{b-d, c-d, n}$$

$$\frac{1}{lmnp} = \frac{1}{c-b, d-b, e-b, l} + \frac{1}{b-c, d-c, e-c, m} + \frac{1}{b-d, c-d, e-d, n} + \frac{1}{b-e, c-e, d-e, p}$$

Et ita porro : nam ex aspectu patet progressus in infinitum, uniformis & regularis. Ut autem, qui volet, veritatem experiundo comprobare facile possit, sufficit præiri exemplo casus primi,

$\frac{1}{c-b, l} + \frac{1}{b-c, m} = \frac{bm - cm + cl - bl}{abc - bb - cc, lm}$. Jam pro ipsis l, m , substituendo in numeratore valores $x + b$, $x + c$, fieri $bm - cm + cl - bl = bx + bc - cx - cc + cx + cb - bx - bb$ (destructis membris, in quibus est indeterminata x) $= b(c - bb - cc)$. Ergo erit :

$$\frac{bm - cm + cl - bl}{abc - bb - cc, lm} = \frac{abc - bb - cc}{abc - bb - cc, lm} = \frac{1}{lm}$$
 prout asserebatur.

Jam omnes Fractiones $\frac{x}{lmn...}$, $\frac{xx}{lmn...}$, $\frac{x^3}{lmn...}$, quartum numerator non est constans, reducimus ad fractiones numeratoris, qualis est $\frac{1}{lmn...}$. Reperi igitur rursus, quæ sequuntur ::

N.B. H, pag. 212.

Quod si quis sublatis $l, m, n, p, &c.$ restituere velit valores ipsarum, $x + b, x + c, x + d, x + e, &c.$ Theorematia prædicta stabunt, quemadmodum patet in exemplis hic subjectis :

$\frac{1}{x^4}$

Regule univadeterminati involventibus Integros iadeterminatos ; Re-
determinati, constantis
tos ; Resolvi

$$\frac{x}{l} = \frac{z}{m} \quad |$$

$$\frac{xx}{lm} = \frac{z}{m} \quad |$$

$$\frac{x^3}{m^2} = \frac{z}{m} \quad |$$

$$\frac{x^4}{m^3} = \frac{z}{m} \quad |$$

$$x^{\frac{5}{2}} = xx - bx + bb - \frac{b^3}{l}$$

$$x^{\frac{9}{2}} = xx - \frac{bx + bb - \frac{b^3 + c^3}{l}}{l} \quad &c.$$

$$x^{\frac{13}{2}} = xx - \frac{x + \frac{bb + cc - bc}{l}}{l} - \frac{bbc + bcc}{m} + \frac{b^4}{lm} \quad &c.$$

&c.

Puncta . . hic infinitum appareat ex aspectu, praesertim columnarum. In
enam sui gradus, ex literis sibi competentibus formata, tam
pro illis $b^3 + bc + bd + cd$, est formula plena secundi gradus, ex
 x constans ex aggregato quadratorum & rectangulorum.
daretur $\frac{1}{lm^2}$

$x^4 \frac{+}{\times} b x^3$	$\frac{+}{\times} b c x x \frac{+}{\times} b c d x \frac{+}{\times} b c d e$
c	b d
d	b e
e	c d
	c e
	d e

idem est quod

$$\frac{1}{c-b, d-b, e-b} \frac{X}{X+b} + \frac{1}{b-c, d-c, e-c, X+C} + \frac{1}{b-d, c-d, e-d, X+d} + \frac{1}{b-e, c-e, d-e, X+e}$$

Et X^3

$x^4 \frac{+}{\times} b x^3$	$\frac{+}{\times} b c x x \frac{+}{\times} b c d \frac{+}{\times} b c d e$
c	b d
d	b e
e	c d
	c e
	d e

idem est quod

$$\frac{1}{x^4 e} \frac{b \frac{+}{\times} c \frac{+}{\times} d}{x x \frac{+}{\times} d x \frac{+}{\times} d e} + \frac{b b \frac{+}{\times} c c \frac{+}{\times} b c}{x^3 \frac{+}{\times} c x x \frac{+}{\times} c d x \frac{+}{\times} c d e} - \frac{b_3}{x^4 \frac{+}{\times} b x^3 \frac{+}{\times} b c x x \frac{+}{\times} b c d x \frac{+}{\times} b c d e}$$

c	d	ce	c	b d	b c e
e	de		d	b e	b d e
			e	c d	c d e
				ce	
				de	

Operaque pretium foret, quamlibet fractionem valoris hujus, quam
dat exemplum posterius, resolvere rursus in valorem ex fractioni-
bus simplicibus compositum, ad modum valoris, quem dat exem-
plum prius, eoque modo novam Theorematum seriem dare pro-

valoribus ipsarum fractionum, ut $\frac{x^4}{l m n p ..} \rightarrow$ ita $\frac{x^3}{l m n p ..} \rightarrow$
 $\frac{x x}{l m n p ..} \rightarrow \frac{x^3}{l m n p ..} \rightarrow$, &c. exhibendis per aggregatum ex simpli-
cibus fractionibus conflatum, si locus iste pateretur.

Dd 3,

Ex:

Ex his ergo patet, omnem Fractionem Rationalem reduci posse ad Fractiones Simplices rationales constantis Numeratoris; rationales inquam quoad indeterminatam x , quæ extra vinculum esse debet. Itaque si daretur fractio aliqua resolvenda, velut $2x\sqrt{2} + \sqrt{5}$, $\therefore x\sqrt{2} + 2x\sqrt{3}$; vel aliqua fractio simplex inter resolvendum occurrens, ut fractio $\sqrt{2} : x + \sqrt{3}$; ea in hoc Analyticos genere habetur pro rationali, quia Analysis in hanc summationum non moratur irrationalitas, quæ indeterminatas non involvit. In quo commodior hoc loco est reducacio irrationalium ad rationales, quam in calculo Numerorum Figuratorum *Diophantico*. Hinc sequitur, et si irrationales sint Radices, modo sint reales, non vero imaginariae, in seriebus quidem Numericis rationalibus summandis, quæ sunt determinati gradus, seu ubi indeterminata non ingreditur exponentem, rem semper posse reduci ad summam numerorum progressionis Harmonicæ, aut potentiarum ab ipsis; aut his destrictis ad quantitatem constantem seu summam absolutam; vel saltem ad seriem integrorum, quæ in rationalibus certi gradus semper summari potest, pro parte seriei finita. In seriebus vero linearum ordinatarum rationalibus summandis, seu in quadraturis Figurarum Algebraicarum rationalium omnia semper, cum radices sunt reales, reduci ad Quadraturam Hyperbolæ. Hinc (ut id prius explicem) in seriebus Numericis summandis res reddit ad summandas omnes $\frac{x}{y}$ vel omnes $\frac{x}{yy}$ vel omnes $\frac{1}{y^3}$ &c. posito $y = x + e$, vel $x + 2$, vel $x + \sqrt{3}$, aliterve ut placet. Nam si x sit 1, vel 2, vel 3, &c. & e constans, sit 2, series numerorum $\frac{1}{x+e}$ seu $\frac{1}{y}$ erit $\frac{1}{1+2}$; $\frac{1}{2+2}$; $\frac{1}{3+2}$; $\frac{1}{4+2}$ &c. Si x sit 1 vel 3 vel 5 vel 7 &c. & constans e sit $\sqrt{3}$, tunc series omnium $\frac{1}{y}$ erit $\frac{1}{1+\sqrt{3}}$; $\frac{1}{3+\sqrt{3}}$; $\frac{1}{5+\sqrt{3}}$; $\frac{1}{7+\sqrt{3}}$ &c. id est si x aut y sint progressionis Arithmeticae, sive naturalis, sive alterius cijuscunq; ipsæ, erunt

erunt progressionis harmonicae, itaque $\int \frac{dy}{y}$ erit in Numeris summa progressionis Harmonicae, & $\int \frac{dy}{yy}$; $\int \frac{dy}{y^3}$, &c. erunt summae

potentiarum a terminis progressionis Harmonicae. Ad has ergo res credit, si series numericae rationales determinati gradus, finitas, vel cum id fieri potest, infinitae summandae intelligantur, & formula fractionis non habeat nisi radices reales. Et licet series Harmonica infinita numero terminorum, etiam magnitudine sit infinita, summarique adeo non possit, (quod secus est in seriebus potentiarum ab harmonicis terminis) differentia tamen inter duas series harmonicae progressionis licet infinitas, finitam magnitudinem constituere potest. Et, quod eximium censco, cum absoluta habetur summatio, independens ab harmonicis terminis, horumque potentiarum summandis, hac analysi nostra destruuntur harmonicae, aliquae series minus tractabiles, & se se sponte ostendit summa. Exempli gratia $\frac{1}{3} + \frac{1}{5}$

$\frac{x}{15} + \frac{x}{24} + \frac{x}{35}$ &c. seu $\int \frac{dx}{xx-1}$, posito x esse 2 vel 3 vel 4. &c. est

series quæ tota in infinitum sumta summari potest, & a x quidem hoc loco est 1. In Numericis enim differentiae sunt assignabiles. Et

$\frac{1}{x-1}$ per regulam nostram (ob valorem ipsius $\frac{1}{1m}$) qui

hoc loco $= x + 1$, &c. $m = x - 1$, adeoque b est 1, & c est -1) erit $\frac{1}{-2x + 2}$.

$\frac{1}{2, x-1}$, seu $\frac{1}{2}$, $\frac{1}{x-1} = \frac{1}{x + 1}$. jam

$\frac{dx}{x-1}$ est $= \frac{1}{2}, \frac{1}{2+1} + \frac{1}{3+1} + \frac{1}{4+1} + \frac{1}{5+1}$ &c.

$- \frac{1}{2} \frac{dx}{x+1} = \frac{1}{2} * * - \frac{1}{3} - \frac{1}{4} - \frac{1}{5} + &c.$

Ergo $\int \frac{dx}{xx-1}$ erit $= \frac{1}{2}, \frac{1}{2+1} * * * * = \frac{1}{4}$

Tandemque erit $\frac{1}{3} = \frac{1}{3+1} + \frac{1}{4+1} + \frac{1}{5+1} + \frac{1}{6+1}$ &c.

quam

quam summationem jam olim cum Quadratura Arithmetica edere memini. Similique methodo cæteræ summationes serierum rationalium, determinati gradus realiter resolubilium inveniantur, aut ad harmonicas, earumque potentias rediguntur. De imaginaria resolutione, quæ & ipsa prodest, mox dicetur. Eademque subinde etiam pro seriebus rationalibus indeterminati gradus servire possunt.

Quod si x vel y essent non termini discreti, sed continui, id est non numeri intervallo assignabili differentes, sed linea recta absclisa, continue sive elementariter, hoc est per inassignabilia intervalla crescentes, ita ut series terminorum figuram constituat; patet eodem modo omnes summas fractionum rationalium gradus constantis, hoc est omnes Quadraturas figurarum rationalium Algebraicarum, supponendo Radices formulæ denominatorem constituentis esse reales, posse vel absolute inveniri, vel ad Quadraturam Hyperbolæ reduci. Nam quia præter integros summandos, ut $\int dx$, $\int x dx$, $\int xx dx$, &c. res reducitur ad summationes simplices, positio $y = x^{\frac{1}{n}}$, quales

$\int \frac{dy}{y}$; $\int \frac{dy}{yy}$; $\int \frac{dy}{y^3}$, &c. in quadraturis autem semper habentur

$\int \frac{dy}{yy}$, $\int \frac{dy}{y^5}$, &c. Hinc patet, solam superesse $\int \frac{dy}{y}$, id est Hyperbolæ Quadraturam. Verum enim vero, tenacior est varietatis suæ pulcherrimæ Natura rerum, æternarum varietatum parens, vel potius Divina Mens, quam ut omnia sub unum genus compingi patiatur. Itaque elegans & mirabile effugium reperit in illo Analyseos miraculo, idealis mundi monstro, pene inter Ens & non-Ens Amphibio, quod radicem imaginariam appellamus. Hinc quoties denominator Fractionis Rationalis habet radices imaginarias, quod infinitis modis contingit, Hyperbola quoque, cuius opus est Quadratura, fieret imaginaria, construique nullo modo posset. Sed quia quævis Radices imaginariae suas comparare habent, oriuntur enim extrahendo radicem quadraticam ex quantitate privativa,

extractio autem quadratica omnis duplex est, ut notæ ejus $\sqrt{\dots}$ præfigi possit \pm vel $-$; hinc ex radicem imaginariarum debito invicem ductu oritur productum reale, quod vel erit ipse denominator,

tor, eaque casu (si ad numeratorem constantem reducta sit fractio, tollaturque si placet terminus secundus Formulae) quadratura proposita non potest hic reduci ad simpliciorem; vel producitur realis aliquis divisor denominatoris, ejusque ope quadratura proposita ab alia simpliciore pendet, qualis est circuli quadratura. Exempli gratia sit fractio $\frac{1}{x^4 - 1}$: patet, denominatoris radices esse

$x + 1, x - 1, x + \sqrt{-1}, x - \sqrt{-1}$, quae in se invicem multiplicatae producunt $x^4 - 1$. & erit per regulam,

$$\left. \begin{array}{l} \frac{1}{-1-i, x+\sqrt{-1}-i, x-\sqrt{-1}, X+i} \\ \frac{1}{x+i, x+\sqrt{-1}+i, -\sqrt{-1}+i, X-i} \\ \frac{1}{x-i, -1-i, -\sqrt{-1}-i, -\sqrt{-1}-i, X+\sqrt{-1}} \\ \frac{1}{x+i, \sqrt{-1}-i, -\sqrt{-1}-i, \sqrt{-1}, X-\sqrt{-1}} \end{array} \right\} = \frac{1}{x^4 - 1}$$

$$= -\frac{1}{4, x+i} + \frac{1}{4, x-i} - \frac{1}{4\sqrt{-1}, x-\sqrt{-1}} - \frac{1}{4\sqrt{-1}, x+\sqrt{-1}}$$

ubi $\int \frac{dx}{x+i}$ vel $\int \frac{dx}{x-i}$ pendent ex Quadratura Hyperbolæ, sed

$\int \frac{dx}{x\sqrt{-1}-i}$ vel $\int \frac{dx}{x\sqrt{-1}+i}$ non possunt ad Hyperbolem nisi imaginariam revocari. Jungendo ergo tot radices imaginarias inter se, quot ad expressionem realem obtinendam necesse est, id est hoc loco in unum aggregando duas posteriores fractiones, nempe

$$\frac{1}{4x\sqrt{-1}-4} - \frac{1}{4x\sqrt{-1}+4} \text{ prodibit } \frac{x\sqrt{-1}+i-x\sqrt{-1}+i}{4, x\sqrt{-1}-i, x\sqrt{-1}+i} \text{ id est }$$

$$-\frac{1}{2, xx+i}. \text{ Si vellemus similiter in unum congregare } -\frac{1}{4, x+i}$$

$$\frac{1}{4, x-i} \text{ fieret inde } \frac{1}{2, xx-i}, \text{ & aggregando in unum } \frac{1}{2, xx-i}$$

$$-\frac{1}{2, xx+i} \text{ redibit } \frac{1}{x^4 - 1} \text{ quod adeo est } = \frac{1}{4, x-i} - \frac{1}{4, x+i}$$

Ec

$$-\frac{1}{2, xx+i}$$

— $\frac{1}{x^2 - 2xx + 1}$. Unde patet pendere $\int \frac{dx}{x^2 - 1}$ vel etiam $\int \frac{dx}{1 - x^2}$ ex Quadratura Hyperbolæ & circuli simul. Nam $\int \frac{dx}{x - 1} & \int \frac{dx}{x + 1}$, adeoque & $\int \frac{dx}{x^2 - 1}$ pendere ex Quadratura Hyperbolæ, dudum constabat. Sed $\int \frac{dx}{xx + 1}$ pendere ex quadratura Circuli a me primus, cum Quadratura mea Arithmeticæ, est inventum. Atque hinc duxi, quod initio Actorum Lipsiensium edidi Theorema, Quadrato diametri existente 1, Arcam Circuli esse $\frac{1}{2} - \frac{1}{3} + \frac{1}{5} - \frac{1}{7} \&c.$ Ex his sequitur, omnium Figurarum Algebraicarum Rationalium, ubi Denominator in valore ordinatus divisores reales habet primi gradus, ut $x + a$, reduci posse ad Quadraturam Hyperbolæ. Cum vero divisores reales habent planos, seu secundi gradus, (qui scilicet ipsimet non habent radices æquales, alioqui ducturi ad quadraturas absolutas) ut $xx + fx + ag$ vel (sublato secundo termino) ut $xx + ae$, pendere ex Quadratura Hyperbolæ, vel Circuli, vel utriusque.

Hie jam ordo nos dicit ad maximi momenti Questionem, utrum omnes Quadraturæ rationales ad Quadraturam Hyperbolæ & Circuli reduci possint, quæ huc redit in nostra hac Analysis: utrum omnis æquatio Algebraica seu formula realis integræ indeterminata rationalis, possit resolvi in divisores reales simpliores aut planos. Verum compert, qui hoc statueret, cum naturæ compas arctius contracturum quam par sit. Esto $i : (xx + a + b - 1)$ dividendum in $i : (xx - ab - 1)$ prodibit $i : (x^2 + a^2)$ cuius denominator utique est formula realis, sed resolvendo hanc formulam non pervenitur ad divisores planos reales. Nam $xx - ab - 1$ resolvi potest in $x^2 + aV - 1$ & $x - aV - 1$, & $xx + aV - 1$ in $x^2 + aV(-V - 1)$ & $x - aV(-V - 1)$. Itaque formula $x^2 + a^2$ prodit ducendo invicem $x^2 + aV - 1$, $x - aV - 1$, $x^2 + aV(-V - 1)$, $x - aV(-V - 1)$ sed quamcunque instituamus duarum ex his radibus quatuor combinationem, nunquam consequemur ut duas invicem ducant quantitatem realēm, seu divisorem realēm planam.

nun. Itaque $\int dx : (x^4 + a^4)$ neque ex Circuli neque ex Hyperbolæ Quadratura per Analysis hanc nostram reduci potest, sed novam sui generis fundat. Et optarem quod alias etiam me innuere memini,) ut $\int dx : (x^4 + a)$ seu Quadraturam Hyperbolæ constatare Logarithmos seu Sectionem Rationis ; & $\int dx : (xx^4 + a^4)$ Sectionem Anguli ; ita porro continuari posse progressionem, constare que cuinam problemati respondeant $\int dx : (x^4 + a^4)$; $\int dx : (x^8 + a^8) \&c.$ Ceterum, ut obiter addam, $\int x^{-1} dx : (x^{20} + a^{20})$ verbi gratia $\int x dx : (x^4 + a^4) \& \int xx dx : (x^6 + a^6) \& \int x^3 dx : (x^8 - a^8) \&$ ita porro, pendent ex Quadratura Circuli; si \pm significet \mp , & ex quadratura Hyperbolæ, si significet $-$; Ut facile cognoscit peritus calculi differentialis, quanquam & ex presenti Analysis deduci posset.

Unum jam potissimum supererit querendum, Utrum jam & quomodo Figure quæ Ordinatas habent irrationales, ad alias Figure rationales Homometras (id est ut data quadratura unius, absolute vel rationaliter detur quadratura alterius) reduci, nostræque huic Analysis subjici possint. Quos in genere multa quidem tentavi, nec sine successu, nondum tamen quicquam satis universale aut insigne rursum polliceri, & ut verum fatear, rem pro dignitate tractare non vacavit. Itaque distuleram editionem Methodi, donec in reductione irrationalium summandarum ad summandas rationales, majores progressus facere licet: totamque hanc doctrinam servabam Operi meo *Scientie infiniti*. Sed cum viderem, hac mora diffiri progressum artis, neque dum satis de tempore meo statuere possem, malui publicæ utilitatì velificari, ea spe fatus, fore qui latius spargant semina novæ doctrine, uberioresque fructus colligant: præsentim si incumbatur diligentius, quam factum est hactenus in Amplificationem Algebræ *Diophantea*, Cartesii discipulis fere negligere, quod usum in Geometria parum perspexissent. Ego vero aliquoties innuere memini (quod mirum videri poterat) progressum Analyseos nostra infinitesimalis circa quadraturas pendere bona ex parte ab incrementis ejus Arithmeticæ, quam primus qui nobis quidem notus sit, professæ opera tractavit *Diophanus*. Et spero, quæ nunc damus, facta oculata fide, effeacioris ad hæc porro excolenda adhortamenti loco fore.

ACTA ERUDITORUM
L' AMINTA DI TORQUATO TASSO &c.

i. e.

*AMYNTAS TORQUATI TASSI, FABULA PA-
BORALIS DEFENSÆ ATQUE ILLUSTRATA A JUSTO FONTA-
NINO.*

Roma in typographeo Zenobii & Plachi, 1700, in 8.
Alph. i plag. 9.

Qui Bibliothecæ Eminentissimi Cardinalis Josephi Renati Imperialis instructissimæ summa cum laude præst eruditissimus hujus Dissertationis auctor, indigne ferens, celeberrimam Torquati Tassi, Italorum Poetarum principis, fabulam pastoralem Amyntam, quæ non Italica solum, sed omnibus interiorum & eleganteriorum literarum cultoribus in deliciis est, a severis quibusdam censoribus hinc inde notari velle carique, suo eam patrocinio juvandam, & præ ceteris viro illustrissimo, Bartholomæo Cœvo Grimaldo Telesio Duci, cuius in Amyntam docta quidem, sed acris invectiva in Epistolis a Bulifonio editis, (part. III p. 318.) legitur, aliquid respondendum esse censuit. Hujus ergo vestigiis presso pede inhærens, tum singulas ejus accusationes mascule repellit, tum etiam Tassum suum, contra ea, quæ alii, Calopresus puta, Bouhurius, & in primis Rapinus ac Menagijs (cuius venustissima Amyntæ editio Lutetiae A. 1655 chartis quatuor paginarum cum annotationibus Hetruscis, doctis utique & laboriosis, prodiit) obduxerunt, tueretur. Præmittit autem ipsum Amyntam cum variis lectionibus, ex Aldi Manutii MSto desumptis. Cæterum defensionem sic ingreditur, ut essentiales, quas vocant, dramatis partes diligenter examinet, ac ubique Tassum recto talo stetisse, neque, quod censores velint, a scopo aberrasse demonstret. In prima igitur parte, sive *Fabula*, nihil contra unitatem ab ipso peccari docet, idque contra Gabriciem Zinanum, & Calopresum supra dictum evincit, simulque eos sibi non probari profitetur, qui scenarum mutatione, secus quam loci unitas regulæque veterum id postulent, gaudeant. Mambruno etiam, & Portus Regii in Gallia notissimis scriptoribus exprobrat, quod minus benigne de Tasso senserint, eisque Balsacii popularis testimonium maximi ponderis opponit; eadem opera... *Per-*

Cap. I.
p. II.

Cap. II. p.
37. & 44.

Perronianorum editorem Bórrichiumque perstringens. Guatinum p. 146. 47.
 insuper cum Tasso ita componit, ut huic haud dubie palmam re-
 servet. De nominibus porro Amyntæ & Phyllidis adversus Me- Cap. III.
 nagium disputat. Quid Sapphus viriles apud Statium *saltus sibi ve-*
lant, explicat. Castelvetrum a Dacerii omnem ipsi drama- Cap. I. p. 126.
ticæ rei notitiam abjudicantis accusationibus liberat, longitudi- 27.
 nemque fabularum recentiorum, auditoribus lectoribusque mo- Cap. III.
 festam, exagitat. Hinc de choris non ubivis obvia tradit, eos jam p. 66.
 ante Tassum a comicis Italorum Poëtis frequenter adhibitos fuisse Cap. VI.
 contendit, ac Menagio se opponit, choros cum Cornelio aliisque p. 110.
 ex tragœdiis eliminanti. Iis, quæ ad Fabulam, ejusque actionem p. 113.
 pertinent, hac ratione pertractatis, ad Mores descendit, cumque Cap. VII.
 Grimaldo inter alia id quoque non probetur, quod Tassus Silviae suæ p. 148. seqq.
 cornu eburneum auro exornatum tribuerit, cum id certe a pasto- p. 153.
 rum frugalitate & simplicitate abhorre videatur, Noster insi- Cap. VIII.
 gnibus Calpurnii, Theocriti & Virgilii locis allatis, multa de donis p. 160. seqq.
 pastoralibus, & ea minime protrita, in medium profert, Rapinum- p. 172.
 que imprudentiae postulat, qui Ecloga 3. Jonathanem pastorem, Cap. IX. p.
 quatuordecim B. Virgini cygnos, a Nymphis Libani in antris nutri- 179. 181.
 tos, offerentem exhibeat. Promittit vero, dum in his versatur, Cap. X. p.
 Apostoli Zeni de Poëtis Italis opus, itemque Aleandri Carmina 198. seqq.
 ex Bibliotheca Barberina cum reliquis ejus scriptis brevi a se publi-
 canda. Post mores *Sententiam* considerat, in dramatibus ad nor-
 manum Aristotelis rectaque rationis ita exigendam, ut nihil in ea dis-
 sonum, aut a veritate alienum reperiatur. Qua in re Tassum, quem
 a scipso subinde discrepasse volunt, sibi ubique constitisse pervin-
 cit. Tandem multus est in *Dictione*, ultima dramatis parte, cum-
 que adversariis plurimum in eo momenti sit, quod Tassus ab Acad-
 emia Furfuraria sive della Crusca, *quoniā creberrime ad voes ple-*
bejas, & de trivio petitas deflebat, senatu classicorum scriptorum
 motus, neque inter majorum gentium auctores, quorum in lexico
 suo testimoniis utuntur, receptus fuerit; Noster unice id agit, ut
 hanc objectionem solide diluat. Nempe gloriosum fuit Tasso,
 Furfurarios recentioresdecessorum errorem agnoscisse, & in postre-
 ma, quæ A. 1691 lucem adspexit, lexici editione, præter Hierosolymam,
 hunc ipsum Amyntam, & alia Tassi opera, multo cum ver-
 bo.

borum honore laudasse. Observat hic Fontaninus, Furfurarios brevi denuo id ipsum lexicon cum supplementis Redi publicaturos. Ceterum, ut facundiae laudem nequaquam solis Hetruriae finibus includi probet, Foro · Julienses, quamvis in ipso Italiae limite positos, præclare de lingua vernacula meritos prædicat, & Bibliothecam scriptorum illius provinciæ a se confectam sperare nos jubet.

Cap. XII. p. 281. Mox, que Tassi æmulis sordidius & humilius dicta videbantur, excusat, & Besnierum notat, quod in præfatione Originum Gallicarum Menagii, Italos ad Originum ejus viri Italicarum conspectum, invidia æstuisse jaget; eum tamen Menagius pleraque a Furfuriis acceperit, neque quod Besnierius putet, primus hanc curam suscepit, eum Scaliger, Bembus, Castelvetrus, & in primis Angelus Monosinius dudum in hoc instituto elaborarint.

Cap. XV.

p. 292. que alio tramite incedentem reprehendit. Sub fine denique, postquam de variis Amyntæ editionibus atque versionibus egisset, fabula hujus osores iniquosque censores Hereuleo hoc argumento prosternit: multa ab illo tempore dramata pastoralia prodiisse, sed nullum diu in commemoratione mansisse; Amyntam e contrario cunctorum, ad nostram usque memoriam, manibus tritum, sermonibus celebratum, abunde testari, Tassum carminum gloria reliquias Italizates longissime præcelluisse. Quod superest, nos, qui doctissimum Fontaninum, dum facundo non magis, quam ingenuo Tassi patrocinio se totum in literis elegantioribus habitare ostendit, laudem eximiam meruisse, adeoque habimet ipsi suffragatum esse, probe intelligimus, Viro celebratissimo, quod Dissertationis exquisitæ pro ea, qua pollet, humanitate, exemplum ad nos pervenire voluerit, gratias habemus ingentes, eundemque, ut præstantissimorum, quæ prælo ipsum parare novimus, operum editionem matureret, totius reipublicæ literariz nomine solemniter obstatimur.

RERUM

RERUM IN SSEREN. DUCUM SAXONIÆ DICAT
scrissis Jenensibus Decistarum Pars Tertia, sive Centuria XI. XII.
XIII. XIV. XV. ex regestis & cura Praesidis eorundem Ordinarii

Dn. NICOLAI CHRISTOPHORI L. B. de LYNN-

CKER, Conflicarii Status Ducalis Saxo Vinaricen-
fis Intimi.

Jenæ, apud Joh. Bielkium, 1701, in 4.
 Constat 3 alph. 13 plag.

Exhibemus nunc etiam tertum decisarum Jenensium, ex regis-
 tris & cura Perillustris Lynckeri prodeuntium, partem tertiam.
 An plures secuturæ sint, asserere quidem non possumus, cum
 Viri Summi consilium ex præfatione aliove aliquo indicio colligere
 haut licet: hoc tamen adstruere non dubitamus, alias, si sequan-
 tur, Lectoribus solidam Jurisprudentiam amantibus, gratissimas
 esse futuras. Ut ex hac etiam parte, prout fors tulerit, aliqua de-
 libemus, in Decisione 1001 illustris questio tractatur, an jus primo-
 geniturae, invitis natu minoribus, quibus jus æqualis divisionis erat
 quæstitum, introduci possit? eaque negative deciditur. Spensi-
 lia vinculum quidem satis arctum introducere solent; eadem tamen
 ob graves causas, ut furorem, contumeliam & averstationem ir-
 reconciliabilem solvi posse, in Decis. 1058 pronunciatur, eam pra-
 cipue ob causam, quod jus corporis, adeoque verum matrimoniu-
 m, eadem nondum involvant. Ex decreto Decisionis 1059, Se-
 nator, ob stuprum commissum, non tantum poena pecuniaria, sed
 & remotione ex collegio senatorio, recte afficitur, cum delictum
 illud famam imminuat. Alphonsus molendinum erat ædificatu-
 rus, sed Sempronius, vicini molendini dominus & Alphonsi em-
 phyteuta, domino suo directo novum opus nunciat, obtenta ex
 Regimine Dueali inhibitione. Post institutam visitationem, peri-
 ti pro Alphonsô pronunciant; verum isto effata vim factæ nuncia-
 tionis nondum esse sublatam, ac Alphonsum in extruendo novo
 opere pergere haut posse, cum peritorum judicium sententiam
 judicalem non involvat, in Decis. 1108 ostenditur. Ulti inter ho-
 mines, in civili societate viventes, non infrequens est, ut ex legis-
 provisione, certis personis jus retractus circa conditionem hou-
 rum.

rum competit; ita uter retractus alteri præferendus sit, disceptari potest: retractum consanguinitatis retractu ex congruo potiorem esse, Decisio 1136 censet. Adolarius rusticus, præsente Parocho ac duobus testibus, omnia bona sua uxori mortis causa donaverat, omissa insinuatione judiciali: in provinciis Thuringiæ, ex sententia Decis. 1170, valida est illa donatio. Titius & Sejus duo fratres, quorum ille Hamburgi, hic Norimbergæ domicilium constituerat, in eunt societatem ea lege, ut in jam laudata urbe Norica negotiatio instituatur, in qua etiam Hamburgensis frater jus clientelæ consequitur, soluto singulis annis protectionis censu. Post aliquot tempus concursus creditorum existit, ac inter alios Titii uxoris quoque comparet, & vi hypothecæ antiquioris aut privilegiatae, catenæ creditoribus præferri vult. Hi opponunt statutum Hamburgense, cuius vi uxores, ad promovendam commerciorum fidem, pro maritis solvere coguntur. Quaritur adeo, an Norimbergæ etiam illius statuti Hamburgensis sit habenda ratio? id quod Decis. 1201 asseritur, ideo quod Titius Hamburgi domicilium constituerit, cum eoque, tanquam civis Hamburgensi, creditores contraxerint. Quod si tamen nonnulli negotiationem Noricam simpliciter respexerint, ejusque intuitu merces vel pecuniam dederint, eos statuto illo, contra uxorem debitoris, uti non posse, amplius admonetur.

Scipione prædium, ultra hominum memoriam ab ejus majoris possellum, repetitur eo prætextu, quod illud e bonis dominalibus sit, cumque hæc alienationi & præscriptioni haut subjace-re existimentur, rationum redditio, per tempus detentionis, in-super exigitur, negata etiam, aut saltē hactenus seposita, meliorationum factarum refusione: sed enormia domanii jura, qualia Scriptores exteri, ac præcipue Gallici, adstruere solent, in Germania locum non habere, ac bona domania sua modo alienationi ac præscriptioni immemoriali subesse, aut, si omnino eorum revocationem asserere velis, hanc non aliter nisi refuso pretio, præstisque meliorationibus, ac soluta accessionum estimatione, fieri posse; nec adeo possessorem de perceptis rationem reddere teneri, sed eum potius, donec sibi satisfiat, jure retentionis uti posse, Decis. 1202 deducitur. Repressalias in Imperio nostro prohibitas es-
se; adeoque Magistratum, cuius civis easdem patitur, ad damnum re-

resarcendum ei non teneri, se t' hunc potius ab eo, qui represalias exercuit, ejus restitutionem petere debere, in primis si carum suscipiendarum causa sufficiens haut subfuerit, Decis. 1237 doceatur. Stabularius aurigis receptis prædixerat, eorum currus haut extra periculum penes se esse constitutos, ipsi quoque custodem apposuerant; sequebatur furtum cum effractione & violentia conjunctum: ob has igitur rationes, stabularium actione de recepto ad damnum resarcendum non teneri, Decis. 1379 pronunciatum est.

NAUDEANA ET PATINIANA.

Amstelodami apud Franc. van der Plaats, A. 1702, in 12.
plag. 19.

Nondum deferbuit amor *tauana*, nec desunt eruditii homines, qui sapienter docente dicta magnorum virorum adhuc hodie colligant, aut curiosi lectores, quorum appetitus non plura identidem hujus farinæ scripta expetat atque exspectet. Nuper post *Scaligerana*, *Tbuana*, *Perroniana*, *Sorberiana*, *Menagiana*, *Valefiana*, *Fureteriana* & *Parrbasiana*, prodiere Parisiis *Naudæana* ac *Patiniana* plena doctissimis observationibus, apophegmatibus & narratiunculis Gabr. Naudæi & Guidonis Patini, Heroum in literis laudatissimorum. Hæc Bibliopola Amstelodamensis celeriter reæudenda curavit, correctis mendis Parisiensem typographicis, quarum in nominibus præsertim propriis ingens copia erat, ordine etiam in melius immutato, denique additis Animadversionibus ad Naudæana, indice, & imagunculis Naudæi ac Patini; ut adeo posterior editio priorem multis modis vincat. Unde ad Bibliopolam pervenerint hæc *taivana*, non commemoratur; suspicio tamen est, Præfidi Cusinio hæc nos debere, quem multa refecasse, in *Prefatione* narratur. Gabr. Naudæus, (ut hæc ex Patinianis aliisque monumentis colligamus) cuius dicta post præfatiunculas tres leguntur, natus est Lutetia Parisiorum, IV. Nonas Februarii A. 1600, parentibus honestis. Medicinæ operam dedit, primum in patria, hinc Patavii, in qua Academia lauream Philosophicam & Medicam A. 1633 obtinuit. A. C. 1624 in Italiam primum abiit, ac Patavio Romam venit, ubi magnum eruditiois thesaurum, u-

F f

sus

fus familiaritate eruditissimorum hominum, sibi comparavit. Redux rem Medicam seposuit, quippe cum natura ad elegantiores litteras & rem Bibliothecariam duceretur. Hinc Henrici Memmii Senatus Regii Parisiensis Bibliothecam assertare jussus est. Iterum in Italiam abiit A. 1630, Romam sedem famæ tue feligens, quam duodecim continuis annis servavit, functus officio Bibliothecæ præfetti, primum apud Jo. Franciscum Cardin. a Balneo, posthac apud Antonium Cardinalem Barberinum. Tanta vero existimatione inter Italos fuit, ut in plerisque Academiis locus ipsi tribueretur; Humoristis vero præsertim, ut & Perpetuis ac abstemiis operam navavit. Patriam repetiit A. 1642, atque a Julio Mazarino Cardinali Bibliothecæ custos constitutus est, cuius patrocinio ampla illi beneficia contigerunt. Nam Canonicus Virodunensis & Prior Artiguz apud Lemovicenses factus est. Tandem a Succorum Regina Christina ad Holmienses vocatus est, qui Regiae Bibliothecæ præfesset; sed cum A. 1653 domum remearet, Abbatis-villa apud Morinos, febre correptus, die 29 Julii obiit. Amicis præcipuis usus est Renato Moreau, Guidone Patino & Ludovico Jacobo a S. Carolo. Conscripsit ediditque *Marforium*, sive discursum contra libellos diffamatorios Gallicum A. 1620. *Instructionem de veritate Historie fratrum Rosea crucis Gallicam* A. 1623. *Apologia pro viris claris Magie suspectis Gallicam* A. 1625. *Judicium de Biblioteca formanda Gallicum* A. 1627. *Additiones ad Historiam Ludovici XI Gallicas* A. 1630. *Syntagma de Studio liberali Latinum* A. 1632. *Quæstiones Iatro-Philosophicas V Latinas* A. 1632 & sequentibus. *Discursum de Vesuvii incendiis Gallicum* A. 1633. *Syntagma de Studio Militari Latinum* A. 1637. *Considerationes Politicas de artibus imperantium Gallicas* A. 1639. *Bibliographiam Politicam Gallicam* A. 1642. *Bibliographiam Kempensem & alia Latina & que ac Gallica scripta circa controversum de Imitatione Christi librum* A. 1651, 1652, & leviora quædam alia. Nós ex Naudæanis sequentia observatu digniora excerpta putavimus. De L. Allatio notatur, eum cum Bibliotheca Heidelbergensis Romanam transportandæ causa, in Germania fuisset, reducem de capite periclitatum esse, enī Scipio Pius aliquique defraudatae Bibliotheca eum arguerent, p. 2. Τριόχες fuissent narrantur, Scipio Grammontius, Philolphus, Fernelius & Philippus.

pus Hassorum Princeps, p. 6. Augustinus Mascardus vita profiliatisimæ acusatur p. 11. M. Anton. de Dominis indignatione motum ad Protestantés transisse, sed spe purpuræ allectum Romanum, & magno quideam cum fastu, rediisse, narratur p. 12. Dominicum Mellinum peculiari libro fragmента scriptorum veterum malevolentum Christiani nominis obtrectatorum collegisse, legimus p. 30. Apollonium Tyaneum Magum non fuisse, ejusque vitam a paganis confictam, ut Christi atque Apostolorum miracula texerentur, defenditur p. 35 seqq. De Chyco Asculano fertur p. 48, eum Astrologum insignem fuisse, jocisque Magum egisse; denuntiante tamen eum velut Magum adversario Garbone, Medico Floreatino, iussit Inquisitorum combastum esse. De Cremonini fastu narratur p. 54, illum ædibus æque magnificis ac Cardinalem usum, præfectum palatii, cubicularios aliosque ministros habuisse, & stipendum annuum bis mille imperialium accepisse. Memorabile est Jacobi Sennazarii Epitaphium p. 61 :

*Atius hic situs est, cineres gaudete sepulti,
Jam vaga post obitus umbra dolore vacat.*

Quod etsi ipse consecisset, tamen sepulchro ejus curatores funeris inscribi noluerunt, quod nimis solutum videretur. Trajanus Boccalinus, censor Politicorum, ut p. 70 traditur, regendis aliquot Italiz oppidis præfectus fuit, sed ita rem gessit, ut omnes de eo conquererentur. Nullos Hermaphroditas perfectos & proprios dari, propugnatur p. 76, & de Paganino Gaudencio memoratur p. 90, eum Grisonem fuisse, & ex Ecclesiastice Reformato Professorem Pontificium factum; denique, Constantimum Cajetanum Baronio in scribendis Annalibus opem tulisse p. 92. *Monarchia Solipsorum*, invitus adeo Jesuitis liber, adscribitur Melchiori Inchoffer, Ex-Jesuitæ, p. 103. Scheineri Jesuitæ & Astronomi dictionem de Italis notabile occurrit p. 118 : *Profecto sunt homines isti mirabiles, solvant verbis, vescuntur herbis, & pugnant lapidibus.* Denique de Cartesio legitur, eum maxime deformi facie fuisse, pag. 125. Ceterum ingenium Naudæ passim apparet, neq; desunt voces libiores, ut mos viri ferebat; Atheistamen & Libertinis sape dicam cum indignatione scribit, presertim p. 24. In horum classes refect Hieronymum Borrum Professorem Pilanum p. 7, Cardanum p. 15,

Averroëm p. 24, Pomponiatum p. 33, Castellatum, Bembum & Cremoninum p. 57, Boccatium p. 83, & Claud. Berigardum p. 111. Adposuit Naudænis animadversiones eruditissimas. anonymous, Vir, ut appareat, perdoctus in Gallia vivens, & Romanis saeris addicetus, in quibus & παροχάματα complura libelli emendat, & notatu dignissima non pauca addit. Nam ut quædam inde in foro lo nostros derivemus, lis, quæ Ludovico Castelvetro cum Hannibale Caro. ob. carmen de Liliis aureis intercessit, accurate describitur p. 137. Campanellam titulo excubitoris seculorum usum esse, narratur p. 140. Ferdinandum Carolum, quem Nicius sub Zoili Ardelionis nomine, atque alii, (non secus ac docti Parisenses Monmorium) pessimis modis velut ἔκτενεια eruditorum tractaverint, non adeo profligatum fuisse, ostenditur p. 183. De Hadriano Fino. & Daniele ejus filio, qui ut plutimum confundi soleant, egregia admonitio habetur p. 187. Contra Sodomitas seculorum barbarorum scriptum esse ab Alano Insulano. *Planctum naturæ*, a P. Damiano. librum *Gomorrhianum*, a Marbodo carmina quædam, observatur p. 207. Proditor Ferdinandi Pallavicini, Carolus de Bresche, vel ut Italis audebat, di Morfi, ut & infelix obitus utriusque, accurate ex monumentis describitur p. 223. seqq. Præter hæc singulari studio natales & emortuales L. Allatii, Scip. Claramontii, Hann. Cari, Ben. Theocreni, Hier. Borrii, Aug. Mascardi, J. Nic. Erythræi, Laur. Pignorii, Barth. Tortoletti, Frid. Bonaventuræ, Andr. Argoli, Petri Pomponatii, Eust. Rudii, Jul. Cæs. Capacci, Virgilii Malvezzi, Melch. Guilandini, Jul. Cæs. Gallæ, Cæs. Cremonini, Cæs. Calcagnini, Actii Sannazarii, Maphæi Végii, Alph. Ciccarelli, Ant. Campani, Gerhardi Vossii, J. Bapt. Portæ, Paganini Gaudentii, Conſt. Cajetani, Aloysii Lili, Melch. Inchoferi, Jo. Scheineri, Cæs. Caporalis, Virginii Cesarini, Ant. Gallonii aliorumque. additis memorabilibus multis ad eorum vitam pertinentibus, Animadversor recenset, eaque in re errores Naudæni, Koenigii & Bailii notat.

His expositis, ad PATINIANA nos conferimus. Guido Patinius, cuius vita in præfatiuncula tertia exstat, natus est Hudani prope Bellovacum A. C. 1602; parentibus probis, sed paupereulis. Ab his. Lutetiam missus, Medicina se dedit, quam in consortio Napo- dæni.

dæi accurate didicit, ut brevi Doctoris gradu exornaretur. Sed opibus destitutus, corrigidis typographorum schedis victum sibi comparavit. Qua occasione Rioloꝝ innotuit, ejusque patrocinio adjutus dignitatem Professoris Regii & famam acquisivit. Habebatur irreligiousior, sed a Nostro excusatione dignus existimatur, eum probitate sua optimum Praesidem Lamognonium perpetuum sibi patronum devinxerit. Caroli filii, re numaria & antiquaria clarissimi infelicitas, cum Galliis exceedere, indignante Ludovico XIV cogeretur, ita vexavit virum, ut A. C. 1672 septuagenarius dederet. Memorabilia Patinianorum potissimum partem eruditorum vitas respiciunt. Sic p. 9 de Edmundo Richerio commemoratur, illum fraudibus Richelii Cardinalis circumventum, librum suum de Ecclesiastica & Politica potestate, scripta declaratio-ne privata, improbaſe; Pontifice hanc declaracionem exposcente, cum Alphonſo, Cardinalis fratri, purpura peteretur. Aonium Palearium, ob Lutheranam, quam amplexus fuerit, religionem Romæ A. 1566 combustum, legimus p. 13. De Fracastorio, Sigonio, Thuano, Rigaltio & Salmasio commemoratur, eis, si Latine loquendum esset, rem non satis feliciter cessisse, p. 19. Franc. Verulamii epistola ad Regem notatur p. 21, qua de paupertate sua in senio conqueritur, vereturque ne, qui hactenus vixisset, ut literas coleret, impostorum literas colere necessum habeat, ut esset, unde viveret. Ea quæ in foribus musæ Aldi Manutii legebantur, notatu non indigna sunt: *Quisquis es, rogat te Aldus Manutius, ut, si quid est quod se velis, per paucis agas, deinde abeas, nisi tanquam Hercules defeso Atlantis veneris suppositurus bumeros: semper enim erit quod tu agas, Et quotquot buc attulerint pedes, p. 32.* C. Gesnerus, quod non alibi, quam in museo mori voluerit, laudatur p. 43. Jul. Cæsar Scaliger hic est illustris impostor, qui cum a pueris per triginta annos continuos literis operam navasset, ex Franciscano ordine egressus, ut cum ampliori fama innotesceret, audacter commentus sit, se Veronensem Scaligerorum familiam natum, & in aula Maximiliani I vixisse & militem egisse, ut eruditio ejus eo dignior admiratione haberetur, p. 44. 45. Aug. Niphi fastus p. 83. narratur, qui Imperatori Carolo V sellam non præbuit, cum ipse federet, sequiterum Imperatorem, Carolum militum jactaret. Isaacus Pe-

serius, Preadamitarum faber, Principi Condæ a nobilibus servitiis fuisse dicitur p. 86. De P. Aretino traditum est p. 88, 89, ipsum olim bibliopagam fuisse, & a Carolo V, Francisco I, ac Solimanno Turcicorum Imperatore, stipendia accepisse, ne malediceret. *Martius Gallici* verus scriptor est Corn. Jansenius, *Perri Aurelii Abbas Sancyrantes*, & *Optati Galli Hesianus Ecclesiastes Parisiensis*, juxta p. 101. 102. De Vossio notabile est Grotii dicterium : dubium esse, scriberet ne accuratius, an gigneret felicius, p. 132. Hæc ex insigni rerum copia slegenda existimavimus.

NOVA LITERARIA.

Dum in eo sumus, ut *Nova quædam Literaria* presenti Actorum Eruditorum mensi subjiciamus, commodum in manus nostras incidit *Holmia Literata*, liber Holmiae anno superiore incerto auctore editus, atque doctorum non Holmiae solum, sed universitate Sueciae virorum catalogum exhibens. In eo ergo cum studiose indicata deprehendamus, quæ ex Suecia etiam deinceps Orbi Eruditio expectanda sint, nunc quidem nonnisi *Nova Literaria* ex Suecia annuaciamus, ex *Holmia* ista, penes cuius auctorem fides esto, excerpta. *Gustavus Blixencrona*, in utraque Architectura excellens, in eo occupatur, ut Architecturam Civilenam nova quadam & compendiosiore methodo adornet. *Elias Brenner*, Regii Antiquitatum Collegii, quod Upsaliæ floret, Assessor, qui jam anno 1691 Thesaurum nummorum Sueco-Gothicorum (quem ad nos non pervenisse dolemus) triginta annorum spatio collectum, & nummos Regum Sueciæ, a Biörnonis imperio usque ad hæc nostra tempora cūsos exhibenter edidit, nunc ejusdem argumenti commentarioe prolixiores prælo paratos habet, plura numismata, tam antiqua quam recentia, quibus Nummophylacium suum, magna industria ac sumptu comparatum, intra hoc decennium, quod a priori editione fluxit, insigniter adauxit, complexuros, patreque historiam & antiquitates uberiorius illustraturos. Idem de Ordinibus Equestribus Regni Sueciæ justum volumen figuris æneis exornandum ; Numismata itidem recentiora generosissimarum familiarum aliorumque clarissimorum in Suecia hominum, a sesquiciculo circiter excusa ; de quatuor porto orbibus aut clenodis aureis in Suecia repertis tractatum ; Antiquitates denique Finlandie, cum priscis hujus gentis numquis plurimisque monumentis aliis (quibus forte Heraldicum quoque opus nobilio-

rum

rum in Suecia familiarum insignibus illustrandis accedet) editurus dicitur. *Olaus Hermelin*, Eloquentia prima & Poesos, deinde Juris in Academia Torpatensi Professor, nunc Historiographus Regius, Sueciam Novam & Antiquam a P. Lagerhofceptam continuare jussus est, in qua accuratissima totius Sueciae descriptio exhibetur, CC amplius tabulis figurisque eius a Celsissimo Comite *Eh. Dahlbergio* illustrata. Praeter Carmina porro tum sua, tum a præstantissimis e Gente Suecica Poetis eomposita, at uno altero volume comprehendenda, ad umbilicum fere perduxisse fertur Hecatompolin Suecorum, sive Curbes Sueciae carmine elegiaco cōsignatas; Historiam Academizæ Torpatensis; Vermiam novam & antiquam; librum de antiquo Sueonum jure & imperio in Livoniam; tractatum de infantib[us] expositiis, & syntagma de Trophæis veterum. *Urbanus Hiärne*, Archiater primarius Regis, & Societatis Regiae Anglicanæ Collega, qui scriptis quamplurimis, Latine partim, partim Suecice editis, dudum inclaruit, justum de Mineralibus epus molitur, inter alia fere innumera Natura miranda, arcanum Lapidis fulminaris detecturus, & elegantem Historiam conventuum anniversariorum, quos serpentes e remotissimis Septentrionis locis congregati, judicij solennis exercendi causa (simile quid de cicoriis narrari, constat) celebrare creduntur, descripturus: de veritate enim horum comitiorum, & ut serpens noxa cuiuscunque reus lapillus primum deglutire jubeatur, tandemque post longum examen criminis convictus, ad caput usque a serpentibus reliquis devoretur, securos nos esse juber. *Holmiae Literatae* Auctor, manibus a semet tractatum caput tale serpentis lapillum in ore habens, cuius corpus ab aliquot centenis serpentibus absumptum fuerat, referens. Prælo porro parata celeberrimus Hiärne habere fertur Pharmatiam liberam Medicinæ cultoribus restitutam; Moletemata IV Elementorum cum excellentissimis eorum influentiis coelestibus &c. Orthographiam Suecanam; Relationem de insolitis & mirabilibus phænomenis & siphonibus, quæ circa lacum Suecorum Wetterum accidunt, Illustrissimæ Societati Anglicanæ exhibitam; de podagra fixa & arthritide; calculorum renum & vesicæ librum; poemata Suecica, aliaque. *Nicolaus Keder*, Regii Antiquariorum Collegii Assessor, conscripsisse dicitur commentationes duas, alteram in nummos veteres Anglorum, alteram in Rufforum rem nummariam aliis fere hucusque intactam, non-

dum publici juris factas ; quantum etiam per valetudinem licet, perficiendo tractatui incumbere, quo imprimitis extimae raritatis numerus bilinguis, hinc nempe Latinis, inde Gothicis literis insignitus illustrabitur. *Gustavi Peringer. Lillienblad*, primum Orientalium linguarum in Academia Upaliensi professoris, nunc in Cancellaria Regia librorum censoris, cuius 45 Disputationes Academicas hic recensitas videas; Historia Ægyptiorum sub prelo jam sudare fertur. Ab *Eli. P. Almsschiöld*, Regii primum Archivi Actuario, post ad Regiam Cancellariam evocato, Itinerarium Sueoniae Historico - Politicum ; Austarium Memorabilium Gentis Sueo - Gothicæ, a Jo. Schefero olim editorum ; Calendarium Historicum , aliaque expectare jubemur. *Johannes vero Peringschiöld*, Collegii Regii Antiquitatum Patriæ Secretarius, cuius additamenta & notas ad Cochlae vitam Theodorici Regis nuper admodum in Sectione XI Tomi III Supplementorum pag. 503 recensuimus, diligentia operumque edendorum amplitudine doctos Suecias viros omnes videri potest superaturus. Non enim solum in Scandia illustrata Messenii , quod vastum ac illustre opus futurum est, edenda occupatur, quod in Novis Literariis smense Martio a nobis indicatum meminimus: sed multo plura sub manibus, aut parata etiam, quæ prelo subjiciantur, habet, cum orbe literato suo tempore communicanda. Nimurum, ut titulos precipuorum in Holmia Literata exhibitos compendio referamus, sunt illa : Historia Hialmaris Regis Biarmelandie & Thulemarkie, ante secula octo conscripta ; Historiarum Regum Septentrionalium Tomus II ; Characteres per Regnum Sueo-Gothicum illustrium Heroum , Procerum ac Consiliariorum restaurati ; Opus Historico - Genealogicum Sueo - Gothicorum Regum , Ducum ac Magnatum, illustrissimique Ordinis Equestris, veris sigillis & insignibus adornatum ; omnium Sueo - Gothorum Regum Reginarumque sigilla ; Onomasticon Gothicum, sive Nomina viris foeminasque propria ; Satrapæ Sueo - Gothicæ ; Judices provinciales & territoriales per Sueciam, Goriam & Finlandiam redivivi ; Fatti Consulares , sive hujus Regni urbium magistratus secundum seriem annorum consignati ; Arbores Genealogicae Domus Regia, Oxenstiernianæ, Steinbokianæ, aliarumque nobilium familiarum ; Introductio ad Monumenta Sueo - Gothicæ, docens veterem scribendi modum ; Monuments Sueo - Gothorum antiqua & recentia, Runis aliisve inscriptionibus decorata ; Tomi I Uplandie pars prima Thiundram continens, cum Inscriptionibus explicatione illustratis ; Tomus II Attundiam, continens &c.

ERRATA. P. 140. l. 25. pro *Ordinum Silesia*, lege *Ordinum Ducatus Bremenie ad conuentus solennes Statuum Silesia*. P. 151. l. 23. pro *quoad*, lege *ad*. Prodierunt non ita pridem Sectiones X & XI Tomi III Supplementorum , quas XII eaque ultima propediem sequetur.

* * * * *

ACTA
ERUDITORUM,
publicata Lipsia
Calendis Junii, Anno M DCCII.

*JOANNIS JACOBI MANGETI MED. D.
Bibliotheca Chemica Curiosa.*

Genevæ, Sumpt. Chouet, G. de Tournes, Cramer &c. A. 1702, in fol.
Constat Alph. 20. plagul. 4. Fig. Tab. 30.

NE Medicæ Enceylopediae, quam *Nobilissimus Autor* va-
riis voluminibus, *Bibliotheca* videlicet *Anatomica*, in
Actis a nobis A. 1685. p. 296. enarrata, *Bibliotheca Medi-
co-Practica*, & *Bibliotheca Pharmaceutico-Medica*,
comprehensam in lucem hactenus edidit, aliquid videatur deesse,
Auctarii loco *Bibliothecam Alchemicam* in *Curiosorum* gratiam hic
fuit subjunctam. Cum vero non ignoret, quam exosa nonnullis
habeatur Alchemia intuitu vel impossibilitatis, vel abusus dicto-
rum *Biblicorum*, vel eorum etiam, qui nunc sine successu, nunc non
sine fraude deliriisque variis operam eidem addicere solent, ante
omnia ejusmodi scrupulos removore, ac imprimis possibilitatem ipsius
multiplici experientia, Genevæ pariter a Clarissimo Domino
Gros, Verbi divini quondam æque Ministro ac Medicinæ Do-
ctori & Practico, atque Londini ab Illustrissimo *Boyle* observa-
ta, evincere studet, duos una de opere magno communicans proces-
sus, quorum alter ex *Musitani Mantissa* ad *Minsichti Armamentari-
um Chymicum* adjecta exscriptus est, alter autem magno nuper pre-
cio ab Illustrissimo quodam Viro redemptus. Hinc in *tribus libris*, quo-
rum priores duo *tomum primum*, *ultimo tomum secundum* com-
plent, per sectiones & subsectiones omnes rerum ad Alchemiam
pertinentium *Thesaurum* ita pandit, ut non solum Artis auriferae ac
nobiliorum in ea *Scriptorum Historia*, *Lapidis benedicti veritas*,

Gg

expli-

explicatio terminorum obscuriorum, cautiones contra impostores, ac Tincturam universalem conficiendi difficultas, sed & Tractatus tantum non cuncti Virorum & Autorum in Chrysopœia ab Hermete Trismegisto ad nostra usque tempora famigeratissimorum, concinno ordine in conspectum prodeant. Nempe in *primo libro* Olai Borrichii cum de ortu & progressu Chemicæ Dissertationem, tum celebriorum Scriptorum Chemicorum Conspectum, *Abbas*. *Kircheri* Dissertationem de Lapide Philosophorum, *Salom. de Blaustein* Interpellationem ad Philosophos pro horum Lapide contra Kircherum, *Gabriel. Clauderi* Tr. de Tinctura universali, *Morboſi* de metallorum transmutatione Epistolam, *Philippi Jacob. Sachs* a *Lewenheimb* Aurum Chymicum, *Joh. Frid. Helvetii* Vitulum aureum, *Johannem Chrysippum Favianum* de Jure Artis Alchemie, *Gul. Johnſonii* Lexicon Chymicum, *Petr. Job. Fabrum* res Alchemicorum obscuras extraordinaria perspicuitate explanantem, *Job. Joach. Becheri* Oedipum Chymicum, *Theobaldi de Hogelande* de Alchemie difficultatibus, & *Anonymi* Catonem Chemicum datur cernere. In *altero autem libro* *Hermetis Trismegisti* Tabula Smaragdina, *Kriegsmanni* & *Dornei* Commentariis illustrata, & Tr. de Lapidis physici secreto, cum *Anonymi* Scholiis, *Turba Philosophorum*, *Ariephii* Clavis majoris sapientie, *Morianus Romanus* de Compositione Alchemie, *Gebri* summa perfectionis Magisterii, hujusque Investigatio & Testamentum, *Job. Bruceſchi* Dialogus veram & genuinam librorum Gebri sententiam explicans, *Job. Gernardi* Exercitationes in Gebri Arabis summi Philosophi libros duos summa perfectionis, *Rogerius Baco* de Secretis operibus Artis & Naturæ, & de nullitate Magie, *Avicenna* de Alchemia, *Aristoteles* tam de perfecto Magisterio, quam de Praeterea Lapidis philosophici, *Arnoldi de Villa nova* Thesaurus Thesaurorum & Rosarium Philosophorum, *Novum Lumen*, Perfectum Magisterium & Gaudium, Epistola super Alchemia ad Regem Neapolitanum, Speculum Alchemie, Carmen, Quaestiones, Semita Semitæ atque Testamentum, *Raymundi Lullii* Testamentum cum *Job. Gerbaridi* Analysis Partis Practicæ, Compendium Animæ transmutationis artis metallorum, Testamentum novum, Elucidati Testamenti, Lux Mercuriorum, Experimenta, Ars compendiosa, Compendia

pendii Animæ transmutationis artis metallorum exemplar aliud, Epistola de Accurtatione Lapidis benedicti, Potestas Divitiarum, Clavicula, Compendium Artis Alchemiæ & Naturalis Philosophiæ, Tr. de Lapide & Oleo Philosophorum ac Codicillus, Braceſcbi Lignum vitæ, atque Anonymi Liber mutus Alchemiæ mysteria filiis artis nudis figuris evidentissime aperiens, ocurrunt. Tandem in terro ac ultimo libro comparent Petri Boni Lombardi Margarita pretiosa novella, Job. de Rupeſcissa Liber Magisterii de confectione veri Lapidis Philosophorum ac Lucis, Rosarium Philosophorum, Guidonis de Montanor Philosophi Galli Seala Philosophorum, Clanger Bucanez, Correcțio Fatuorum, Marſilius Ficinus de Arte Chemică, Calid filii Iacobi Secreta Artis, Kalid Regis Liber trium verborum ex manuscripto præcellentiori, Merlini Allegoria, Anonymi Thesaurus Philosophiæ, Aurelia occulta cum Senioris Zadirk Traetatu de Chymia, Anonymi Consilium Conjugii seu de Massa Solis & Lunæ, Richardi Anglii Correctorium, Georg. Riplei duodecim Portæ, Thome Norboni Credere mihi sive Ordinale, Job. Daufenii Rosarium arcana Philosophorum secretissimum, Dialogus inter Naturam & filium Philosophiæ, Dionysii Zacharii Opusculum Chemicam, Nicolai Flamelli in idem Commentarius, nec non Summarium Philosophorum, Job. Aurelii Augurellii Chrysopoeia & Vellus aureum, Nathan Albini Carmen aurum & Ænigma, Bernhardus Comes Marchiz Trevisanæ de Secretissimo Philosophorum Opere Chemicō & Responsio ad Thom. de Bononia, Basilius Valentinus de magno Lapiде antiquorum Sapientum, duodecim ejus Claves, de prima materia Lapidis philosophici, atque Appendix de magno Lapiде Antiquissimorum, Congeries Paracellicæ Chemicæ de Transmutationibus Metalorum, Sendivogii Novum Lumen Chemicum, Dialogus Mercurii, Alchemistæ & Naturæ, Tr. de Sutplauere, Apographus Epistolarum hactenus ineditarum super Chemia, Orbelii Commentarius in Sendivogii Novum Lumen, Hydrokithus Sophicus seu Aquarium Sapientum, Job. Francisc. Pici Mirandula &c. opus aureum de Auro tum æstimando, tum confiendo, tum utendo, Job. Grassei, alias Cortalaffei Arca Arcaniartificiosissima de summis Naturæ Mysteriis, Anonymi Discipuli Grassei Mysterium occultum Naturæ & de duobus floribus atra libis Agricola

In minoris, Anonymi, qui Dom. d' Espagnet creditur, Enchiridium Physicæ restitutæ atque Arcanum Hermetice Philosophiæ, Philalethes Introitus apertus ad oculum Regis palatum, Tr. de metallorum Metamorphosi, Brevis Manuductio ad Rubinum cælestem, Fons Chemicæ Philosophiæ; Job. Ferdinand. Hertodt a Todenfeld Epistola Philalethæ opposita, Anonymi ad hanc Responso. Agmen claudunt Anonymi Liber Præxæc Alchemicæ cum Libarii additionibus, Nicolai Bernaudi in ænigmaticum quoddam Epitaphium Bononiense Commentariolus, Extractum e Caroli Cesaris Malpasii Tractatu super eodem Epitaphio conscripto, Pantaleonis Bisfolium Metallicum, Turnulus Hermetis apertus, Examen Alchemisticum, Disceptatio de Lapide physico, Tumba Semiramidis hermetice sigillata, Ludovici de Comitibus. Tr. de Liquore Alcahest & de Lapide Philosophorum, it. de Sale volatili Tartari, & Metallorum ac Metallicorum Naturæ operum ex orthophysicis fundamentis Elucidatio, Claudio Germani Icon. Philosophiæ occultæ, Christian. Adolph. Balduni Aurum superius. & inferius Auræ superioris & inferioris Hermeticum, Mich. Friben Brevis enumeratio hactenus a se in Chemia actorum, D. J. P. de Spiritu mundi Positiones, Andr. Cneffelii ad has Responsum, Trames facilis & planus ad auream Hermetis arcem perducens, atque Dan. Stoleii de Stolzenberg Hortulus Hermeticus.

CISTERCIUM BIS-TERTIUM, SEU HISTORIA
Elogialis Ordinis Cisterciensis.. Autore R. P. AUGUSTINO
SARTORIO, Ord. Cisterc. Monasterii B. M. V. de Of-
feco Professo, Vicarius Bobemo-Cistercienfis
Secretario ac Notario Apostolico.

Pragæ, apud Wolfgangum Wickhart, 1700, fol.
 Alphab. 13.

Illus fuerat a suis Directoribus Reverendus operis præsentis Author, ut Ordinis Cisterciensis elogia concinnaret, hisque ipsi de sex seculis haud ita pridem transactis gratularetur. Verum præter hæc mandata liberalis futurus, integrum sui Ordinis historiam condidit, in *tūculos*, quos vocat, *occo & vigili* divisam, quorum euilibet emblemæ peculiare præmisit, ipsaque dein clogia historiz pro-

prolixius deductæ subjunxit. *Cisterci* vero *Bis - tertii* nomen
huic operi capropter indidit, quod annus superior 1698 bis ter secula-
ris Ordini, quem celebrat prolixè, extitit. Sub titulo *primo* funda-
tores exhibit, ac communem ante omnia sententiam refutat, juxta
quam natales ejus ad D. Bernardum referendi sint; quin potius D.
Robertum, Albericum atque Stephanum istos genuisse dicit filios,
quos Bernardus postmodum nutriverit. S. Roberti progenitorem fa-
cit Principem Theodoricum, Burgundia Ducibus & Germania Imperatoribus junctum. S. Albericum e Priore secundum Cistercien-
sium Abbatem, & Roberti discipulum ac comitem, virtutum ejus
non minus ac muneris successorem nuncupat. S. Stephanum deni-
que nobilissimum Anglum dicit, qui in Schirburnensi primum Be-
nedictinorum cœnobio monachus effectus, in Anglia deinceps Sco-
tiaque, ac demum Parisiis in Gallia divinarum profanarumque litera-
rum laude celeberrimus, tertius Cisterciensium Abbas evaserit. Unius-
eiusque ex his vitam ac res gestas latius enarrat, & studium præci-
pue, quod in Cisterciensium familiam fundandam & augendam im-
penderint, commemorat. Locum, ubi prima illi habitacula fixerint,
situm in Ducatu Burgundia haud procula Divione, Cistercium di-
ctum esse ait a frequentibus ibi cisternis; quanquam alii densitatem
juncorum palustrium, quos Galli *Cifells* dicant, malint substituere.
Genuinam vero Ordinis originem ad annum Christi 1098 retrahit,
quo S. Robertus e Molismensi solitudine eum viginti sociis progres-
sus, in montibus Cisterci, autoritate Apostolica, & Odonis Burgun-
dia Ducis consensu, in ipsis S. P. Benedicti solenniis, prima planta-
tionis semina sparserit. Hinc & inter Generales istius Ordinis, quos
sub titulo *secundo* recenset, primum ei locum assignat, seriemque
reliquorum, qui ipsi hinc ab A. 1099 stiecesserunt, subnectit. Quin-
quagesimum in ordine octavum hodieque superstitem nominat
Nicolaum Larcher, in Galliarum Sorbona Doctorem Theologum,
qui A. 1692 ad Ordinis gubernacula electus, annum sexagesimum,
cum ista scriberentur, jam tum superarit. Titulus *tertius* Cister-
cienses exhibit Congregationes, sive Familias, in quas Ordo ille se
diffuderit. Hartum omnino novem numerat, Guillelmitas, Gil-
bertinos, Montis Virginis, Grandimontenses, Florenses, Vallis-
Caulium, Immaculatae Conceptionis B. Virginis, Congregationem

Hispanicam, & Reformationem denique Fulensem. Ad singulas primordia earum & progressus sedulo annotat, ac præter eas plures a se ignorari fatetur. Evidem hodie in Galliis eximie celebrati monet coenobium Cisterciensis Ordinis, de la Trappa dictum, quod omnes reliquas familias rigore vita vincere perhibetur; sed idoneis se de eodem monumentis destitutum nihil certi pronunciarre posse addit: interim tamen Trappenses haud novam familiam constituere, sed Trappam esse credit sureulum Fulensis congregationis, qui languentem forte aliquantum vigorem novo zelo animarit, & resumto velut spiritu, præ aliis coenobiis vivacius rursum effluerit. Titulus *quartus* soli Bernardo destinatus est, utpote qui tanquam Cisterci civis, dux & patronus, mensuram nominis fui trisyllabi accurate adimpleverit; unde & in vita ejus accurate describenda, & meritis ipsius in Cistercienses plane insignibus pro dignitate extollendis, valde operosus est. Ex ejus familia plerosque Cistercienses factos esse, titulus *quintus* prelxice edocet. *Sextus* Cistercienses Sanctos & Beatos in scenam producit; quamquam non omnes atque singulos se nominare posse dicat Autor, indeque & præsentem titulum tantummodo Sanctis Cistereio Abbatibus, Monachis & Conversis vindicat, & e singulis classibus pauculos personam cæterorum sustinere jubet. Sub Conversorum nomine, quod obiter notamus, eos Fratres intelligit, quos aliae familie religio & aut Laicos appellant, aut Coadjutores. Titulo sequente *septimo* Cistercienses Sanctæ & Beatæ listuntur, interque has præ ceteris celebrantur illæ, quas aut Belgium Cistercio dederit, aut Cistercium Belgio comamiserit, aimirum Lutgardis, Juliana, Beatrix, Ida de Lovanio, Ida de Nivellis sive de Rameya, Ida de Lewis, Aleidis Leprosa, ac tandem Iveta. Titulus *octavus* Cistercienses exhibet Jesuitas, adhibita peculiari homonymia, qua per Jesuitarum hocce nomen non Ordinis Jesuitici membra, sed & potius denotantur, quos pro deliciis suis Jesus maxime agnoverit. Unde eos Autor nominat, quos Salvator vel solus de cruce brachiis tenerime fuerit amplexatus; vel ostensa in Eucharistia visibili specie sua exhilararit; vel ad vulnerum suorum osculationes admiserit; vel sumta egenorum persona salutaris vel in ultima lucta constitutos præsentissimo auxilio juverit: ut alia

alia affectus Redemptoris in Cistercienses testimonia, quæ heie accumulantur, silentio præteremamus, sufficere rati indicasse, exinde formari a Nostro Cistercienses Jesuitas. Eadem methodo titulus *nomis* deamatos a Bi Virgine Maria Cistercienses silit. *Decimus* Martyres ex hoc Ordine dat, Angliamque, Scotiam, Hiberniam, Bohemiam, Silesiam, Poloniam, Præssiam, Sueciam, Galliam, Belgium, Hispaniam, Indiam, Africam, Syriam, totidem vñut amphitheatra pandit, in quibus Paganismus atque Heres Cistercienses immaniter torserit, profusoque sanguine vestes eorum e candidis purpureas effecerit. Titulus *undecimus* nominae Virorum Apostolicorum Cisterciensium attentionem Lectorum excitat; quo quidem elogio mactare illos Autori alubescit, quos per susceplos ingentes pro Ecclesia labores, per conversas Gentes, per everflos idolorum cultus, triumphatas hæreles, composita schismata, propagatam fidem, vindicatam Romanam, æternæ Cisterciensium famæ autores evasisse arbitratur. *Duodecimus* Pontifices Maximos e Cisterci-gremio ad istud fastigium assortitos repræsentat, Eugenium puta III, Hadrianum IV, Alexandrum III, Gregorium VIII, Urbanum IV, Benedictum XII. Hisco superaddit Henricum Cardinalem Episcopum Albanensem, & Conradum Cardinalem Episcopum Portuensem, qui ambo ad Pontificios honores a Purpuratis Patribus evocati oblatae tiaras constanter subterfagerint. Lucium præterea III in medium adducit, qui e Pontificali fastigio jamjam in Glaram Vallum deservarus fuerit, nisi Petrus, Clara-Vallensis Abbas, a Lucio hac de te consultus, propositura minus approbasset. Sed & Calixtum III memorat, qui ante summum Pontificatum, cum adhuc esset Archi-Episcopus apud Gallos Viennenses, in Bona - Valle, Cisterciensium conobio, inter Monachos continuo conversatus specimen egregium exhibuerit, qualis esset mox futurus, si ad Romanam cathedram non fuisset evocatus. Sed præter Cardinales modo memoratos, plures alios ad Cisterciensium Ordinem referunt titulus *decimus serius*; prout *desimus quartus amplam segetem* Archi-Episcoporum & Episcoporum Cisterciensium spectandam tradit, utut ie nonnisi paucos scelgisse Autor innuat, quandoquidem octingentos Archi-Præfules, & mille quadringentos.

Epi-

Episcopos ex uno Cistercio proutiisse constet. E soliis suis Reges & Reginas in Cistercium descendisse, miratur titulus *decimus quintus*, Regesque institutum hoc sectantes allegat Ericum Daniæ, Gumarum Sardiniaz, Jacobum Conquisitorem Arragoniaz, Wenceslaum II Bohemiaz, Vladislau Poloniz, Johannem Hierosolymorum, atque Carolum Connaciz Reges; Reginas vero Mafaldam Henrico I Castellæ Regi desponsatam, Teresam Legionis Reginam, aliamque Teresæ nomine insignitam Jacobi I Arragonum Regis conjugem, Urracam Ferdinandi Legionensis Regis viduam, Abdam seu Adelam a Primislae Ottocaro Bohemorum Rege ad regium thalamum assumtam, Blancham Galliarum Reginam; pluresque Regum Filios & Filias, Duces, Principes, Comites, personasque excelsas & illustres alias, & eorum ex utroque sexu posteros, ad Cisterciensium castra transeuntes, tituli *decimus sextus cum septimo & octavo* magno numero referunt. Atque in his enumerandis occupatus Autor, S. Guilielmi e Montispesulani Domino monachi Cisterciensis facti, e cuius defuncti ore ac tumulo lilium excreverit cum aureis his literis, *Ave Maria*, genealogiam interspergit. Titulus *decimas nonas* in campum expatiari, militesque fortissimis olim facinoribus illustres, consilio mutato, ad Cistercium refugientes contemplari Lectorem jubet. Sub titulo *vigesimo* Grammatici ex hoc Ordine comparent, Poëtz, Oratores, Historici, Philosophi, Mathematici & Astrologi, Medici, Jurisperiti, Doctores cumprimis Theologi, Ascetz, Professores publici, Virique docti alii; quamquam & heic e ditissima penu nonnisi paucos sedare Autor referat, & plures nosse cupientem ad Bibliothecam Scriptorum Ordinis Cisterciensis, a Carolo de Visch adornatam, remittat. Favores per Deum Divamque Mariam Virginem Cisterciensibus concessos titulus *vigesimus primus* jactitat, quales hi sunt, quod nullus Cisterciensium damnandus sit; quod Maria Ordinem istum in finem usque seculi protecturam se ac defensuram esse, sancte promiserit; quod eadem decretum summi Judicis de totali excidio orbi universo immittendo retardarit, hisce verbis: *parce, dilette Fili mi, parce, et si non propter illor, saltem propter amicos meos, personas Ordinis Cisterciensis!* Nolumus huc derivare privilegia istius gene-

generis alia quatenus plura. Nec spatum sufficiens hec invenire pos-
sunt favores, quibus a Summis Pontificibus, Regibusque ac Princi-
pibus Cistercienses exornatos fuisse, tituli sequentes, *vigesimus se-
secundus tertiusque* testantur. Titulus *vigesimus quartus* merita
Cisterciensium in Ecclesiam præclaris laudibus extollit. Inter ea
vero ut iudicium hæresibus quibuscumque bellum eminet: sic vati-
cina quoque Malachie Hiberni; Alexandri III ordo, leges, ritus-
que conclavis, in quo de eligendo Papa agitur; solennitas corporis
Christi per Divam Julianam virginem introducta; Principes Regii, Philippi II, Ludovicus XIII & XIV, Francis in corona fulcra
& hæredes dati, fataque prosperiora qualibet in tot regna provin-
ciasque derivata; misericordia in regentes largiter exercita; ex
pugnatio Hierosolymorum per Godofredum Bullionum facta ro-
feruntur, &c. si titulo *vigesimo quinto* fas est credere, bona præter hac
infinita, Cisterciensium in orbem Christianum meritis debentur.
Titulus *vigesimus sextus* omnes in se continet titulos encomia-
que, ab aliis Cisterciensi Ordini tributa. *Vigesimus septimus*
Cisterciensium pandit connexionem, ut cum Religiosis institutis
in communi, ita sigillatim cum Ecclesiasticis & animarum Cura-
tis, cum Canonicis Regularibus, Monachis, Eremitis, Ordinibus
militaribus, Benedictinis, Carthusiensibus, Præmonstratensibus,
Dominicanis, Augustinianis, Franciscanis, Carmelitis, Societate
Jesu, Ordine SS. Trinitatis redēptionis captivorum, Ordine B.
Marie de mroede redēptionis captivorum, Ordine Brigittino-
rum, cum S. Philippo Neri Congregationis Oratorii fundatore, si-
milibusque. Titulus denique *vigesimus octavus* atque ultimus Cister-
ciensium cœnobia per terras Austriacas longo ordine enumerat.

MELANGES D' HISTOIRE ET DE LITTE-
rature.

i. e.

MISCELLANEA HISTORICA ET LITERARIA,
collecta a Dn. De VIGNEUL-MARVILLE. To-
mus III.

Roterodami, apud Eliam Yvans, 1702, 8. plag. 17.

Hh

Tet-

Tertius hic est operis jam *Sectione IX Tomi III Supplementorum* a nobis indicati tomus, in quo itidem varia ad historiam & rem literariam spectantia exhibentur. Nos more nostro quædam ex illo delibabimus. Prodiit Parisis compendium aliquod Conciliorum generalium Gallica lingua scriptum, quod mirifice se Auctori probavit. Ejus vero auctorem cum diu ignorasset, tandem se didicisse ait, eum virum admodum doctum esse ex Carmeliteum Ordine, *Felicem Buy* dictum, quem ob singularem doctrinam prolixe commendat. Sal Indicum saccharum dictum esse p. 32. observat, quod olim Medici in medicamentis suis componendis adhibuerint. Equitem de Meré maximis laudibus extollit p. 34, approbatque Menagii judicium afferentis, eum ob fortitudinem, ingenium, doctrinam ceterasque animi corporisque & fortunæ dotes, omnibus fuisse admirationi. Quam insatiatus florum amor nonnullos coperit constat, ut nimium eis pretium statuerent. Horum eum nemmo non rideret stultitiam, inventus nosnemo est, qui eleganti otatione Latina illorum causam ageret. Hanc in linguam Gallicam translatam integrum Anctor exhibit p. 36 & sequentibus, ingeniosam profecto & lectu perquam jucundam. Pasquierum ad uxorem suam garrulam & admodum loquacem, dicere consueville memorat: *scire tuum nibil est, nisi te scire id sciatur alter, p. 51.* Sfortiæ Pallavicini librum de stilo & dialogo commendat p. 54: dubitat tamen, an ipse Pallavicinus in historia sua concilii Tridentini, præcepta de stilo historico semper observaverit. Eidem tamen Maretum Antonium Muretum reprehendenti, quod profanis gentilium vocibus religionis Christianæ mysteria expresserit, ut filio elegantiam conciliaret, prorsus suffragatur. De scriptoribus historiæ Auguste ita censet, ut pleraque eorum monumenta pro satyris potius & libellis famosis habeat, quam historiæ bona fide scriptiæ. Inter historiæ autem Byzantinæ scriptores, paucos itidem ocurrere, qui lectu digni sint. Excepit tamen Procopium, Annam Comnenam, & Chalcocondylam, quos sua minime privandos laude censet, p. 56, 57. Museum Wormianum, tum ob rerum præstantiam, tum maxime ob Latini sermonis puritatem & elegantiam, maximopere commendandum censet. Medicis item simul & Jureconsultis hanc laudem trahit, quod puro castoque utplurimum utantur sermonis genere, quo-

quoties Latine scribant. Inter alia autem rariora & hoc Wormius docet, mala citrea aliis malis citreis velut prægnantia interdum reperita esse: ait hoc jam ante Wormium Daldio observatum esse; telle quoque Johanne Baptista Ferrario, in quibusdam Italiz partibus haud esse infrequens, Noster autumat p. 59. Inter peritisimos Gallicanæ lingue magistros refert Felibianum (Felibien) patrem p. 64, qui etiam scripta Abbatis Trappensis, ob morum, quam præ se tulit, sanctitatem longe celeberrimi, ad purioris elegantiorisque stili leges emendaverit. Hujus historiam pictorum ita laudat Noster, ut qua stili elegantiam, qua narrationis suavitatem, nullum temere cura ea comparari scriptum posse, pronuntiare nullus dubitet p. 64. 65. Incommoda, quæ ex nominibus propriis civitate Latina donatis ori- antur, eleganter edifferit sub lepido figmento, cui titulum fecit: Sedi- tio nominum proprietariorum Latina civitate donatorum (*Revolte des Noms propres Latinisez*) p. 67. seqq. Tillemontii diligentiam & dæ- ßauer singularem merito commendat, dubitat tamen, annon satius fuisset, quos concinnavit civilis ecclesiasticaeque historiz commen- tarios, Latino sermone exhibuisse, p. 92. Genealogiam inclutæ gentis Vassæz (de Vassy) sistit p. 92. seqq. De Ægidio Menagio dum verba facit, p. 113 haud dissimulat, inter reliqua ejus scripta cum primis sibi placere libellum, ut vocat, supplicem Lexicorum (*la requête des Di- tionnaires*) quod omnium sit lepidissimum. Mirum itaque merito esse, exlusum ob hocce scriptum Gallicana Academia esse Menagi- um, quod ad eam aditum illi munire debuisset. Huic porro, inquit, si addatur Mamura, Metamorphosis Montmorii in psittacum, & e- pigrammata quædam Latina, cum observationibus in linguam Galli- canam, quæ itidem laudem merentur, cetera Menagii non adeo ma- gni momenti sunt, p. 113. An odoratus quoque, ut ceterorum exter- norum sensuum imagines, in somniis recurrent, disputat p. 113, & licet illis, qui hoc negant, non adstipuletur, rarius tamen hoc contin- gere, quod cerebrum non tam vehementer odoratu quam reliquis sensibus percellatur, contendit. Quam veteres in magnete vita agnoverunt, quod reconciliat maritos, augcatque gratiam & deco- rem in sermone, eam hodie prorsus ignotam esse monet p. 115. Dum ex Julii Casserii Placentini, Philosophi atque Medici Patavinij, de vo- sis auditusque organis Historia quædam recenset, laudat cun-

primis eorum institutum, qui unius humani corporis partis anatomiæ industriam suam consecrarunt p. 122. Quod a nonnullis narratur, Abbatem Trappensem Ranczum, cuius supra mentionem injecimus, ad sanctiorem vitæ rationem aspectu capitis illustris fæminæ de Montbazon a corpore abscessi, ut hoc eo commodius sarcophago plumbeo condi posset, inductum fuisse, inter fabulas refert p. 126. Quantopere fallantur, qui eos, qui juventuti erudiendæ operam narrant, pedantismi argunt, docet p. 132. Pium IV Pontificem communionem sub utraque specie concessisse, constitutione peculiari istius Pontificis probat Pelissonius in libro de tolerantia Religionum, quam defumisit Abbas Boissotius ex commentariis manuscriptis Granvilliani. Rationibus, quibus idem Pelissonius sanctionem istam & editam & executioni mandatam fuisse, evincere contendit, hanc cumprimiti addi posse monet Noster, quod in Jacobi Luckii Sylloge Numismatum elegantiorum, quæ diversi Imperatores, Reges, Principes, Comites, Republicæ, diversas ab causas, ab anno 1500 ad annum usque 1600 eudi fecerunt, duo exhibeantur nummi sub titulo: *Nummi memoria dicati, cui post calicis usum in sacra cena Ecclesia Austriacis a Pontifice permisum anno Christi 1564.* p. 136. Prodiit Tolosæ anno 1621 liber sub sequenti titulo: *Guilielmi Adær Medici Enarrationes de agroti & morbis in Evangelio. Opus miraculorum Christi Domini amplitudinem Ecclesie Christiana elatum.* Tolosæ M. DC. XXI. Eruditione multiplici & curiosa referatum huncce librum dicit, ast simul addit, se accepisse, scriendum eum: auctori fuisse, ut palinodiam caneret, & retractaret sententiam, quam ante peculiari scripto defendebat, morbos quos Servator sanavit, remediis quoque, quæ natura suppeditat, pelli potuisse, p. 153. In insignibus Regum Sueciæ tres coronas fuisse jam ante, quam sub Margarita cum Dania & Norvegia Suecia regnum conjungeretur, ex aummis antiquis Suecorum probat p. 168. De Ordinibus Equestribus Suecorum, Seraphico, Ensifero, Brigittino, S. Salvatoris ab Agno Dei, verba facit p. 169. Angelum Gabrielm, nobilem Venetum, elogium: *Nihil scripsisse constat.* Hoc ex lingua Italica in Gallicanam translatum, integrum exhibet Noster p. 170. & sequentibus. Titulus hujus elogii est: *L' Elogie d' illustre Rien,* ingeniumque auctoris acutum pariter ac lepidum satis demonstrat. Librum: Johannis

nis Baptista Ferrarii Senensis, cui titulus : *Hesperides sive de malorum aureorum cultura & usu, utilem & curiosum vocat p. 184.* & ob argumenti affinitatem ei jungi posse dicit odas Latinas, quas Dn. le Roux composuit, quasve integras inserit huic operi Auctor, sub titulo: *Hortus Hesperidum, sive citri arboris origo, decus, laus, cultus,* p. 185. seqq. Finem de iisque huic tomo tertio Auctor imponit additionibus quibusdam & correctionibus trium istorum tomorum, qui hactenus prodierunt. Ex his pauca tantum delibabimus. In tomo primo Auctor recensuerat eos ex Ordine Benedictinorum Congregationis S. Mauri, qui in Patribus edendis strenuam operam naverant: hic de reliquis virorum hujus Ordinis scriptis agit p. 204. seq. Verba itidem fecerat in tomo I de viris doctis, qui ab Ecclesia Reformata ad Romanam transierunt. His nunc Hieronymum Vignierium & Ismaelem Bullieldum addit, utriusque commendans eruditionem singularem p. 214. 215. Stephanum Baluzium in praefatione libri de Vitis Paparum Avenionensium, Italos accusasse dicit, quod omnem morum pravitatem & impunitatem in Galliam induixerint. Atque hanc forte causam esse conjicitur, quod hic liber in Indicem expurgatoriorum relatus sit p. 229. Judicium suum de Johanne Launoio, quod interdum malam causam nimis pertinaciter egerit, contra censuram Diarii Parisiensis defendit p. 220. seqq. In Gregorium Leti aeri censura invehitur p. 231. De ventriloquis differit p. 249. seqq. & rejecta sententia Casserii, Daemoni hoc tribuentis approbat contra Ammani, naturali ratione hoc contingere posse afferens. Et haec quidem hac vice observare nobis visum fuit.

*JO. FRANCISCI BUDDEI P. P. INTRODUCTIO
ad Historiam Philosophie Ebraeorum. Accedit Dissertatio de
Heresi Valentiniiana.*

Haec Saxonum typis & impensis Orphanotrophii Glaucha-Ha-
lensis, 1702, 8.
Alphab. I, plag. 16.

Prima haec operis, quod celeberrimus Auctor, nosfer in colligen-
dis Actis. Socius solertissimus, molitur, pars est, gentisque E-
brae Philosophiam tradit, & quæ ejus origines, quæ denique vi-
cissitudines, tum vero & sententiarum ratio ac summa fuerint, ac-

curatissimo studio persegitur. Cum enim ab ineunte ætate illi se dedisset studio, quod res & fata Ecclesiæ Christianæ complectitur, tum tempestive intellexit, historiam philosophicam adeo arcto & quasi nativo vinculo ei innexam esse, ut altera harum scientiarum siue altera consistere nequeat. Id confidenter assertit, & serio testatur, nullam unquam hæresin ortam esse, aut ejus contagionem longius emanasse, quæ non certæ cujusdam sectæ philosophos aut adjutores habuerit, aut propagatores. Unde multum referre existimavit, si veri hujus rei fontes aperirentur, totque errorum ac controversiarum magna sæpe animorum contentionе agitatarum scaturigines recluderentur. Quæ destinata isto potissimum modo expediri posse judicavit, si per omnes philosophorum & veteres & recentiores sectas iret, fatisque, sectatoribus, & doctrinis enarratis, quid commodi in eorummodive in ecclesiam redundantarit, subjecta singulis sectis de præcipuo quodam historiæ ecclesiasticae capite dissertatione, demonstraret. Neque fecellit Virum ingeniosissimum sententia, quandoquidem hoc ingressus iter, res Ebræorum philosophicas feliciter expedivit, atque adeo ad reliqua rite perficienda viam munivit. Quod institutum, dato commemorandi loco, plenius deducemus, susceptique laboris imaginem velut quædam de pingemus, ut dilucidius constet, quam rationem tenuerit clarissimus Buddeus.

p. 1, 3.

Duo autem maxime hic persegitur, fata nimirum Philosophia Ebrææ, & summa sententiarum capit. Quod ad primum attinet, altius ejus initia repetit, & ab ipso Adamo arcet, ita tamen ut sciens prudensque ab illorum sententia discedat, qui existimant, Adamum omnium, quæ hodie obtinent & circulum eruditio[n]is absolvunt, artium ac disciplinarum peritissimum fuisse. Præterquam enim, quod multa ibi reperiantur inutilia, multa quoque nonnisi plurium seculorum experientia constare ait; ut adeo a vera illa & genuina, qua Adamus primum instructus fuit, sapientia ultra se distinguant. Inde Adami posteros persegitur, & quantum a vera æternaque sapientia abierit Cain ejusque progenies, petitis & sacro codice exemplis declarat. Rectius sensisse Sethum ejusque posteros, in iisque Enosum, Enochum, Noachum, Semum (nisi quod hujus proles, atque adeo patres Chaldaei paulo post a pura clementia sapientia defeccerint, sicut ex Jos. XXIV, 2 probat) Abra-

p. 4.

p. 5. seq.

hamum, Isaacum, Jacobum, & Josephum maxime eminuisse, certisque lumen quasi quoddam pietatis & sapientiae prætulisse. Et p. 20. seq.
 ad Josephum quod attiner, non dubitat, quin Ægyptiorum philosophi multa rectius ab eo fuerint edicti: nec forsitan alia de causa sacerdotis Heliopolitani filiam in matrimonium eum duxisse ait, quam ut arctior inter ipsum & sacerdotes, qui philosophi Ægyptiorum erant, intercederet amicitia; quam in rem Gen. LI, 45, & Psal. CV, 22 adducit. Minus autem recte illos existimare, qui confidenter adeo afferant, ipsum literas & mathefin invenisse, & in Ægyptum transtulisse. Nec firmo magis fundamento illos subniti, qui medicinæ peritiam ipsi tribuant, idque ex Gen. L, 2 colligant. Ex illo enim loco nihil aliud confici, quam medicinæ studia eo tempore in Ægypto floruisse, medicosque servorum loco fuisse. Eodem
 circiter tempore Jobum vixisse, de cuius historia statuit cum Spanhemio ac Witsio, eam vel a Jobo ipso, vel amicis ejus, quod ad substantiam attinet, sua lingua, id est Arabica vel Syriaea depictam, postea vero a sancto aliquo viro & Spiritu Dei prædicto plenius & eo,
 quo nunc habemus, modò, expositam esse. Clarius exsplenduisse Mosen, & ab ipso aeterno Numine præstantissimisque Ægyptiorum excultum, & divinarum humanarumque rerum, utpote chemiarum (quod ex Exod. XXXII, 20, Deut. IX, 21 contra Conringium cum Borrichio evincit) & reliquarum callentissimum evasisse, & editis libris innumera passim doctrinæ atque sapientiae documenta dedisse. Non minus post Mosen in gente Ebraea sapientiae studia viguisse, imo passim in facris literis peculiaria sapientiae domicilia, prophetarumque scholas commemorari, tandemque Salomonem, &c, cum magna Judaicarum rerum conversio facta esset, in ipsa Babylonie Daniëlem omnium oculos in se convertisse. Reddita patriis sedibus gente Ebraea, maxime Esdræ ingenium enituisse, de quo vulgo tradant, eum arcaniorem illam disciplinam, quæ orali, ceu loquuntur, traditione propagabatur, & Kabbala dicebatur, primum literarum monimentis complexum esse. Labem contra misignem veræ sapientiae adpersisse Samaritanos, eamque magnopere inquinasse, dum ritus externos & ceremonias nimis rigide observarint, peregrinasque sententias cum patriis doctrinis commiscuerint, & suscepimus idœ disputationibus digladiati fuerint. Quæ dum persequuntur,

p. 23.

p. 28. L.

p. 32.

p. 48.

p. 51.

p. 54.

tur, de Græcanica philosophia ejusque apud Ebræos sectatòribus tradit, quantumque damni sinceriori sapientia inde allatum fuit, exponit. Inter hos sectatores, qui & Hellenistæ vocantur, collocat duos Aristobulos, quoru[m] alter inter LXX interpretes ad Ptolemæum Philadelphum missus fuit; alter Ptolemæi Philometoris ætate floruit, ad quem proinde epistola a senatu populoque Hierosolymitano transmissa sit, quæ II Maccab. I commemo[re]tur. Id quod contra Huetium in Demonst. Ev. prop. IV aliter existimat[ur] evineat, & locum Eusebii lib. VII Hist. Eccl. cap. 26 vindicat juxta & explanat. His jungit Philonem utrumque, tum seniorem & Oniæ Pontificis coævum, tum juniores & Alexandrinum, illorumque accedit sententia, qui seniorem Philonem libri sapientia auctorem constitunt, iis potissimum rationibus inducti, quod dictionis genus in hoc libro usurpatum a scribendi ratione, quam Philo Alexandrinus tenuit, longissime recedat, multaque exinde depromserint auctores Philone juniore longe antiquiores, uti Barnabas & Clemens. Cui rei accedere ait, quod nec ab Eusebio, nec Hieronymo inter ejus scripta, quorum indicem isti vari conferunt, referatur: imo vero nondum certis indicis perspectum esse, an junior iste Philo Platonicus fuerit. Quibus ad liquidum perductis, de Pharisæis, Sadducæis (a quibus caute separandos esse monet Karaitas) Essenis, (quos per Therapeutas Philonis cum Th. Brunone intelligit, sed Christianos fuisse negat) scite commentatur, doctorumque virorum sententias invicem contendit, & sollicite exquirit. Progressus inde de Jeschua ben Sira, auctore libri apocryphi, qui Ecclesiasticus dicitur, differit, & a ben Sira secundo seu juniore, jam dicti ben Sira nepote (qui Ecclesiasticum ex lingua Ebræa in Græcam transtulisse fertur) nec non ab alio ben Sira Jeremiah Prophetæ, ut tradunt, filio tempestive distinguit. De ultimo ben Sira accipi vult Talmudicorum decretum, quo suos ab ipsius libri lectione dehortantur. Nihilo ben Sira inferiorem fuisse Hillel[em] Babylonium, ex cuius schola prodierit celebris ille R. Schammai postea in Academiam præfectura Hillelis collega, sed diversa placita sequens; unde famosæ illæ apud Judæos, & perpetuo a se invicem dissidentes sectæ ortæ fuerint, Beth Hillel & Beth Schammai. De utroque & Hillele & Schammai quamplurima notata dignissima adfert,

p. 62. sq.

p. 174. sq.

p. 63. l. 67. l.

p. 78. seq.

p. 82.

ad fert, celebriorumque ex gente Hilleiana doctorum seriem ac successionem annexit. Hoc vero se invicem ordine excipiunt: (1) Hillel senex, seu Babylonius. (2) Rabban Simeon senex, qui Christum ulnis exceptit. (3) Rabban Gamliel seu Gamaliel; Pauli praeceptor. (4) Rabban Simeon a Tito occisus. (5) Rabban Gamliel dictus Janensis, qui primus post devastationem templi secundi cum Rabban Jochanan ben Zachai in urbe Janne Academiam rexit. (6) Rabban Simeon filius Gamalielis Jannensis, qui in urbe Zippori (Sephora) quo translatum fuit Synedrium & Academia, floruit. In eo desuit titulus *Rabb an.* (7) Rabbi Judas Nasi, cognomento *Rabbenu Hakkadosch*, Rabban Simeonis filius, auctor libri Mischnajoth. (8) Rabbi Gamliel tertius, Nasi filius. (9) Rabbi Judas Hannasi, filius Gamelielis tertii. (10) Hillel Hannasi, filius Judæ Hannasi, in quo principatus Academie, per decem generationes in familia Hillelis continuatus, desuit. Hæc postquam expedivit, de Christo accuratissimo vera sapientia instauratore ac interprete refert. Qui tantum abest ut pertinacia Judæorum ingenia emollire potuerit, ut potius isti traditiones suas corruptas servarint, quas R. Jehuda Hakkadosch, qui circiter A. C. 150 floruit, uno volumine, cuius titulus *ספר משניות*, *lex secundaria*, vel si mavis, *liber traditionum*, complexus fuerit. Postea R. Jochanan explicationem Mischnæ, circa A. C. 230 adornasse, & licet natum *Talmud Jeruschalmi* seu *Hierosolymitanum*, qui commentarius Gemara seu *τιλείωσις* appelletur. Idem institutum tenuisse Babylonicos, inter quos Raf Ase A. 367 novam Gemaram conjectare instituerit, quam telam morte ejus interruptam pertexuerit atque absolverit A. 500 Raf Abina. Aliam pauciam viam Akibham, R. Schimeonem, R. Nechonian ben Hakkanna & reliquos iniisse, qui secretioris Ebræorum Philosophia seu Kabbala placita scriptis fuerint persequuti: nec declinasse non a majorum instituto R. Chananeel, Raf Nissim, R. Salomonem Jarchi, R. Abramatum Aben-Esra atque alios, & in his maxime Maimonidem, qui Aristotelicam philosophiam sequuti, eoque ipso Arabes imitati sint. Prudenter autem graviterque præcipit eruditissimus Buddeus, ab eo tempore diversas philosophandi rationes, quas ad hæc usque tempora tenuerint, invaluisse, ita ut alii religiosis suis summam capitibus aliquot incluserint; alii Scripturam

p. 86. f.

p. 39.

p. 93.

p. 97.

p. 99.

p. 102. f.

p. 114. f.

p. 135.

sacram enucleatint; alii Talmudis studio se consecrarent; ali Rabbalistica arcana rimati fuerint; alii denique Aristotelicam sectantes Philosophiam, Legica, Physica, Ethica, Metaphysica compendia concinnarint: de quibus omnibus eleganter disputat, & solerter pronunciat, libris insuper huc pertinentibus exquisita industria commemoratis; ut adeo Introductio in Bibliothecæ Rabbinicæ vi-

p. 176.

com illis inservire queat, qui rariori Bartoloceii opere deſtituntur. Speciam de Aristotele commemorat, cum tanto loco & numero apud Judæos fuisse, ut illi non solum ejus libros (quorum titulos Ebraicos ex Bartoloccio ficit) fere omnes in Ebraeam linguam trans-

tulerint, sed præterea tradiderint, ipsum proselytum factum esse. Ut vero etiam Kabbalistici libri iusto ordine consignati legantur, non solum p. 144 seq. Hottingeri indicem exhibuit, sed emen-

davit quoque, & insigni accessione locupletavit. Monet vero, plorosque Judæorum ad ratiocinandum esse ineptos, & paucos ex re-

centioribus, præter Isaacum Abarbanel atque Menasch ben Israel, in hoc genere aliquam laudem consequutos esse. Tandem de Christia-

p. 179. seq. nis Kabbalisticæ doctrinæ restitutoribus, Jo. Pico Mirandulæ Comite, Jo. Reuchlino (qui admodum sobrie & prudenter in hoc negotio,

p. 209. seq. pronunciante ita celeberrimo Buddeo, versatus est) Henrico Moro, Christiano Knorio a Rosenroth; nec non Philosophicæ Mosaicæ in

p. 245. seq. gentilium Philosophicæ locum substituendæ auctòribus Jo. Amos Comenio, & Jo. Bayero lycei Eperiensis Rectore, copiose & elegan-

tissime commentatur, coque ipso primæ parti finem imponit. Altera hujus Introductionis pars philosophicæ Ebraicæ tum *acrosticica* seu Kabbalisticæ, tum *exotericæ* seu Mosaicæ summam exhibet, cumque omnia ita comparata sint, ut a lectore ipso considerari & penitus cognosci velimus, hanc in rem dicta de industria & con-

sulto præterimus. Id restat, ut adjectæ dissertationis præcipua ca-

pitæ referamus, & quid præterea definitum pronunciatumque ab Au-

torre fuerit, paucis enarramus.

Egit vero hoc potissimum eruditissimus Auctor, ut ductis altius ini-
tiis sectæ totius originæ, progressum & reliqua explanaret, & quæ
maxime Valentinianorum sententiaz fuerint, & a quibus petitæ, prode-
ret accurate ac explicaret. Et quod ad errandi materiam attinet, fixum
deliberatumque ipsi est, non ex philosophia ethnica, sed Kabbala na-
tum esse, atque adeo illos, qui alter statuerint, perperam existimasse.

Id

Id quod ostendit & scite conficit, quando Kabbalistarum ac Valentianorum placita invicem contendit, mutuamque similitudinem ac aequalitatem demonstrat. Ita vero existimat: (1) omnem Valentianorum doctrinam in duas partes abire, & vel ad genealogiam Aeonum, vel ad rerum spiritualium & materialium mundos referri, & proinde respondere duplici Kabbalistarum philosophia, doctrinæ Sephiroticæ, & de quatuor mundis, Aziluthico, Briathico, Jezirathico, & Asiathico. (2) Valentianos mundum Aziluthicum, Deum resque divinas complectentem, *Pleroma* vocare, voce ex *Coloff. II. 9* petita. (3) Sephiroth non incommodè etiam per Aenes exprimi. (4) Neque obstare, quod Valentiani interdum de Aeonibus suis tanquam de personis loquantur: nam & Kabbalistas Sephiroth interdum אֵנוֹת יְחִידָה personas vocare. Et quamvis (5) numerus atque ordo Aeonum & τῶν Sephiroth diversus sit, nec rite congruat, non tamen ideo hanc opinionem falsitatis coargui, cum ab ipsis Judæis tabulae Sephiroticæ variis modis exhibeantur. (6) Primordialem tetractyn Valentianorum nihil esse aliud, quam nomen tetragrammaton Ebræorum. (7) Valentianorum Aeonem primum, quo Deum invisibilem, sempiternum & ingenitum constituant, respondere Kabbalistarum primæ Sephiræ seu corone, quam *Eosph* vocant, neque a Valentianorum βυθῷ seu profundo diversum cognomen esse τὴν Kether Kabbistarum, fons sine fundo. (8) Valentianorum *Eunoian* seu *Sigen* esse uxorem τὴν *Arieh Anpin*, de qua tam frequens apud Kabbalistas sit disputatio. (9) In altera Syzygia Valentianorum mentem & veritatem, respondere secundæ ac tertiaræ Sephiræ Cabballistarum, sapientie & prudentie. (10) Agmen in Ogdoadie Valentianorum claudere hominem & ecclesiam, & proinde convenire cum τῷ βασιλεῖ seu regno Kabbistarum. Ecclesiam enim esse regnum Messiae, quod tamen simul etiam in singulis hominibus existat. Contra (11) Valentianos divina illa attributa, quæ in regnorum divinorum administratione sese exerant, & quæ varia constituant Kabbistaræ, in summam contrahere, & duo tantum, verbum necepe & vitam nominare. (12) Quæ Valentiani de nisi sapientia contemplandi Patrem, indeque refutante periculo, ne a lumine absorberetur, & restitutione tandem, & quæ reliqua sunt, dicant, ea ita constituta esse monet, ut protus iis respondeant, quæ Kabbistaræ de luminis divini sum vas

p. 463. seq.

sis communicatione, & vasorum quorundam, quod lumen divinum capere nequeant, confractione & restitutione ad nauseam usque disputent. (13) Quod porro de Iesu productione doceant Valentini, id capere se ait de anima Messiae, de qua similia fere referant Kabbalistæ, & quam cum Valentinianis Principem omnium Angelorum faciant. (14) De mundo Asiatico utrosque statuere, quod a spiritu quodam universalis conditus sit; (15.) Consentire & in eo, quod Iesus seu anima Messiae ad mundi aspectabilis creationem concurrevit. (16.) Utrosque tres hominis partes admittere. (17.) Malos genios pro abortivo & intempestivo naturæ factu habere & Valentinianos, & Kabbalistas. (18) Valentinianorum de Iesu, quem a Christo distinctum, at cum eo conjunctum fingunt, sententiam ex Ebraeorum opinione de anima Messiae ante orbem conditum a Deo producita, & maximis virtutibus ornata profluxisse. (19.) Duplicem animarum revolutionem, quam statuisse Kabbalistas in Introd. p. 359 seq. docuit, etiam Valentinianos afferuisse, atque affirmasse, hominem spiritualem, ceu semen sapientie in corpus ceu statum maxima imperfectionis démersum, ope Salvatoris inde liberari, magisque indies perfici, donec tandem in pleroma recipiatur, & ita ad Deum redeat. Denique. (20) utrosque magno consensu docuisse, finem mundo instare, eumque igne consumendum esse. Ulterius deinde sententiam suam munit, & allatis aliquot veterum ecclesiæ doctorum idem existimatim testimonius firmat, tandemque hoc argumento tuetur, quod Valentiniani ad traditionem, ceu genuinum & domesticum philosophia Kabbalistica fundamentum, provocaverint. Et quamvis nonnulli tradant, Valentinianos, qui se quoque Gnosticos vocarint, ab aliis Gnosticis nonnulla accepisse, non tamen id sententia sua obſttere aut repugnare, cum confessum sit exploratumque, Gnosticos illos Kabbalistica doctrinæ sequere perstudiosos fuisse. Reliqua, quæ de fatis hujus sectæ & ejus proinde affectis, quorum plerique peculiares sectas considerunt, Ptolomeo, Secundo, Héracléone, Márco, Colarbaso, Bardesane Sýro, Florino, vel, ut alii, Flóriano, Blastò, Theodoto, Tatiano & ceteris, (inter quos tamen non referri vult Ophitas, & Cainianos, nisi quod in peculiari Cainianorum secta, quæ Antitectorum nomina compellata fuerit, vestigia quædam Valentinianæ doctrinæ pre-

P. 473.

P. 478.

prehendantur) cum cura & solerter disputavit; ita constituta sunt, ut ab ipsis harum rerum amatoribus legi prorsus & omnino cupiamus. Ea solum, quæ de Justini Martyris cum Tryphone dialogo pronunciat eruditissimus Buddeus, præterire non possumus, quandoque p. 416. sequuntur ad controversiam, quæ non ita pridem mota fuit; intelligendum pernoscendamque pertinent, & ejus rationes explicatores redundunt. Existimat vero, illos rectissime sentire, qui contendunt, hunc dialogum sub Antonino Pio lucem aspexisse; quam sententiam ideo sequitur, quod in dialogo hoc testetur Justinus, se Imperatorem scripto quodam monuisse, Samaritanos aliquot Simonis imposturam credere. Cumque adeo in apologia, Antonino Pio oblata, ista legantur; non amplius dubium esse ait, quin tempore Antonini scriptus sit iste dialogus. Valentianos autem Justinus cognitos suis, facili negotio ex Tertulliano confici; qui contra Valentianos cap. V prodat Justinum contra Valentianos scripsisse; quod sine dubio eo in libro factum fuerit, quem adversus omnes haereses & sectas a se compositum Justinus ipse memoret. Nec prætereundum hic esse, quod Irenæus lib. III cap. III affirmet; Valentinum sub Hygino Romanæ urbis Pontifice, quem A. C. 140, & proinde secundò Antonini Pii Pontificatum suscepisse tradat Eusebius, Romam venisse, sub Pio crevisse, & usque ad Anicetum tempus suum prorogasse; hoc enim sibi velle vocem *παρθενικήν*, permanxit, duravit, vixit. Magis hanc opinionem firmari, si eam computandi rationem inire quis velit, quam tenuerint Pearsonius, & Dodwellius, quorum uterque afferat, Hyginum A. C. 122. 123. Episcopatum Romæ suscepisse. Quod vero assertum Tertulliani attineat, qui de Prescript. adv. Her. cap. XXX. scribat, Valentinum sub Eleuthero pro orthodoxo se gessisse, illud vel inquinatum, aut prorsus a vero alienum esse, idque egregie demonstrasse Tillemontum dans ses Memoires pour servir à l' Histoire Ecclésiastique T. II, Part. II, pag. 502 sequ. Nos immortale Numen rogamus & quiescimus, ut exquisitissima eruditio nis Viro perpetuum animi & corporis vigorem largiatur, quo pulcherrima destinata rite expedire, novisque adeo ornamenti & doctrinae præsidii orbem eruditum auspicato locupletare queat.

MELCHIORIS FRICCI MEDICI ULMENSIS TRACTATUS:
Medicus de Virtute Venenorum Medicarum.

Ulmæ impensis Authoris, 1701, in 8.

Constat Alphab. i. & plag. 5.

Cum ea hominum animis hactenus infederit opinio, venenum
 Crem esse maxime noxiā, & internecinū quāsi ac irreconcilia-
 bile gerere odium cum humana natura, nec quicquam boni ad ho-
 minis concedere sanitatem, factū esse videtur, ut multi Medicorum
 de venenorum natura deleteria & nocendi modo scriperint,
 nullus vero virtutem eorum salutarem, medicam, juvandi modum,
 & quomodo ex iis egregius remediorum apparatus comparari pos-
 sit, edocuerit. Nihilominus tamen, quod Barclajus de typo-
 graphia & pulvere nitrato judicavit, de venenis similiter dici potest,
 videlicet dubium esse, an major eorum vis in nocendo, an utilitas
 major in juvando sit. Hinc eam in se sumvit Vir Clarissimus ope-
 ram, & presentem de virtute Venenorū Medica conscripsit tra-
 etatum; in quo paradoxologice, & contra communem Medicorum
 opinionem, experimentis, rationib[us] & authoritatibus probatur, ve-
 nena interne & externe usurpata non esse noxia, sed præstantissima
 remedia, ac in morbis desperatis ultimum Medicorum & ægrorum
 refugium. Audit ergo Nostro venenum omne id, quod in parva
 quantitate magnas obtinet nocendi vires, estque vel *morbosum* seu
preternaturale, quod ex putredine & corruptione humorum pro-
 natum in modum fermenti hos corruptit, ulterius putrefacit, &
 in suam naturam convertit, atque miasma putridum, lomentum, &
 viscidum de se emitit; quale est venenum pestilentiale, febrium
 malignarum, dysenteriarum, variolarum, luis venerearum, leprarum, mor-
 sus animalis rabiidi &c: vel *naturale*, quod a rebus naturalibus sanis,
 incorruptis, in se perfectis provenit, sive sit minerale, ut arsenicum,
 lithargyrium; sive vegetabile, ut opium, cicutae; sive animale, ut
 cantharides; sive arte paratum, ut butyrum antimonii, Mercurius
 sublimatus &c. Hoc præcipue in partes solidas & nervosas cor-
 poris humani vim suam exorit, humorum vitia corrigit, eorum-
 que labem tollit, ac contagio potentissime resistit. Quoniam igitur
 non tota substantia, nec proprietate singulari, prout hactenus
 creditum fuit, spiritibus & humoribus inimica existunt, sed optulan-
 tur venena naturalia, (nam de morbosis sermo ipsi non est) inter re-
 media eadem recensere nullus dubitat, nec ullum vel maxime ne-
 xium

xium & vehemens esse credit, quod non etiam salubribus constet qualitatibus, modo robustioribus subjectis, justo tempore, & in exili dosi propinetur. Quanquam enim in parva quantitate venena dixerit nocere, hanc tamen vel relative considerat, quatenus cum aliarum noxiarum rerum quantitate comparatur, dum scilicet Mercurii sublimati scrup. i. maiores nanciscitur vires morbos producendi, quam eucumerum, piperis maxima quantitas ; vel absolute, dum drachma j. arsenici maximas turbas, nullas vero grana ejus aliquot in convenienti morbo propinata concitant. Quas autem quidam ad tollendas noxas adhibent præparations, & spagyricas venenorū resolutiones, vanas pronuntiat Author, cum non duplex eorum qualitas, prout communiter perhibetur, sed unica sit concipienda, qua sublata non remedium, sed merum cadaver obtinueris. Ceterum triplici modo haec & prodeesse ut remedia, & obesse ut venena dicuntur; quatenus scilicet vel virtute caustica & corrosiva, vel emetica & purganti, vel narcotica pollent. Hinc singulas venenorū species distinctis in capitibus examini subjicit Author Clarissimus, & incipiendo a corrosivis & causticis, quāka vocat arsenicum, venena Mercurialia, napellum, aconitum, cantharides, & scarabæos, ad emetica & purgantia progreditur ; cui classi annumerat euphorbiūm, esulam, elaterium, colocyonthidem, helleborum album, lapidem lazuli, nicotianam, lithargyrium & alia Saturnina ; & narcotica demum sūtit, ut opium, hyosciamum, papaver, cicutam, mandragoram, solanum, cynoglossam, nucem vomicam, & crocum : quorum omnium noxas, utilitates & antidota percenset. Ut unicū de his exhibeātū specimen, arsenicum dum commemorat, hoc improvide assūtum dolores atrociissimos, æstus internos, singultum, sītim incompsibilem, & alia gravissima symptomata vita hominem privantia inducere scribit ; quia scilicet particulis suis acutissimis & pungentissimis ventriculi & intestinorum membranas corrodit, lanoinat, perforat, & totum demum genus nervosum male afficit. E diverso variorum exemplis authorum probat, eximiā ipsius non externas solum, verum etiam internas esse virtutes, dum sanguinis coagulum lentum, viscidum, vel simplex, ut in obstructiōnibus, catarrhis crassis, asthmate pituitoso, humoribus duris, feirrhosis, scrophulis &c. vel cum malignitate aliquali in febribus intermit-

mittentibus, vehementiore, ut in peste, febribus malignis, leprosue venerea, conjunctum incidit, resolvit, atque sanguinem ab inquamentis repurgat. Antidotis loco præter clysteres & opiatas, commendata, quæ sua pinguedine, oleositate, & mucagine particulas ejus acutas infringere & obtundere valent; præ reliquis autem crystallum montanum ardorem & inflammationem ab arsenico inductam mitigare dicit. Coronidis loco venenorū exhibendorum necessitatem adstruit, atque dubium eorum, qui remediis tutioribus & infamia minus obnoxii idem, quod venenatis efficitur, præstari posse credunt, solvit, supponendo. 1) venena naturalia animali nocere, partes nervosæ & membranosa, citra notabilem sanguini & humoribus illatam noxiam, lœdendo. 2) Eadem vim suam deletieriam modo non occulto, sed manifesto, vel particulis suis acutis, vel exhalationibus fumosis exerere. 3) Vim hanc noxiā, utilem & medicam reddi, si a corpore in causam morbitificam convertatur, & quidem eo efficaciorē, quo 4) penetrantior ordinario reliquis est remediis, quibus utpote mitioribus, 5) causa morbitifica pertinax s̄pē non cedit; idque ex eo apparere, quod remedia venenata 6) extremis morbis destinari, & instar sacræ anchoræ Medicis esse advertatur; quibus accedit 7) quod venenatorum noxa per methodicam exhibitionem & accissam dosin impediri valeat. Quibus cunctis ut certior accedat fides, exemplis quibusdam dicta confirmat.

GODOFREDI KIRCHII OBSERVATIONES COMETÆ NOVI, habita Berolini a. d. 21 April. 1702.

POstquam Novellæ nuperæ diversis vicibus mentionem fecere Cometæ, in Italia aliisque locis visi; ubi commodum fuit, eundem Cœlo sereno solicite quidem, sed frustra quæsivi. Die vero 21 Aprilis, hora secunda matutina, cum intentus essem observationi stellæ mutabilis in collo Cygni, novus Cometa improviso se mihi prodidit inter caput Cygni & Sagittam; medius (quantum nudis oculis conjicere licuit) inter stellam, extremo rostri ipsius Cygni in Bayeri Uranometria, sed sine litera indice adscriptam, & δ Sagittæ, ad levam tamen pauxillulo porrector: γ Aquilæ, Cometa, & β Cygni itidem lineam rectam constituebant; distabatque Cometes a ζ , tertia circiter parte hujus rectæ, in vigesimo septimo gra-

gradu Capricorni cum declinatione Boreali 22 graduum; idque hora 3, 30 min. dictæ diei. Cauda destituebatur, quippe non procul ab oppositione Solis constitutus; magnitudine tamen exsuperabat Fixas primi ordinis, sed debili luce, veluti per erasiorem atmosphoram, prout fere Cometæ solent, splendebat. In sequenti nocte ecclum pluvium Cometam oculis subduxit. Postera, quæ 22 & 23 Aprilis intercessit, eundem celeri motu promovisse locum suum deprehendi. Dimidia undecima ortum versus jam probe conspicuus erat. Hora duodecima 33 min. a stellarum geminatarum, quæ in Bayeri Uranometria ante nasum Serpentarii collocata sunt, superiori, quæ major est, & distinctionis causa a me & nuncupabitur, partibus micrometri tubi bipedalis 256, hoc est 3 gradibus, 55 min. aberat; & magis magisque accedebat ad rectam & Serpentarii, quam tamen ante lucis exortum non contigit; utut ipsi & Serpentarii notabiliter propior factus esset. Hora tertia hujus noctis in 23 gradu Sagittarii constituit, 13 gradibus præter propter ab Äquatore septentrionem versus remotus.

Vigesimo tertio Aprilis vesperi sensibile decrementum magnitudinis atque atque motus Cometæ animadverti: lineam autem & Serpentarii longe transgressus, infra hanc ad dextram consistebat.

Vigesimo sexto Aprilis hora dimidia secunda præter propter, caput Herculis, & Serpentarii & Cometa in rectam extensa se præbebant: plura observare nubilo celo prohibitus sum. Cæterum Globo ad 65 gradum altitudinis Poli Borealis directo, & o gradu Scorpionis in ascendentे constituto, Horizontem ortivum orbitem Cometæ designare comperi.

Vigesimo octavo Aprilis hora nona, 45 min. Cometa a & Serpentarii, 208 partibus micrometri, h. e. 3 gr. 10 min. 51 sec. distabat; quem situm etiam hora duodecima obtinebat. Hora duodecima, 10. min. a & Serpentis 202 partibus micrometri, seu 3 grad. 5 min. 21 sec. aberat, mole corporis valde jam imminutus.

Primo Maij hora decima, 15 min. 96 part. micrometri (i grad. 28 min. 4 sec.) a stella & Serpentis ad dextram remotus erat: ab hac itidem ad dextram, stellulam 136 part. microm. (2 grad. 4 min. 48 sec.) distantem notavi, a qua Cometa hora undecima, 56 part. microm. h. e. 51 min. 23 sec. elongabatur.

Quarto Maji (intermedio enim tempore nubes ecclum intercepere)

pere) Cometam non jam amplius nudo visu perceptibilem, sed ius
beneficio, & valde tenuem, infra Serpentis stellam μ sinistram ver-
sus offendit: distantias ejus, quas tam temporis ab una alteraque Fixa-
dimensus sum, alibi pro determinando illius loco referre constitui.

Quinto Maji, aere Lunaribus radiis undiquaque illustrato, se-
nescerentem Cometam ægre detexi: tantæ tunc raritatis is erat, ut,
quanquam magnitudinis non omnino contemnenda, nebulæ aut fu-
niæ instar mox disparitus videretur. In sequentibus noctibus nihil
eius porro deprehendere licuit.

*PHARMACOPOEIA EXTEMPORANEA: SIVE
Præscriptorum Sylloge. Per THOMAM FULLERUM.*

M. D.

Londini apud Sam. Smith & Benj. Walford, 1701, 12.

Constat plagiis diuidiatis 24.

Qui omnem ætatem ægrotis curandis transgit clarissimus Au-
ctor, nunc dum ætate ingravescente, abdicato laborioso vi-
ta genere, quieti se tradidit, non desinere tamen voluit prodesse a-
liis. Itaque insignem opusculo hoc collegit publicoque usui ex-
posuit Præscriptorum Medicorum farragineum, a semet partem ma-
ximam praxi propria longoque usu probatorum, partim etiam pe-
titorum ab amicis, aut ex optimæ notæ libris deceptorum. Exhi-
bentur Præscripta ordine alphabetico, subjectis cuiusque viribus vir-
tutibusque genuinis, dosibus etiam & modo operandi. Præscripta
ipsa index morborum excepit, quibus illa medentur, ordine item
alphabetico. Ipse vero in Præfatione Lectorem de tribus præcipue
monendum censuit; primum, quoad Materiam Medicam, eo se
collimasse, ut præteris maxime efficacia, tutæ, jueunda & faci-
le parabilia eligeret; dein, quoad Formulas, simplicium, quantu-
res tulerit, paucitatem, proportionem exactam, totiusque con-
cinnitatem ubique adhibere se conatum; denique remediiorum mul-
titudini ac varietati operam se dedisse. Nec enim probari sibi innu-
it aliorum institutum, qui Materiam Medicam intra arctos adeo li-
mites contraxerint, ut quinque vel sex simplicibus & paucis nume-
ro Formulis innixum, profligandis morbis omnibus parem putarint.
Hoc enim eo ipso, licet inopinato, artem præscribendi tam tritam-

que-

MENSIS JUNII A. M DCCII.

459

queritur omnibusque obviam reddidisse, ut prostituatur jam apud
vulgus & plane praefanetur.

MEDICAMENTORUM EUPHYSIÆ THESAURUS,
succincte comprehendens ad omnes fere morbos expertaneæ
non specificæ Reremedia. Opera & cura JOAN-
NIS CRUSI.

Londini, apud Sam. Smith & Benj. Walford, 1701, 12.
Constat plagiis dimid. 13.

Dem Auctori quoque huic, quod *Fullero*, propositum, prodesse
Inempe aliis, & propinare medicamenta morbis quibusque miti-
gandis tollendisque. Verum longe simpliciorem *Crusus* viam in-
gressus est, nec medicamenta porro pose composite, aut e longinquœ
petita, magnoque ex Pharmacopœorum officinis ære redimenda, sed
e solo regno vegetali deponpta, velut plantas earumque deco-
cta, adeoque cuivis facilis negotio nulloque sumptu parabilia exhibet.
Quorsum respexisse etiam Londinenses librorum Medicorum
Censores videntur, dum in approbatione libello præfixa, non prorsus
indignum judicarunt, quin juniorum rurique degentium Me-
dicorum gratiam typis mandaretur. Cæterum ea Auctor usus fu-
methode, ut ordine alphabetico morbos nominet, singulis iuxta-
q[ue] ejusmodi remedia subieciet, adscriptis ubique Medicorum, a
quibus commendata fuere, quos inter frequentissima beati Ettmül-
teri nostri mentio est, nominibus.

CONRADI SAMUELIS SCHURZFLEISCHII POE-
mata Latina & Graeca, una cum quibusdam Inscriptiōibus,
collecta, conquista & simul edita.

Vitembergæ apud Gottfr. Zimmermannum, A. 1702, in. 8.
Constant Alph. 1, plaq. 7.

*M*agna Poetica vis est & utilitas, neque aliter quis orationis
prosæ numerum, nexusque dignitatem, & in diendo acumen
consequatur, quam illius ope & præsidio. Id solum interest, quod
plures de varijs carminum generibus pronuncient & apte differant,
pauci facili promptoque ingenio versus componant. Unde tanto
magis estimandi illi sunt, qui & rectissime de pœnæcos natura judica-

re possunt, & carmina scite condunt. Eminet in hoc genere, & facile familiam dicit inter Græcos Homerus, quem accurato studio consecutus est apud Latinos Virgilius, tantumque effecit, ut non omnibus solum partibus principem Græcorum exæquasse, sed in plerisque etiam vicisse magno eruditorum consensu dicatur. Proxime ab his absunt recentiores, præsertim Hetrusci: neque plane hæc gloria defegari debet tum Cisalpinis aliis, tum Germanis quoque, & inter hos Saxonibus, qui ab instaurato literarum cultu in istius laudis certamen venerunt, & scitos venustosque Poetas dede-gunt. In quorum sinu educatus (natus enim est A. 1641 Corbaci in Comitatu Valdeccia, ibique a Patre V. C. Joanne Schurzfleischio, sollicite institutus, & ad elegantias Romanas Græcasque diligenter effectus) *Conradus Samuel Schurzfleischius*, Polyhistor clarissimus, cum & artis indolem calleat exactissime, & ipsem et carmina eleganter scribat, & proinde ab accuratis harum rerum existimatoribus magno loco & numero habeatur, non possumus non, quin doctissimis viris juvenibus, M. Samueli Knauthio, & Antonio Samuela Ludovico, gratias communis reipublicæ literaria nomine agamus, quod conquirere ista carmina, & Viro summo, variis de causis reuerti repugnantique, extorquere velut & exprimere, iisque eruditum orbum donare voluerint. Ita vero institutum suum moderati sunt, ut in quindecim classes & partes universa carmina dispe-scerent, comprehensis simul inscriptionibus nonnullis non minori ingenio concinnatis. I. silit Hymnos sacros Natalitios. II. Pascha-les. III. Pentecostales. IV. Angelorum festo decantatos. V. Epi-thalamia, quorum primum excelsissimis nuptiis Caroli Guilelmi Principis Anhaltinorum, & Sophiæ Saxonicae stirpis Principis, dedicatum est. VI. Gratulationes auspicales, in eorum gratiam, qui novis officiis muneribusque aucti sunt, scriptas. VII. Gratulationes Academicas, iis, qui in Academia honoribus inactati sunt, oblatas. VIII. Elogia literaria disputantium partes obeuntibus consecrata. IX. Propemptica. X. Epicedia. Primum istorum dedicatum est memoriae & honori ultimo illustrissimi Henrici Frisi, Lib. Baronis & Potentissimi Saxonicae Electoris Comitis Senatusque sanctioris Principis, quem magnopere luget, eo que non obscure testatur, quantum illustrissima Frisia gentidebeat. Plurium præterea docto-rum.

rum virorum obitus celebrat, & carmine persegitur, e.g. Jo. Erici Ostermanni, Consiliarii Saxonici, & Græcarum literarum Vitembergæ Professoris Publici; Jo. Antonii Schurzfleischii, V. C. & Principis Valdeccii Archiatri, Fratris sui A. 1676 defuncti; Martini Knorrii Mathematum inferiorum in Academia Vitembergensi Professoris celeberrimi, & aliorum. Comparet inter alia quoque epitaphium, quod Patri V. C. Jo. Schurzfleischio, Philosophiæ Doctori, & Gymnasii Corbacensis Rectori, pietate & officii religione ductus posuit. Est vero tale:

Cui Vildunga dedit cunas, Sosatia mentem;

Formavit teneram, primaque signa tulit.

Inde novas studii curas Hildesia poscit,

Major at auspicio Julia plura dedit.

Præmia Marpurgum tribuit, laurumque sacravit,

Et virides hederas munera Naiadum.

Corbiaci vixit, docuit, cineresque reliquit,

Ipsa senis dotes patria grata canit.

XI. *Sylvulam variorum.* XII. *Carmina Græca, Latina versione addita, ex quibus patet, Græcam quoque majestatem in Schurzfleischio nostro summa scribendi lumina & ornamenta habere.* Primum ex his, idque prolixum & ad Homeri Cointique imitationem effictum, in Serenissimi Sax. Electoris Jo. Georgii III, memoriam scriptum, & a M. Martino Severino, Lucca Lufato, publice quondam in Academia Vitembergensi recitatum est. Ubi res gestæ factaque Divi Principis studiose recensentur, dignisque laudibus, quæ in Achilleum Saxonicum conveniunt, summa animi religione exornantur. XIV. *Inscriptiones Græcas.* XV. *Inscriptiones Latinas.* Duæ priores Serenissimorum Saxoniae Electorum, Jo. Georgii III, & Jo. Georgii IV memoriam servant; reliqua aliis destinatae sunt. Comparet inter cæteras quoque Inscriptio dicata Antonio Veckio, Saxonæ Electoribus a consiliis & epistolis, qui A. 1623 natus fuit in montibus Sudetibus, obiit A. 1680 Budissinæ in Lusatia. XV. denique Appendicem carminum serius exhibitorum sistit, ex quibus legi in primis merentur, quæ Divis Principibus Electoribus, Mauritio & Augusto sacra esse voluit, ubi multa historiæ capita illustrantur. Variis autem carminum generibus usus est: mox elegos condidit, mox

Kk. 3,

alios

alios modos exprimere studuit. Ubique sermonis ubertatem, descendique elegantiam, & compositionis venustatem assequutus est, & veram illam reconditamque pangendi carminis viam tenuit. Tandem universa hæc carmina claudit epigramma ad Phœbū, quo studio Poetico publice & solenniter nuncium remittit, solique Historia se addicit, eumque animum stabilem firmumque retinere velle testatur.

AN ACCOUNT OF LIVONIA &c.

i. e.

NARRATIO DE LIVONIA, UNA CUM HISTORIA originis, progressus & interitus Ordinis Teutonici Mariapie, nec non de Ducatibus Curlandie & Semigalliae & de districtu Piltensi.

Londini apud Petrum Buek, A. 1701, 8.

Constat pl. 22.

Inde ab anno 1695, quo Christianus Kelch *Historiam Livoniae* Carolo XI Suecorum Regi consecratam edidit, res Livonicas, præter Autorem nostrum anonymum, quantum quidem nobis constat, descripsit nemo; nisi quod *Historiam speciatim Ensignorum Ordinis Teutonici Livonorum* eodem anno, quo hæc ipsa Anonymi Narratio prodit, Henricus Leonhardus Schurzfleischius, Vir Clarissimus, & in Ilustri Wittebergeni Academia Historiarum Professor, publici juris fecit, in Actis ejusdem anni mense Aprili a nobis commemoratam & ex merito laudatam. Scripta est autem hæc, quam exhibemus, Historia per modum epistolarum familiarium, quas dedisse videtur Auctori ad amicum, cum ipse vel in Livonia Curlandia, vel in itinere sua cum Legatis Friderici Wilhelmi, Ducatus Curlandie & Semigallie heredis, mortem Patris A. 1698 passim in aulis Germanie Principum & apud Belgas nuntiantibus versaretur; unde factum, cum Auctori otium non esset epistolas in ordinem colligendi vel emendandi, ut & quedam extra ordinem dicta reperiantur, & multe in fine subjungantur, quæ ad Principes Germanie spectant, coque ab ~~Historia~~ aliæ sunt. Ut vero ab ovo oritur Nostræ, multa profert Ep. I, unde Septentrionali mundi plaga

gem mature inhabitatam fuisse probet. Laudat enim magnopere aeris salubritatem & fertilitatem, cuius causas in Ursam maiorem confert; quarequidem hujus sideris virtutes nec Germani veteres ignoraverint; qui illud ab Heroe suo *Curram Arminii, Hermans Wagen/ cognominare dignati sint.* Dum vero de Germanis agit, atque in iis, prater hospitalitatem & formæ decus, fortitudinem quoque commendat, Equitum Teutonicorum mentionem facit. Quorum cum pars concesserit in Livoniam, Ep. 2. de Livonia dicere oritur; cuius vox originem cum vetustissimis *Livonia Régulis*, tunc maxime mercatoribus Brethrenis A. 1158 in eas terras conjectis tribuit, quibus cum admodum arriserit ea regio, vocari vulgo cooperit *bret Lieve-Land.* Exinde veterem imprimis Livonorium historiam percenset, & nunc a Danis, nunc Suecis Gothisve vicos, iterumque libertatis redditos döbet. Paulo autem proprius Ep. 3. ad recentiora tempora accedit, ubi quemadmodum ad Christianam religionem pervenerint Livoni, & ut Episcopi eam provinciam jure feudi ab Henrico VI & Friderico II Imperatoribus obtinuerint, additis diplomatis, quæ Schurzfleischius quoque sub finem libri laudat apposuit, prolixè probat. Tum ut institutus A. 1204 Equitum Ordö, & dedicata B. Mariae Virginis provincia fuerit, refert, & Equites ait rectius Ensiferos a longis gladiis, quam Templarios vocari, qui ut ab his differant, accurate describit. Tandem addit, ut Ensiferi, cum res eorum inclinassent, A. 1238 uniti fuerint Germanis Equitibus Marianis, atque inde uterque Ordö non minus in Borussia quam Livonia prospere res suas gesserint; donec deficiente virtute uterque desiceret. Inde Ep. 4 de Equitum Marianorum in Borussia Magistris, speciatim de summo heroe Hermanno de Salza, agit; pariterque in Ep. 5 res passim ab Equitibus Ensiferis in Livonia eorumque Magistris gestas recenset. Sigillatum vero de Waltero Plettenbergio disserit Ep. 6, ejusque victoriam a Moscovitis a. 1500 reportatam ex Leundavio eo prolixius describit, quo minus eam Anglia innovasse putat. Tum vero Ep. 7 causas allegat, quæ Ordinis maturarent interitum, & apte describit, quo pæcto anno 1561 major Livonia pars ad Sigismundum Augustum Poloniæ Regem, cetera vero ad Ericum XIV Regem Sueciæ pervenerint. Exinde quæ acciderint inter Suecos, Polonos & Moscos; recenset Ep. 8, ubi eum per occasio-

nem, Ericum Suecix Regem a fratre Johanne in vincula conjectum refert, duas illius ad hunc literas inserit, quatum alteri hoc modo subscriptum legitur: *Vestra Serenitatis frater miserrimus Ericus.* Pari modo Ep. 9, quæ inter gentes illas ab a. 1570 ad a. 1574, rursusque Ep. 10 quæ inde ad a. 1634 gesta, pertexit; ubi inter alia Torpati A. 1632 institutam fuisse docet Academiam, atque e ceteris Professoribus commendat Joachimum Crellium, stupenda adeo memoria præditum, ut universum Aristotelis textum Græcum recitare sine hæfitatione posset. Sic cum in Ep. 11 historiam ad anpum usque 1679 deduxisset, usus subinde Terlonii commentarii, tum epistola 12 docet, quemadmodum Carolus XI, absoluta a Suecia Statibus potestate Holmia A. 1680 accepta, sequenti anno Livonos, utut judice Nostro decretis Statuum Suecicorum exemptos, & non nisi reservatis bonis & privilegiis Regum Sueciæ imperium olim amplexos, bonis plurimis, quæ ad Reges olim spectaverant, exuerit, quæque hinc consecutæ sunt, Nobilium querelas, et si frustaneas, & deferentibus pernicioſas, recenset. In Ep. 13 hoc agit Auctor, ut genealogiam Curlandiz Ducum describat primum, deinde Jacobi Ducis A. 1682 defuncti familiam aulamque repræsentet. Dum vero venationis eum fuisse ait amantissimum, in equile quoque descendit, notatque donatum ipſi a Magno Moscovia Duce equum fuisse, de quo obſervatum sit, quod altero oculo interdiu, altero noctu utatur. Porro investituræ modum, quem Poloni in collatione feudi servant, reeſet, tanto quidem majori cura, quod harum rerum obſervantissimi Poloni sint. Ad potentiam ejus quod attinet, posse Ducem putat exercitum quindecim vel octodecem millium alere, at ne faciat, & Polonus, quorum sub tutela sit, & Nobiles, quos vicinorum fata terreat, prohibere. Fuerunt certe tantæ Jacobi opes, ut fassus fuerit, dampnum a Suecis sibi illatum ad summam sex millionum, quos vocant, & amplius ascendere. Magna præterea auctoritate Ducem, nec minori erga eum fide subditos esse affirmat, adeo ut inventus non fuerit per sesqui ſeculum Nobilis, qui fidem ſuo Principi non servaverit. Huic demum epistolæ de religione Livonorū non minus quam Curonum nonnulla adnectuntur, quam Lutheranam esse neminem latet. Ubi deinde Ep. 14 de Nobilibus Curlandiz & Semigalliz e Germania oriundis agit Auctor, eos bello imprimis operam navare, &

cusa-

cum passim militiam sectentur, per Europam universam dispersos esse, multis exemplis docet, eorumque privilegia maxime extollit. Postea de insigni foeminarum Curonum pulchritudine sermonem injicit, quibus cum matrimonia inire Poloni & Lithuanii gloriae ducant. Utique vero in omni olim Livonia, ita hodieque in Curlandia mulieres, non matitorum, ut vulgo maris est, dignitatem sequi memorat, sed quo maturius quæque nupsit, eo honoratiorem locum nancisci. Ep. 15 Piltensis districtus, qui olim Episcopatus fuit, historiam primo loco recenset, & cum longe alia sit ejus, quam Curlandia & Semigallia conditio, magnas Nobilium hic esse divitias afferit. Inde harum ditionum oppida præcipua & plurima describit, ubi obiter animadvertisit, parum olim in Curlandia felices Moscos fuisse: quamobrem Johannes Basilides, cum totam late pererraret Livoniā, nequam tamē Curlandiam attigerit, quam Deo sacram ditionem, Gorres. Ländgen/vocarit. Porro de tribunalibus varijs Ducis Curlandia differit, notatque a Judicio Ducali Consistoriali ultra Ducem provocari posse ad neminem; at a Judicio Aulico Nobilibus, in causa quinquies centum florenos excedente, provocationem ad Regem Polonię permitti: in criminalibus vero, nisi fuerint delicta publica, unicuique liberum esse ad Regem provocare. Quod autem causam spoliī concernit, posse Judicem primā instantia (Oberhauptmann) licet non consultis assessoribus, iudicium formare & pronuntiare sententiam, a qua nulla detur provocatio. Unde laudat Auctor legum (quae ad Jus Magdeburgicum respiciunt) perspicuitatem, unde fiat, ut suam quisque causam agat, & vix sex vel septem Advocati in his regionibus ex opera clientibus præstanda vitam sustentare queant, maxime quod orientes similitates componere amici & consanguinei summis viribus mitantur. Denique in eadem epistola Auctor ex Schurzfleischio, Kelchio, Hartknochio aliisque de incolis Livoniæ eorumque origine agit, tum & quarum rerum proventū sustentari soleant, explicat. Ep. 16 Auctor amico suo, ad quem haec litteræ directæ sunt, Curlandia Ducem Fridericum Casimirum nuntiat A. 1698 die 22 Januarii extinctum esse, relicto sex annorum filio Friderico Wilhelmo, cuius nomine ex provinciæ constitutione, administrationis munia in se suscepserint Consiliarii supremi. Exinde itineris sui cum Legatis novi Ducis Regiomontum versus suscep-

ratione in exponit, quo loco cum forte per id tempus commoraretur Elector Brandenburgicus, ea occasione aulam ejus & virtutes, tum Borussiae antiquam pariter & novam faciem breviter percenset. Dumque de Frauenburgo oppido dicit, mentionem facit Nicolai Copernici, qui fuit Canonicus Ecclesiae Cathedralis ejus urbis ad Episcopatum Warmensem spectantis, cumque Thorunii natus esset, ejus quoque addit epitaphium, quod Thorunii positum illi hodieque cernitur, ac pietatis Viri monumentum praebet. Exhibitetur enim ipsius effigies, cum verbis, quibus in vita frequenter usus fuerat:

*Non parem Pauli gratiam requiro,
Veniam Petri neque posco, sed quam
In Crucis ligno dederas latroni.*

Sedulus oro..

Nicolao Copernico Thorunensi absolute subtilitatis Mathematico, ne ranti Viri apud exterios celeberrimi in sua patria periret memoria, hoc monumentum possum. Mort. Varmie in suo Canonicoatu Anno 1543. die 4. etatis LXXIII. Non attingemus, quæ Auctor inter prosecutus de aulis Principum Berolini, Hanoveræ, Cassellis & libique observat in Ep. 17; quæ non possunt nec Germanis nobis esse notissima.

*TYRUS GENEALOGIAE BEICHLINGICÆ PLE-
nioris, ex chartis authenticis aliisque monumentis desumptus, &
Historia ac Genealogiarum patronis culoribusque ad perficien-
dum propositus a WILHELMO ERNESTO TEN-
ZELIO, Historiographo Ducali Saxonico.*

*Sicutu Jo. Bielkii Jenæ 1702, 4.
plag. 6.*

Augustæ Beichlingiorum Origines, nupero mense Februario pag. 92. 93. a nobis recensitæ, occasionem dederunt Auctori celeberrimo in easdem diligentius inquirendi. Num. i. miratur, qua negligentia factum sit, ut tot Genealogiarum volumina impressa nullam nobis exhibeant Gentis Beichlingiz. Cyriaoum quidem Spangenbergium & Casp. Sagittarium Chronicon illius meditato; Petrumque Becklerum promisso opus de Familia Illustribus

Im-

Imperii Romano-Germanici, viventibus & emortuis ; sed nihil omnium in lucem publicam hactenus prodiisse. *Num. 2.* laudat Originum Auctorem, licet eum saepe emendatione indigere censcat. *Illustrissimi* igitur *Magni Cancellarii* voluntate & jussu, Tenzelius se se accinxit ad accuratiorem tractationem, cuius nunc prodromum praemittit, auxilia eruditorum exspectans. *Num. 3.* exemplidit fabulas de Romana Beichlingiorum origine. *Num. 4.* reputat fabulam de Erfurto ab Erpone Barone de Beichling condita, binasque Beichlingiorum Comitum stirpes Saxonicas constituit, quarum prior in Heinrico, non Dieterico exspiraverit : posterior in Cunone sive Conrado coepit. Hujus majores *Num. 5.* recensens Tenzelius, alium quam Originum Auctor, avum proavumque promit, utrumque Sigfridum nomine, Comitem de Bommeneburg & Northeim. *Num. 6.* Eberiti II & Dedonis I Lusatiae Marchionis inimicities, quæ arcis quoque Beichlingice damnum intulerunt, delineans, confusionem a quibusdam in Dedone I & II commissam emendat : neque Originum Auctori concedit, arcem & Comitatum Beichlingicum, extincta priori Comitum familia, apud Imperatores Saxonicos mansisse usque ad Cunonem. *Num. 7.* negat, Cunoni appanagii sortem obtigisse. *Num. 8.* evolvit, quare Christianus Comes de Rotenburg, unus e Cunonis percelloribus, a nonnullis Comes Beichlingius dicatur. *Num. 9.* incertum dicit, an filios reliquerit Cuno : horumque unum, Sigfridum, demonstrat Comitem Orlamundanum fuisse ; alterum, Ottонem, itidem dubium esse pronunciens. Mavult igitur, Cunoni successisse fratrem, Sigfridum, Comitem de Bommeneburg, huic filium cognominem, cuius filius Fridericus stemma Beichlingicum propagaverit. Ab hoc auspiciatus Tenzelius *num. 10. seqq.* plures Comitum nomina generationesque enumerat, de quibus prolixius agere nostri non est instituti. Satis sit, *ex num. 12.* annotasse, Wetheros, non Beichlingios, hereditarios S. Rom. Imperii Janitores pridem fuisse ; *ex num. 15.* Fridericum Comitem de Biehlingen *Burggravium Serenissimi Domini Romanorum Regis in Kiffhusen* fuisse, plures filios relinquenter, a quibus in plures lineas divisa sit familia ; *ex num. 18.* Hermannum Comitem Kindelbrücke vastatorum ducentis annis juniorum ab Originum Auctore dici, cum id

A. 1359. factum fuerit. Num. 26. progreditur ad ultimum familiæ Beichlingicorum Comitum parentem, Adamum, ejusque itinera & expeditiones refert. Cumque is arcem & Comitatum Beichlingicum Wertheris vendiderit, tum varia auctoris paroramata corrigit Tenzelius, qui venditorem Adamum Fridericum vocat &c. Adami conjux Catharina Hassiaca mustelæ piscis jecinoribus frequenter eis ditionem abliguriisse traditur. Adamus A. 1507 Cameræ Spirensis Judex factus, præfecturam Krayenbergicam a Boineburgiis emit, in quam senio confectus secessit, & A. 1538. defunctus duplex epitaphium Latino-Germanicum accepit. Novem filios genuit, quorum Hubertus Joannem Fridericum Saxonæ Electorem in prælio Mühlbergensi deseruit; sed Carolus cum eo capi maluit: Philippus tunc in Mauritium Electorem fidei fuit, ut in prælio Si verschusano vitam sanguinemque profuderit. Omnes fratres vivendo superavit Bartholomæus Fridericus, Academæ Jenensis inaugurationem sua præsentia ornans, ab Hortledero aliisque des hess. Rdm. Reichs Erb-Cammer-Thürhüter dictus; ipse semet Erb-Ober-Marshallus in Thuringen appellavit. Demum illo A. 1567. d. 20. Maji defuncto improli, Gebesee ad Electorem Augustum, præfectura Krayenbergica ad Ducem Joannem Wilhelmm. devoluta est.

In Appendix observationes occurunt de Insignibus Beichlingicis, quæ in antiquis sigillis non semper fascias, sed & aquilam referunt; de Cœnobii Oldeslebiensis hodierna conditione, origine & Advocatis, Comitibus Beichlingicis.. Adduntur plura Comitum utriusque sexus nomina, ac tandem schemate Genealogico tota dissertatio clauditur.

C. VALERII FLACCI SETINI BALBI ARGO-nautica. NICOLAUS HEINSIUS, Dan. Fil. ex vetustissimis exemplaribus recensuit, & Animad-veriones adjectit.

Trajecti Batavorum, ex officina Guilielmi van de Water,
1702, in 12.

Constant. plagulis 18.

Secun-

Secundus & vicesimus annus agitur, ex quo C. Valerii Flacci Argonautica ad vetustissimos codices recensita, & accurato studio, magnaque sagacitate emendata, Amstelodami edidit elegantissimi Vir ingenii Nicolaus Heinlius. Promiserat tum quoque sua in nitidissimum Poetam annotata, spemque adeo fecerat, fore ut sua opera curaque istud Flacci poema quam limatissimum redderetur. Neque erat dubium, quin rite & auspicio destinata hæc expeditisset, quandoquidem & ingenio magnopere valebat, & reliquis hoc facientibus praesidiis adjumentisque cumulate instructus erat. Enim vero idem, quod similia Casparis Barthii, Jo. Baptistæ Egna-tii, Jani Parrhasii (cujus commentaria in Flaccum Neapolit. in monasterio S. Johannis Carbonarii inedita asservari Heinsum docuit, qui ipse inspexit, Emericus Bigotius.) Michaelis Piccarti instituta turbavit, fatum Heinpii quoque conatus interrupit, virumque sum-mum vivis eripuit, coque ipso rempublicam literariam insigni or-namento privavit. Quam rei literariorum jacturam cum attentius secum reputaret, cui scrienia Heiniana ab amplissimis hæredibus re-clusa sunt; Clarissimus Burmannus pro incredibili in literas a more id-sibi agendum duxit, ut quocunque modo posset, eam resarciret, afflictisque adeo rebus mederetur. In lucem proinde Heinianas in Flaccum animadversiones vindicavit, & denuo Poetam illum redidit, atque nitidiore longe ac elegantiore facie donavit. Neque enim sol-lummodo menda & vitia typographica prioris editionis, quantum fieri potuit, sollicite emendavit, & multa rectius constituit, secutus codicem ipsius Heinpii, in cuius margine ea adnotaverat, quæ in altera editione aliter legi voluit; sed eam quoque literarum formandarum rationem tenuit, quam amplissimus Vir veteri ævo con-gruam magis & convenientem judicaverat, atque longo antiquissimo rum codicem usu consequutus sibi visus erat: quanquam eruditissimus Burmannus non diffiteatur, se non in omnibus Viri doctissimi sententias accedere, & prorsus existimare, quasdam vocum literas aliter effingendas esse. Ad animadversiones huic editioni sub-nexas quod attinet, pleraque illarum ita constitutæ sunt, ut verba & textum temporum injuria inquinatum restituant, suffragiisque opiniorum codicum atque editionum, nec non sufficienti ratione &

judicio nixæ explanent. Neque tamen etiam defunt, in quibus de variis antiquitatis omnisque eruditionis capitibus late disputatur. Quo referenda sunt, quæ p. 155. seq. de quinque Poetæ nostri nominibus disserit; ubi affirmat, Flavianis temporibus tot nominibus insigniri, insolens & ferme inauditum fuisse, nisi si forte nomina adoptiva gentilitiis adjuncta fuerint. Est vero in ea sententia, per *Setini Balbi* nomen aut designari non neminem Philologum, qui hoc poema Valerii emendarit, recessueritque; aut, quod verius ipsi videtur, denotari possessorem exemplaris alicujus horum Argonauticon vetusti, qui cum fronti ejus adlevisset nomen suum, nempe *Setini Balbi*, id ipsum postea ab imperitis librariis, aut aliud agentibus, una cum *Valerii Flacci* nomine perpetuam esse conjunctum & confusum in apographis exemplaribus, quæ postmodum ex codice propagata sint. Cæteroquin eodem loco monet, & tempestive præcipit, Joh. Baptistam Pium numos argenteos, inscriptos nomine C. VALERII FLACCI, ad hunc nostrum male referre, & temere ejus imaginem ibi monstrare: quippe post Tiberiana statim tempora mos ille obsoleverit, qui Julianis & Octavianis frequentissimus erat in usu quotidiano, ut viri meritis & dignitate illustres moneta publicæ nomen suum inscriberent; relictis solis Cæsaribus, aut Cæsarianæ domui illo honore, ut effigiem suam numis ostentarent. Quam vero in veteri denario Pius existimaret esse C. Valerii Flacci effigiem, eam esse imaginem Victoriae. Præterea non minores numero Flacos in gente Valeria olim fuisse claros, quam Messallas, Acisculos, Catulos; id quod ex annalibus factisque antiquis liquido apparere dicit. Non minus notatu digna sunt, quæ p. 162 de Valerii verbis lib. I, versu s. 6.

Si Cymæ mibi conscientia variis

Stat cæfa cortina domo

commentatur. Manifeste nimirum his verbis designari ait, Valerium nostrum XV. Virum sacris facie ad fuisse. In numis argenteis aureisque Vitellii, cuius nota non unum possideat, tripodem cum delphino & cervo exprimi, addita inscriptione, XV. VIR SACR. FAC.

FAC. Quindecimviris vero his solis jus fuisse Sibyllinorum carminum inspiciendorum. Firmat hanc sententiam testimonio Servii, qui ad librum tertium Aeneidos ita pronunciat: *Delphinum agunt inter sacra Apollinis receptum. Cujus rei vestigium est, quod bodeque Quindecimvirorum cortinis delphinus in summo ponitur.* & pridie, quam sacrificium faciunt, velut symbolum delphinus circumfertur. Ob hoc scilicet, quod Quindecimviri librorum Sibyllinorum sunt Antifites. Sibylla autem Apollinis vates, & delphinus Apollini sacer. Causam igitur domum referri debere ad Quindecimviratum ejus: nam sacerdotes passim caffos poetis dicunt. Pag. 162 sequ. explanat, quid Valerius versu 9 per Phrygios Iulios denotet. Intelligit vero illustris Heinsius Cæsares Juliz gentes ex Phrygia originem a Trojanis trahentes, in primis Julium, Claudium & Neronem Augustos, tangique hic a Valerio existimat expeditionem Britannicam auspiciis Claudi Cæsaris, Vespasiani ductu suscepimus; quam interpretandi rationem subodorati fuerint Egidius Maerius, Jo. Baptista Pius, & Caspar Barthius. In hymno proinde S. Laurentii Prudentium per Iuli cœcitatem (ita enim legit ex longe vetustissimo Bibliotheca Puteaneæ libro) nihil aliud significare, quam Romanorum cœcitatem. Miratur ergo Heinsius, Jo. Meursium in commentariis ad Lycophronem statuere, per Iulios navis quoddam genus a Valerio indicari. Tandem p. 163 sequ. difficillima illa verba versu 12, 13:

Versam prolesta pандet Idūmen.

(*Namque potest*) *Solymo nigrantem pulvere fratrem*
ita enucleat, ut sensum hunc eorum esse adfirmet: *Solymos. a Titus*
fratre eversos pandet, & decantabit Domitianus tuus, qui argu-
mento tanis par est: id enim sibi velle illa, namque potest. Poetico
autem studio polluisse Domitianum, præter ceteros illorum temporo
rum scriptores, Martialem, Statuum, Silium Italicum, Quintilia
num, atque Suetonium diserte tradere. Adductum inde avunculum suum Joannem Rutgersum fuisse scribit, ut in Variis Lectioni
bus prouinciarit, Aratea Cæsaris Germanici, quæ etiamnum ex
tant, Domitiani Germanici foetum esse, non illius Germanici Dru
so parente nati, cui Fastos suos dedicarit Naso. Enfatetur hoc lo
go

eo Heinsius, se Lutetiae per vetustum Arateorum codicem vidisse, qui Domitiano Cæsari poema istud asseruerit: ut adeo admodum vero simile sit, pro Domitiano Germanicum, ob invidiam nominis, in plerisque exemplaribus esse repositum, cum & Domitianus Germanici cognomen sibi ambitione vindicat. Sed hæc specimenis loco sufficient. In præfatione, quam clarissimus Burmannus præfixit, de præstantia hujus Poeta late disputatur, & in primis comparatio inter Valerium & Apollonium Rhodium instituitur. Argumentum hujus instituti capit a celeberrimo illo Hylæ raptu, quem uterque descripsit: omnes tamen hic numeros veri poetæ implere velle ait Valerium, eoque ipso prorsus & omnino Rhodium vicesse. Conficit hoc & explanat, quando utriusque poetæ, qua raptum istum decantarunt, descriptionem invicem contendit, & accurate examinat; cuius negotii momenta ipsis lectoribus expendenda & cognoscenda relinquimus. Idem de Latinis poetis Lucano, Statio, Silio Italico & Claudio statuit, eosque, si cum Flacco committantur, longe ipso inferiores esse pronunciat. Ut ut vero longius a felicibus Augusti temporibus, quam Lucanus, absuerit, tanto tamen intervallo Lucanum a Flacco relinqui, ut operam ludere videri possit, qui eos inter se componere velit. Nihil enim Lucanum præstissee, quod ipsi poetæ nomen conciliare possit; neque argumentum epico carmine dignum elegisse, neque fingere ea, quæ heroicum spiritum deceant, valuisse. Perpetuum esse declamatorem, & sine ullo judicio inanes quasdam sententias, ut Scholasticum, infarcientem, tumore & fastu solo conspicuum existere; denique in toto poemate nihil poetici argumenti & spiritus apparere. Subjecti in fine duo sunt indices, alter auctorum in animadversionibus illustratorum, alter rerum & verborum. Ulti vero clarissimus Burmannus in evulgandis Heinsiani ingenii monumentis strenuus hucusque fuit: ita Virum doctissimum publice rogamus & quæsumus, ut reliqua celeberrimi Viri scripta pari cura & labore edenda suscipiat, precamurque serio, ut ipsi tandem aliquando ea obtingat felicitas, ut Heinsiana in Virgilium commentaria toties promissa, & tanta aviditate a viris doctrinæ intelligentibus expectata, frustra vero huc usque in scriniis Heinsianis quæsita, invenire, iisque orbem eruditum ornare queat.

SERI-

SERIES DYNASTARUM ET REGUM DANIAE,
a primo eorum Skioaldo Odini filio, ad Germum Grandevum, Ha-
raldi Cerdulentis patrem: antea anno Chrixi MDCLXIV, ius-
su Gloriosissima memoria Regis FRIDERICI III, secundum mo-
numentorum Islandicorum harmoniam deducta & concinnata;
quae recognita, multum aucta & Augustissimi illius Nepotis FRI-
DERICI IV auspiciis in publicam lucem emissam per
THORMODUM TORFAEUM Historiograr-
phum Regium.

Hafniæ, apud Joh. Melch. Lieben, 1702, 4.

Constat 2. Alph. 20. plag.

EX eorum se non esse numero, qui id, quod a multis, multisque annis verum esse creditum est, non posse non ita se habere existimant, in hœc suo tractatu luculenter ostendit clarissimus Torfœus. Operis nos docet inscriptio, ex monumentis Islandicis concinnatam esse hanc Regum Danicæ historiam, quorum partem cum Augustissimus Fridericus III Danicæ Rex ex Islandia accepisset, Auctori primum inter Danorum linguam vernacularam transforenda ea commisit. Postea, cum cognovisset, Torfœum ex hisce patriis monumentis haud pauca didicisse, quæ cum communi Danicæ historicorum, & ipsius etiam Saxonis Grammatici sententia non concordarent, valideque in primis probari posse, quod non Darus, sed Scioldus, primus Danorum Princeps fuerit, id negotii Rex rerum harum curiosissimus Torfœo dedit, ut iustam controversorum Danicæ Principum Regumque seriem, ex monumentis istis Islandicis collectam, Latino sermone describeret. Ita nata primum Auctori ista Danicæ Regum Historia fuit, ante hos triginta & octo annos composita, sed quæ tum quidem publicam lucem non vidit, a viris tamen doctis passim descripta atque in bibliothecis recondita. Cum vero gloriosissimæ memorie Rex Christianus V, Friderici in Regno Danicæ successor, conscribendæ Historiæ Norvegice munus clementissime demandasset Torfœo nostro, hicque ut officio ex dignitate defuneretur, plura monumenta antiqua Islandica undique conquisiisset, seduloque perlegisset, nec eat tantum ex illis, quæ ad Norvegicam Historiam pertinent, sed & quæ Danicæ Regum seriei uberioris illustrandæ ac sciendandæ inservire videbantur, annotasset, occa-

fionem sibi oblatam opus pristinum revidendi, locupletandique ac corrigendi amplexus est, publicoque tandem omnium usui typorum ope exposuit.

In tres vero illud libros diligentissimus Auctor divisit, quorum *primus* de antiquatum documentorumque, quæ conditores historiarum septentrionalium fecuti sunt, auctoritate & fide agit. Cum vero Noster ex Islandorum præcipue monumentis historiæ Danicæ lumen adducere satagat, primum hujus libri caput eis tribuit, & secundum alphabeti, quod dicunt, ordinem omnium Islandicorum monumentorum catalogum exhibet; ubi simul mox, admodum eum falli, qui idem hisce monumentis pretium statuat. Quadruplex enim eorum discrimen Auctor noster observat. Primum genus eorum Mythologicum est, & aliud verbis profitetur, aliud sensu recondit; unde *tempore* si nulla historiæ series, at priscitius & religio, magnam partem cognoscuntur, quædam etiam vera deprehenduntur. Secundum genus mere fabulosum confictas tantum narrationes continet, sine ullo recondito sensu. Tertium historias ex veris principiis deductas fabulis interspersis obscurat. Quartum historias authenticas exhibet, sed duplice discrimine: quædam enim res diu ante scriptores suos gestas commemorant; quædam vero suis auctoribus æquales. Singula singulis capitibus persequitur, quæ omnia percurrere nimis longum foret. Ultima classis haud dubie præcipua est, quæ exhibet authenticas Islandorum historias, de quibus in capite quinto agit Auctor prolixius. Primum loeum inter Historicos septentrionalis orbis asserit Ario Polyhistori, qui circa annum Christi M C X V I I scripsit, cum ducentos & quadraginta annos Islandica respublica stetisset. Hunc excipit Sæmundrus, similiter Frodius seu Polyhistor dictus, qui cum Germaniam Galliasque peragrasset, redux in patriam Annales, a prædio suo Odda Oddenses appellatos, scripsit, decepsitque A. MCXXXPII. Ario synchronus vixit Kolskeggus Polyhistor, qui librum Originum Islandiæ composuisse perhibetur. Huic proximi sunt Brandus, Saxonii Grammatico synchronus, quartus Holmæ Diocesis. Antistes, denatus A. MCXI, qui multa quæ in Islandia eveniunt collegit scriptisque consecravit; et Eiricus Oddi. Filius, qui post A. MCLXI Historiam contexuisse dicitur. His æqualis Karl Abbas mo-

monasterii Thingeyrensis, Regis Sueceris vitam enucleatissime scripsit, a Nostro Latinitate donatam: proximus vero ab his Oddus Monachus & Presbyter, etiam Polyhistor dictus, vitam Olafi Tryggvini literis prodidit, cui multum passim ab Auctore nostro tribuitur; multa enim docet, quæ alibi non extant. De Inguare quodam Multivago, filio Aunundi Suecæ Regis, monumentum extat, cuius is auctor habetur, sed fabulas continet Oddo ab aliis narratas, quas colligit magis, secundum nostrum, quam ipse commentus est. Ad Snorrium Sturlænum tandem devenat Auctor, cuius vitam alibi prolixe descripsisse se ait; vivit vero ab initio seculi XIII ad annum MCCXLI. Hujus opus historicum, quo Regum Norwegicorum genealogias ab Odino, vitasque a primo Rege usque ad Suecerem tradidit, magni Torfaeus noster passim facit, duoque se authentica exemplaria habere ait, præter versionem Danicam. Huic æqualis Styrmer Polyhistor fuit, qui librum Originum Islandicæ conscripsit. Præ aliis celebratur Sturla legifer, Snorri ex Thordio fratre nepos, qui auctor Sturlungorum historiæ est, qua res suis & paulo superioribus temporibus in Islandia gestas, vere & luculenter descripsit, vitas etiam Haconis senioris Norvegiae Regis, & filii ejus Regis Magni, literis mandavit, nec non librum Originum Islandicæ, mortuus anno MCCLXXXIV. Subjungit demum Auctor Hauckum Erelendi filium, qui ex binis Styrmeris & Sturlæ originum patriarchum libris tertium confecit locupletissimum; nec non Bergum Abbatem Thueræensem, cuius opera in Regis Suecæ Archivo serventur. Laudat in fine hujus capitinis insignem duorum Antistitum patriæ suæ operam, Scalholensis Bryniolfi Suenonii, & Thorlaci Sculonii Hollensis, qua conquistas undecunque summo studio & ingentibus sumptibus membranas describi curarunt, conductis ad eam regn librariis, qui nitide pingerent. Fundamenta, quibus recensiti haec tenus Islandi Historiographi narrationes suas superstruxerint, capite VI Auctor indagat. Sunt illa præcipue saxa in rei cuiusdam memoriam constituta, & colles sepulchrales; picturæ item atque sculpturæ: imo & clypeos suos ita efformarunt veteres, ut extremitatis, sicut Torfaeus interpretatur, heroum gesta impressa apparet. Parietibus quoque domuum gesta atque historias inscripserunt. Neque aulæ intexendi mos majorum gesta, Islandis inusitatus fu-

it. Sed hæc tantum velut emblemata Historica fuere. Majoris mo-
menti sunt inscriptions atque veterum carmina, quæ ex Torfæi
mente, omnium optima veterum Historiarum breviaria sunt. An-
tiquissima eorum, memoriter conservata, Norvegi, patria sua ceden-
tes, secum in Islandiam transtulerunt, posterosque ibi docuerunt:
recentiora filii horum Islandi, mercaturæ exercitæ, militarium arti-
um addiscendarum, aut cujuscunque alterius rei causa inter Norve-
giæ & Islandiam quotannis transmeantes, in patriam invexerunt;
& plurima quoque ipsi pepigerunt, quorum fragmenta supersunt.
Ast ut majorem, quam poeticam hisce fideli afferat, ab aliis poe-
tis illos distinguit, qui figuratis superbiant, & viros probos eos
fuisse ait, qui Principum, clarorumque virorum gesta non nisi di-
gnis laudibus prosecuti sint; unde etiam in summa aestimatione a-
pud Principes fuerint, quos ipsos non puduerit ex eorum esse nu-
mero. Deoantarunt vero hi poematis suis clarissimorum viro-
rum genealogias, & facta præclara, imo etiam non sine chronolo-
gico quandoque ordine. Et ut hæc carmina insignem lucem affun-
debant historiæ, sic majorem addebat docti in ea commentato-
res. In eo enim tum præcipua eruditio gloria consistebat, ut ob-
stura poetarum dicta posset quis exponere, atque uberiorem expla-
nationem breviter dictis superaddere. Omnium tamen optimum
tandem monumentorum suppeditabant relationes non scriptæ, ut
illas ex avis parentibusque acceperant filii atque nepotes, at-
que iterum in posteros suos conferebant, usque dum inveniretur,
qui literis eas consignaret. Ita autem veteres Islandi virorum for-
tium erant studiosi, ut præclara eorum facinora, in conventibus pu-
blicis, & ubique indulgebant sibi, pro delectatione recitarent,
animumque hisce pascerent. Hoc verb modo, Auctor afferit, ne-
que res Norvegicas ignorare potuerunt, quod eorum Aborigines
eas inde in Islandiam attulerunt: neque Danicas & Suecicas, quod
multi Daniæ Suecæque Regibus orti, varia Islandiæ occuparunt; id
quod de Angliæ quoque valet rebus atque Hiberniæ. In fine tan-
dem hujus capituli ad commendationem Historicorum suorum, ex-
teriorum Auctor subjungit judicia. In sequenti septimo capitulo
Danicarum rerum antiquissimorum Scriptorum fundamenta-
lib. examen revocat. Torfæus, numque certiora Islandicis sint;
disqui-

disquirit, Adatumque Bremensem, antiquissimum Danie-
rum scriptorem, in Ecclesiæ suæ historia peritum fuisse agno-
rit, in Septentrionis vero historia hospitem. Ast plura de Saxone
Grammatico in medium profert, & quatuor ipsius fundamenta sub-
incudem refert, quibus Historiam suam niti ipse profitetur. Pri-
mum sunt carmina patriæ sermonis a Danorum antiquis vul-
gata; secundum inscriptiones veteres in saxis & rupibus repertæ;
tertium Islandorum monumenta historica; quartum Archiepiscopii
Absalonis narrationes. Postremum cum Saxone ipso antiquio-
ra multo suppeditare nequeat, de tribus priорibus tantum loqui in-
stituit. Carmina quidem dicit Saxonem admodum pauca operi
suo inservisse, quod ipse fateatur, neque ex iis vel epocham regni,
vel Regum seriem, vel stemmatum ordinem posse erui; id quod de
secundo, inscriptionibus puta, quoque affirmare non dubitat, cum
paucæ ea sint semperque fuerint, & parum tenerari possint histo-
riæ luminis. Islandica vero monumenta in paucis Saxonii suffra-
gari lait, ex quo conjoit, minus diligenter hæc ab eodem evoluta es-
se; nisi quis velit dicere, ea quæ a Saxone inspecta sint, Islandica mo-
numenta jam periisse, atque tot nova, quæ nunc extent, in pri-
orum locum conficta esse, quod Autori nostro absurdum est. Octa-
vo capite de Gothlandicis antiquitatibus agit Torfæus, quas Clau-
dius Christoph. Lyschander altius longe, quam Saxo Danicas, revo-
cat in operi genealogici Regum Daniæ lib. 3. ubi a Gomero Japheti
filio, Noachi nepote, Cimbros deducit: sed postquam ostendit, ex Ni-
colai Petreji Chronico Gothlandico-Cimbrico, qui A. 1547 in Goth-
landia insula se hunc antiquitatis thesaurum invenisse afferit, postea
in Danicam linguam a Nicolao Michaelis converso, desumptas esse;
demonstrat, quæd' supputatio ista temporum, Regum singulis tam
accurate adscripta, certissimum falsitatis argumentum sit. De Sue-
cicis Scriptoribus o. IX acturus, in eo est, ut ostendat, Upsalensis
quondam Archiepiscopi Joh. Magni auctoritatem tantam non esse,
ut habeatur vulgo. Inde fundamenta ipsius convulsurus putat, non
sufficere, quod Magnus dieat, se indigenam esse, atque sic patriarcharum
rerum optime gñarum. Neque carminibus, ab antiquis in conviviis
cani suetis, & ne vetustate perirent, rupibus insculptis, ad quæ Ma-
gnis provocat, multum tribuit, quoniam rupes, ut sibi feliciter ser-

varet carmina, secum avehere certe non potuerit. Recentiores Suecicarum rerum Scriptores, quod hæc jam dudum agnoverint ipsis, & Islandicis magis fundamentis inniti ament, prætermittit, atque sic libro primo coronidem imponit.

De Epochæ Regni Danici *liber secundus* agit, priusquam ejus caput Daniam antiquo Gothiæ nomine contineri, operosius probat, Gothorumque & Vitarum seu Jutarum nominum rationem examinat. Odino autem antiquorem cum Islandica, omnium Septentrionis optima monumenta, ex Auctoris monte, Regem ignorent, capite secundo hujus libri Odini in Septentrionem ex Asia adventum totius historici temporis initium constituit, cum ea, quæ de rebus hoc antiquioribus dicantur, incerta & fabulis plena sint. Hanc vero Odini ex Asia migrationem ita narrat, quod Odinus, Pompeji Magni tempore, cum potentia Romana undique creceret, devictusque iam Mithridates esset, Asiaticique vicini populi sibi timerent exitium, magica peritia octus, se progeniemque suam in boreali mundi plaga imperaturum, avita regna aliis demandaverit, atque simul cum magna multitudine, in has tandem regiones, multis aliis prius subactis, pervenerit. Septuaginta annos hanc migrationem Salvatoris adventum præoccupasse afferit; et ut magis hypothesin hanc suam confirmet, ante Odinum historicam certitudinem deesse, dicit. Odinum vero, cum magicarum artium, atque bellorum stupendo exercitio præstigiisque, in sui admirationem simpliciores incolas rapuisse, facili negotio filios suos atque comites amplissimis regnis præfecisse, qui, ut sibi simul divinitatis & antiquitatis opinionem magicis præstigiis partam conservarent, omnium qui ante eos territoria illa inhabitarint, memoriam aboleverint. Postquam in capite tertio plures fuisse Odinos demonstrasset, ad nostrum hunc redit, multasque mutationes Septentrioni ab eo introductas esse cap. quarto docet, Runas nempe ac magicos characteres; poesin, limataam illam atque politam funerum solemnia, quibus voluerit mortuos cremari, cineres in mare abjici, autem terræ infodi, ut tamen in illustrium memoriam colles congererentur, atque lapides erigerentur; iudiciorum ordinem denique & sacrificiorum rationem. Inde c. 5 Saxonis Grammatici de Odino, uti c. 6 Danielis Langhornii de immigrationis Odianianæ tempore asserta sub censuram vocat. Denique & cap. 7 contra Olaus

laum Rudbeckium, Virum celeberrimum, gentis Suedicæ originem a turris Babyloniae ædificatione repetenter disputat, tantamque gentium Septentrionalium vetustatem neque (c. 8) ex nominibus propriis terrarum, locorum, gentium, quæ Orienti cum Septentrione apud vetustissimos scriptores communia occurunt; neque (c. 9) ex antiquissimis Scandianorum emigrationibus; neque (c. 10) ex Hiberniæ antiquitatibus probari posse, demonstrare nititur, sicque tandem ad librum *terrium* progreditur, atque Regum ipsam seriem, quam promisit, exhibit. In primo capite varias fundamenti loco membranas Islandicas adfert, in quibus seriem hanc suam firmatam esse ostendit, ipsas membranas operi iaserens, atque tum Daniæ, tum Sueciæ Regum genealogias exinde ducens. Hos enim Regum suorum indices tanti facit, ut eis se per totum opus usum, tanquam ariadnæ filio esse, non diffiteatur. Imo genealogiis hisce, tanquam basi, chronologiam superstruit, de qua in capite secundo agit, nullius Chronologi vestigia se premere professus, & utriusque, propter indissolubilem rerum nexus, regni, Daniæ & Sueciæ, tempora conjungens: quam tamen Chronogiam suam cum post operosum calculum finivisset, fatetur ingenue, nec semet credere, nec ulli persuasum velle, esse eam omnibus numeris absolutam; et si dicere gaudeat, sua hæcce verisimiliora esse aliorum in hoc argumento assertionibus. His vero exantlatis, tandem ad ipsorum Regum, secundum ordinem, quem ex Islandicis monumentis edocitus erat, gesta progreditur, exordium sumens a Skiodlo-Odini filio, quem Daniæ præfecerit anno ante Christum natum LX. Singulorum facta Regum, & ordinem qui scire avet, ipsum Auctorem adeat, oportet: nobis vel nuda nomina exscribere, longum foret. Produxit vero hanc seriem suam Auctor ad Gormum usque Grandævum, quem inter Daniæ Reges filius primum Haraldus Cærudens, inde nepos Stenus ab admorsæ barba cognominatus excepérunt. Finit vero hic, quod ab hoc tempore Daniæ Regum series indubia sit, suisque cum scriptoribus Danicis eadem. De tribus vero posterioribus seriei suæ Regibus, Gormo Grandæyo, Haraldo Cærudente, & Sueno admorsæ barbae, peculiare opus jam patrum habet Auctor, brevi proditum. Duas perfecto operi attexuit appendices Cl. Auctor, quarum priore calatum adversus Jo-
han.

Hannem Magnum stringit, variaque ejus figurae recenset, & ut jam Saxone Gramaticum secutus, jam certiora se ex patre monumentis edoctum professus ab eo dissentiens, id praeципue egerit, ut ubique res Suecorum extolleret, Danorum vero deprimeret ac perstringeret, demonstrare satagit: in posteriore de Hengnio Jutorum Regulo & Hedino Rege partis Norvegiae, ut creditur, differit, ac ex Saxone aliisque mira, quae de iis narrantur, reperitur, atque inter se confert.

LIBRI NOVI

Jacobi Gussetii Commentarii Linguae Ebraicae. Amstelodami, apud Henricum & viduam Theodori Boom, Jo. & Egid. Janssonios & Waeberge &c. 1702. fol.

Medailles sur les principaux Evenements du Regne de Louis le Grand, avec des Explications Historiques. Par l' Academie Royale des Medailles & des Inscriptions. A Paris, de l' Imprimerie Royale. 1702. in 4.

Dictionnaire Historique & Critique, par Mr. Bayle. Seconde edition, revue, corrigée & augmentée par l'Auteur. A Rotterdam chez Reinier Leers, 1702. fol.

Histoire de Hollande depuis la Treve de 1609, ou finit Grotius, jusqu'à notre temps. Par M. de la Neuville. A Bruxelles, chez Josse de Griek, 1702. 12.

Sex. Aurelii Proprietii Elegiarum Libri IV, ad fidem veteram membranarum sedulo castigati. Accedunt Notæ & terni Indices. Amstelodami, apud Weissenjos, 1702. 4.

Mémoires de la dernière Révolution d' Angleterre, par Mr. L. B. T. A la Haye, chez les frères l' Honore, 1702. 12.

D. Edmundi Dickinsoni Physica vera & vera: sive Tractatus de Naturali Veritate Hexaëmeri Mosaici. Londini, apud Henr. Roretteau, 1702. 4.

Scire cupimus Actorum Lectores, in Actis anni 1698 figurarum tabulam octavam nullam querendam, cum per errorem septime non immediate facit subjecta.



**ACTA
ERUDITORUM,**
*publicata Lipsie
Calendis Julii, Anno M DCCIL.*

THE WORTHIES OF DEVON.

Sive

DANMONII ORIENTALES ILLUSTRES.

OPUS, IN QUO VITÆ FORTUNÆQUE CELE-
 berrimorum Theologorum, Politicorum, Militum, Medicorum,
 Scriptorum, aliorumque Virorum insignium, quibus in Devonie
 rasci contigit, at temporibus Normannorum invasionem precedentibus
 ad presentem usque atarem, juxta Alphabeticum ordinem, e
 probatisimis Autoribus tam excisis, quam manuscriptis ex-

narrantur a JOHANNE PRINCE, Berry-
 Pomeriggii in eodem Comitatu Vicario.

Exonii, typis Sam. Farley, 1701, in fol.
 Constat Alphab. 6. pag. 16.

Intra eas Angliae plagas, quæ occidenti Soli obversæ jacent, ma-
 xime inclita habetur Devonia, parallelogramatis pene figu-
 ram referens, ab aquilone quippe fredo S. Georgii, ab ortu
 Durotrigibus & Belgis, a meridie Britannico oceano, ab occa-
 su denique Tamaræ fluvio contigua. Uno quidem, Danmoniae
 scilicet, nomine hanc ut & Cornubiam provinciam, ante Athelstanum
 Regem, qui A. 930 Angliae imperavit, insignitam fuisse con-
 stat, quoad nimirum Saxones victores Britannis immixti viverent;
 postquam autem hos externi jugi, licet inveterati, tedium libido-
 que illius excutiendi cepisset, Athelstanus armorum vi tantam indi-
 genarum ferociam compressurus, quod lenitate quicquam promoto-
 sumiri diffideret, eos diversis preliis adortus devicit, devictos trans-

Na

Tama-

Tamaram in Cornubiam sedere omnes coegerit: a qua segregatione differentia postmodum inter Danmonios occidentales & orientales enata est, cuius etiam Autor in praefigendo titulo rationem habuit. Ipsam regionem quod attinet, quantumvis asperam ac nemorosam olim extitisse, in proemio libri haud inficietur, ea tamen in praesenti omnium ad viatum necessiarum rerum copia affluere simul contendit, ut vel Heliogabali aut Apicri gulis abunde satisficerent. Praeterea plumbi, stanni, ferri atque aeris, argenti quoque venas gignere ait, e quibus Eduardo III ad bellum Gallis inferendum largissimi redditus suppetierint, adeoque redarguendum fore Ciceronem, qui in Britannica insula ne argenti scrupulum esse ullum Attico persuaserat. Invidendas autem hasce opimi tractus divitias immane quantum superat uberrima Viroram illustrum hic in lucem editorum fretura, quorum vitas praeclare peractas (mortuorum enim solummodo censum instituit) ad exemplum Leelandi, Balzei, Pittsei, Woodii aliorumque, prolixo saepe limatoque studio, e præstantissimis monumentis collegit Reverendus Autor, cuius instituto eo lubentius more nostro velificabimus, quo certius apparet, cum in honorem patriæ suæ hunc sibi met indixisse laborem. Sequemur hic Alphabeti seriem, sub qua populares suos, servata tamen ævi, in quo vivebunt, computo exhibuit, primoque loco cum ipso memorabimus *Alphredum*, qui in Glastoniensi monasterio educatus, sub Ethelredo Anglia R. circa A.D. 980 potissimum inclinavit, atque ab Abbatia Malmesburiensis dignitate ad Episcopatum Cridensem elevatus fuit, librosque de naturis rerum, & de rebus coenobii sui composuit. Incidenter hic de prædecessoribus ac successoribus ejus, donec sedes Episcopalis Cridia Exonium migravit, quedam in medium afferat, Alphredumque nonum in ordine, medium inter Sidemannum & Alwolfum, locat. Hunc excipit *Simon Ash*, alias Fraxinus, e nobili ac perantiqua familia, cuius etiam nunr vestigia supersunt, A.C. 1150 fere natus, cui eruditio præclaram famam concilavit, ut in Canonicum Ecclesiæ Herefordiensis, atque in arctiorum amicitiam Sylvestri Giraldi Cambrensis, magni bonarum artium instauratoris, admitti meruerit. Eundem quoque, cum ob egregium librum Speculum Ecclesiæ inscriptum, in quo seculi sui vita simulque Cisterciensium mores Catoniana virgula notaverat,

ab.

ab Adamo Dorenſi acerbo carmine impeteretur , & Apologia Rhytmica , & versibus Elegiacis masculine defendit. Ultriusque Poſeos ſpecimen hic proſtet, quo ævi iſtius elegantiam & hominis ingenium cognoscere liceat. Rhythmi ſic incipiunt:

Magistrorum omnium flos Archi Levita,
Cui nullus hominum par est in hac vita,
Qui famoso carmine te damnavit ita,
Pecor ut letifera bibat aconita.
Te perfrinxit Monachus oculo liventi ;
Nec ab hoc ſis anxius : perflant alta venti
Illi pecor accedat turpia ſcribenti,
Parvo quod juraverat rustica deflenti.
Pungitivam Monachus ſecum ferens acum,
A quo nunquam excat, incidat in lacum ;
Exul inops fugiat apud Eboracum,
Ubi nunquam videat Cererem vel Bacchum &c.

Concitatior incedit in Elegis :

Est furor, est facinus, est fraus, est virus iniquum.
Non æquum, reprobum, te reprobare virum.
Nescio quis Monachus furtivo lædere morfu
Et te mordaci carpere dente ſtudet.
Hostis honestatis, ſceleris fons, criminis auctor
Non poterit laudes obtenebrare tuas.
Nulla potest labes Solem privare nitore,
Invida nec poterit lingua nocere tibi.
Vix referat Monachi mores, est ambitiosus,
Est & avarus & est fictus & absque fide. &c.

Idem quoque alium ad Magiftrum Giraldum librum, Epiftolarum ad diuersos, ut & Carminum ſpeciales libros ſcripſiſſe, temporibusque Johannis Regis A. D. 1200 imprimis claruſſe fertur. Paucis quibusdam interjectis, inter quos Hugo Atwellus Medicus & Physicus Magie inſimulatus, ſed ab Autore ideo vindicatus, nec non Richardus Nepier ob incredibilem medendi facultatem & praedictiones certiſſimas ſtupendus eminent, Burchardum Germanorum Apoftolum, priuatumque Epifcopum Herbipolitanum, & Sanctorum Sodalitio adſcriptum inducit. Illum autem ex agre Doni-

vonieni oriundum fuisse iude suspicatur, quoniam Bonifacium Moguntinensem Archi-Episcopum Cridie natum consanguineum habuisse, atque ejus sustentatione adoleuisse perhibetur. Vita eius ab Egilwardo Monacho prolixo descripta, inter Laurentii Surii Vitas Sanctorum quidem relata est, nihil scius Autor hic strictius persequitur, quo pacto ad Cathedrae Herbipolensis gubernationem is pervenerit, quomodo S. Kiliani & sociorum corpora detinxerit, quave ratione curata pastoralem, tum in docendo grege sibi commisso, tum in extruendis ac dotandis Ecclesiis & Cenobiis cunctis approbaverit. Post quadraginta demum annos, exhaustis corporis viribus, Magingandum discipulum suum, coadjutorem & successorem olim sibi futurum eligi voluit; quem cum Moguntinus Episcopus, consentiente quoque Carolo Magno Francorum Rege, confirmasset, ipse met adsumatis sex discipulis, navicula ad castrum Hohenburgum, quod Mœno alluitur, descendit, ibidemque quod supererat, vitæ precibus, jejunii ac vigilis transfigens, animam Deo reddidit A. D. 791, ac prope S. Kiliani tumulum sepulturam invenit. Verum ne veterum einderibus tantura modo immoretur, convertamus gradum ad munificentissimum Bibliothecar Oxoniensis conditorem, Thomam Bodlejum, qui vitæ suæ præcipua capita per antos LXV literis mandare non fastidivit, cuius schedas integras nactus Clarissimus Autor nobis hic impertit. Suscepimus autem fuit honestissima prosapia Exonii d. 2. Martii 1544, indeque, regnante Maria, cum patre, acerrimo Papistis osore, laqueosque adversæ partis declinaturo, in Germaniam fugere coactus, Vesaliz Cliviorum ac Francofurti paululum substitit, tandemque Genevam, numerosi Anglorum cœtus tutissimum receptaculum petit. Ibi duodecennis fere, Chevalerio in Ebraicis, Beraldo in Graecis, Calvinio & Beza in Theologicis, aliisque novella Universitatis Professoribus sedulus auditor adhæsit; haud eo negligentius privatos doctores, in ædibus Philiberti Saraceni, medici egregii & hospitii sui frequentans, inter quos Robertum Constantinum, famosissimum Lexicographum, Homerum sibi explicuisse meminit. Commoratus inibi per biennium & quod excessit, cum Elisabetham sceptra tenere, religionemque Halcyonia nunc agere comptum esset, cum parentibus suis in Angliam rediit, ac paulo post Oxoniun

am studiorum causa concessit, quibus etiam strenuat ibi navavit operam, variisque honoribus Academicis mactatus, Graecas literas & Philosophiam naturalem docuit, ac Procuraturam gessit. Mox Oratoris Academias partes sustinuit, etiam diversarum scientiarum cultura dispungens, ita tamen, ut nullam reliquis præferret, donec transmarinarum regionum lustrandarum cupidine se accendi patetetur, quo linguis exoticas addisceret, simulque negotiis tractandis se habilera præstaret, atque tum demum se suaque omnia Reipublicæ devovere statuit. Hoc consilio patriam A. 1576 reliquit, & in Italia, Gallia ac Germania integrum fore lustrum consumxit, indeque redux factus, ab Elisabetha Regina ad Fridericum Danie R. Julium Ducem Brunsvicensern, Wilhelmm Hassia Landgravium, aliosque Germaniæ Principes, eo fine ablegari moruit, ut eisdem ad auxilia Henrico Navarræ subministranda suasor hortatorque existet. Proxime Henricum III Galliæ R. a Guisius Lutetia detubatum tam secreto quidem convenire iussus est, ut ne servulum seum duere, aut alias perferre literas debuerit, quam quas Regina manu sua ad Regem & ministros ejus aliquot selectos dederat; cujus rei hunc fuisse scopum ianuit, ut Protestantium in Gallia salus, Guisiorumque interitus promoveretur. Accidit postmodum, us anno octogesimo octavo Regina rationes suas in Belgio Federato administrandas Bodlejo mandaret, qua de causa Hagam Comitis profectus, in Conventibus Ordinum ibidem haberi solitis proximum a Mauricio Nassovio locum occupavit, suffragiumque tulit. Sub primum adveatum plebem gravissime succensam se invenisse necitat, partim propter consilia quædam in summum sui dispendium, uti interpretabantur, in Anglia inita, maximo vero ob insolentiam nonnullorum Officialium, qui propriis commodis unico inhiantes, siveque deque habebant ea, quæ Regina cum Ordinibus pacta erat. Ultrinque igitur præsentissimum adorat periculum, foedera non modo coalita dissoluta, sed etiam omnem inter potestissimas nationes amicitiam funditus eversum iri. Magnam ideo prudentiam tum in allocutionibus ad Ordines, tum in epistolis in Angliam missis libri adhibendam fuisse fatetur, ne discordiarum somites præberet; quas tamen circumstantias modesto silentio involvit, gratam nihilominus & Reginæ & Ordinibus suam evasisse curam & diligentiam inde-

colligit, quod ab illa plurimas literas gratiosi affectus plenissimas identidem acceperit, atque ex eo tempore citra ullum fere speciale mandatum, & pro arbitrio suo, regia negotia disponere potuerit. Rinnis equidem vicibus, tam rei familiaris, quam publicæ causa, in patriam reversus est, sed totidem quoque in Belgiam redire necesse habuit, usque dum A. 1597. confectis e sententia rebus, eidem plane valedicere integrum ipsi fuerit. Ansam hic arripit præcipuum vitæ suæ ac fortunæ articulum candide detegendi. Scilicet e quo Republicæ suæ primum addixit soleriam, neminem e purpuratis amiciorem sibi expertus est Burghlejo, Magno Angliæ Thesaurario, qui nullam opportunitatem præterlabi sivit, qua merita ejus apud Regiam extolleret, atque ad Secretarii Status officium ornandum, tanquam aptissimum eum commendaret; ceu ab ipsa Regina aliisque personis fide dignis accepit. Contigit interea, ut Essexiæ Comes tam iterata propensæ voluntatis atque amicitiae indicia Nostro talia nullatenus ambienti proderet, & tam etrebro nimis Reginæ Bodleji doctes deprædicaret, invidiosa subinde dipteraria in Burghleji filium admiscens, ut eadem pertæsa jamjam ambitiosi Comitis, ac alleculis ejus Nostrum quoque nomen dedisse conjiciens, ab honoribus ipsius augendis alienior multo fieret, Burghleji etiam ambo illum in sui perniciem ab Essexio subornatum existimantes, omnibus adniterentur viribus, ut commodis ejus obstatula ponerent. Noster itaque harum machinationum noscivs, & fiuntates nequicquam commixtias Burghlejorum, in quos omnem fortunæ suæ spem collocaverat, animo secum reputans, quamque parum indoli suæ congrueret, inter consortes publicæ factionis numerari, quantillum vitæ adhuc sibi restaret, quodque bonorum abunde ad sustentationem suam haberet; relicta tandem aula quieti se se tradere decrevit, atque sic functionibus publicis, cum annum ætatis tertium supra quinquagesimum duceret, colophonem imposuit. Licet autem postea Reginæ jussu, ad Legationes clarissimas tam in Gallia quam in Belgio obeundas, saepius in aulam accerseretur, Burghlejus junior quoque de integritate ejus convictus, se ipsum collegam in munere Secretarii modo vellet, arrogaturum serio affirmaret, a proposito tamen se divelli haud passus est, quin potius omnes cogitationes ad ornandam amplificandasque Bibliothecam Oxoniensem unice

COR.

convertebit. Consilii sui successus ipse met Bodlejus, qui hucusque omnia consignavit, ne laudum suorum intempestivus praeco videatur, accurate non explicat, adeoque ab Autore reliqua erunt mutuanda. Dicit ergo, illum veteris Bibliothecæ structuram, ab Humphredo Glocestriæ Duce aliisque Maxenatibus conditam, tune ruinis valde deformatam, intra biennium suis sumtibus non modo restaurasse, verum etiam librorum selectissimorum, quos in extoris oris magno judicio pretioque coemerat, immanem apparatum, decem millium librarum Sterl. summam aequantem, eidem inferri curas; quibus amula plurimorum Nobilium, Episcoporum &c. liberalitate auctis, ita ut iis eapiendis ædes amplius haud sufficerent, novam fabricam priori adjungere cœpisse, et si morte præpeditus tam piii operis consummationem videre haud potuerit. Nimirum cum Universitas perspiceret, quam egregia futura esset basilica, si tribus aliis lateribus additis, ad quadrangularem formam illam redigeret, eumaque in finem variorum Nobilium, Præsulum &c. quondam civium suorum, opem sollicitaret, Bodlejus re intellectus, non tantum apud amicos autoritate sua ipsam juvandam censuit, sed & omnibus suis latifundiis, annuisque oenisibus (are alieno, legatis, & expensis funebribus ante deducendis) testamento donavit. Nec minus optimas sanctiones ad meliorem instituti sui conservacionem spectantes proposuit, denominatis octo Inspectoribus, Vicecancellario seilicet, Procuratore utroque, triumque primariarum Facultatum & Græcæ ac Latinæ Linguæ Professoribus, quibus singulis pro labore & cura honorarium stipendum attribuit. Ipsi vero Bibliothecæ ducentas libras Sterlingicas, tanquam certum redditum quotannis pendendum legavit, e quibus quadraginta circiter Proto-Bibliothecario, decem Vice-Custodi, cuius munia in librorum ordinamento occupantur, octo demum Janitori cederent. Lege insuper a se impetrata, vicibus Societas Bibliopolarum Londinensis unicum exemplar ejusvis libri, quem imprimi curant, gratis praestare tenetur, omnium Bibliothecarum, ne Vaticana quidem excepta, splendidissimam atque instructissimam suam effecit. Jacobo I. certe Britanniarum Monarchæ mirificam illa voluptatem attulit, ut dicere palam haud dignatus fuerit, si unquam se captiuum fieri in fatis esset, isto carcere se includi capere, atque intercessos;

istos libros, (qui catenulis maximam partem vinciuntur) ~~et~~ captives etatem consumere. Cæterum hoc tantum nunquam satis laudandi Viri beneficium gratis animo deosculata est Universitas Oxoniensis, adeoque cum eum A. 1612. d. 28. Jan. mors oppresisset, solennia ipsi, quantaque cum fieri potuit pompa maxima iusta persolvit, epicediusque Hebraica, Græca, Latina atque Anglica lingua exaratis parentavit, & ne quid memorie illustris Patroni honorandæ desesse videretur, in orientali Bibliothecæ pariete hanc inscriptionem aureis literis figura mandavit :

Quod feliciter

Vixit, Academicus Oxoniensis.

Bibliothecam

Hanc vobis Reipublicæque

Literatorum

T. B. P.

Hujus bene meriti desenter quoque recordatus Joh. Morrice, Canonicus Edis Christi Oxon. annum quinque libr. Sterl. legatum Academiz ea conditione assignavit, ut Magistro cuidam Artium, in laudem Bodleji, d. 8. Novembr. Bibliothecæ visitationi destinata, panegyricum dictuò illud largiretur, cuius voluntati ab anno octogesimo secundo superioris seculi coaditaner obsecundatum fuisse, novimus. Succedunt deinde Johannes Cowel & Job. Fortescuas, nobile par consummatissimorum Angliae Jure-Consultorum, quamvis diversissimo tempore mundi scenam oraverint. Ille enim d. 11 Octbr. A. 1613 ad plures abiit, eum praefecturam Aulae Trinitatis, quæ Cantabrigiæ est, non sine elogio gesisset, & Juris Civilis in Academia ista Professor Regius perennem eruditioñ suæ opinionem stabilivisset, quam adhuc magis propagavit, editis a se Institutionibus Iuris Anglicani ad methodum Institutionum Justiniani compositis, nec non Interpretæ sic appellato, libro, quo orationem vocum in Legum vernacularum scriptoribus aut statutis occurrentium, genuinam significacionem aperuit. Quoniam autem in eo Regis Iura quadam limitata pronunciare nos fuereretur, a malevolis, obscuros juris domestici terminos in lucem trahi pariter stomachantibus, in crimen heresies politica adductus est, opus ipsum Parlamenti autoritate interdictum ac condemnatum fuit; qua ex re lethali moerore

604.

contracto paulo post contabuit. Hic vero sub Heinrico VI R., primarii Angliae Judicis summique Cancellarii fastigium adeptus, immortalem legum peritiam sibi famam conciliavit, quam etiamnum ab obliuione videntur bini ejus libri, alter de discrimine Legum Civilium & Provincialium, alter de Laudibus Legum Angliae inscriptus, qui a Seldeno notis illustratus A. 1616 prodidit. In manuscriptis libros ejus de Politica Administratione, sive de Dominio Regati & de Dominio Regali Politico, de vigore Legis naturalis, de Legibus & Consuetudinibus Angliae, aliosque adhuc latere Autor hic indicat. Sub Iseani nomine, ab urbe Isca, que nunc Exoniam, & fluvio cognomina derivato, duos introducit viros, & sacris infulis, & literarum splendore perquam celebres. Alter est *Bartholomeus Iseanus* Episcopus Exoniensis, angustis equidem natalibus ortus, sed qui virtutum & philosophiae tam divinæ quam humanæ studio acceptum ferre debuit, quod patriam Eccleiam regere, & Henrici II R. gratia frui potuerit. Hujus quippe causam, in controversia illa de Clericis maleficiis coram Magistratu seculari sicut Leicis judicandis, contra Thomam Becketum Archi-Episcopum Cantuariensem, libertati Ecclesiastice id repugnare, proptereaque honorem Deo debitum infringere clamantem, animose suscep-
rat, atque in conventu Parlamenti Northamptonæ congregati, qua pollebat facundia, solidissimis rationibus omnes in sui assensum pelleverat. Idem Legatione ad Papam Alexandrum III decoratus, litem maximi momenti, adversariis plurimis licet renitentibus, ea gravitate ac prudentia compescuit, ut non tantum Regem cum Pontifice feliciter reconciliaverit, verum etiam sibi Delegati honorem, ad decideridas suo arbitrio causas in Anglia litigiosas procura-
verit, Luminaris Anglicanæ Ecclesiæ titulus affectus. Dialogum contra Judæos aliqua conserpuit, quorum syllabum e Balæo de-
promptum videoas. Alter est *Josephus Iseanus*, seu ut aliis audit, *Devoniensis*, quem doctrinæ libertas & favor Richardi I singularis ad Burdegalensem Episcopatum evexit. Dicto enim Principi ad bellum sacrum proficiensenti individuum comitem se sociaverat, ejusque res gestas divino poemate, Antiochis nuncupato, celebraverat. Opus merito immortale, & cum antiquitate Romana de palma con-
tendere judicat Balæus, ut adeo monstru simile sit, aureum Poe-
tam

tam in plumbeum seculum incidisse. Aliud quoque carmen de bello Trojano quinque libris distinctum, quod Paraphrasin Daretis Phrygii recte dixeris, tam venuste, tam terse conditum reliquit, ut variae istius superiori ævo adornatae editiones Cornelium Nepotem falso autoem supposuerint. Nulla enim inter opera præstantissimi hujus scriptoris ullibi laudantur carmina, licet Catullum ipsi, ut judiciofissimo artis poeticae arbitrio, sua dedicasse sciamus. Præterea stylum in Institutione Cyri, Panegyrico ad Henricum, Nungis Amatoriis, Epigrammatibus diversique generis carminibus scribendis, teste Balæo, exercuit. Verum ad recentioris seculi heroes, quandoquidem amant alterna Camoenæ, nos recipiamus. Inter eos autem eminet *Johannes Prideauxius*, Theologæ Doctor & Episcopus Wigorniensis, qui Stofordiæ, pago obscuræ, A. 1578 d. 17 Septembr. natus, parentes ingenuos quidem, sed a prole magis, que duodenæ ipsis erat, quam a penurie instructos fortitus est. Liberali itaque educatione destitutus, primæ pubertatis annos legendis literisque efformandis tantummodo consumxit, cumque satis canora voce gauderet, Sacristæ officium in Ecclesia rurali Ugborowensi prenslavit, ast competitorem nactus fortiorum, repulsam tulit; quam tamen rebus suis plus profuisse quam nocuisse, ipsem fateri coactus est, dicens, nunquam ad Episcopatum Wigornensem se pervenisse, si Sacrista Ugborowensis fieri potuisset. Spe namque sua se frustratum acerbe conquestus, generose cuiusdam naulicis benignissimam opem provocavit, quæ ipsum bono animo esse jubens, scholæ tradidit, ut literis Latinis tantisper excoletur. Jactis sic aliquilibus fundamentis Oxonium, celeberrimam illam Musarum arcem, adire toto animo flagravit, adeoque pedes longum iter emensus, soridioque armiculo indutus, illuc se contulit. Sub primum adventum Exoniense Collegium ingressus, vilissimo ministerio vitam suam initio toleravit, donec Superiores, perspecto ejus erga humanas artes fervore, exquisito cuidam Præceptoris erudiendum illum committerent, sub quo tales fecit progressus, ut modici temporis lapsu omnes gradus Academicos capesseret, Rectorque memorati Collegii A. 1612 eligeretur, & paulo post Professbris Regii in Theologicis munia subiret. Dic: non potest, quantæ admirationi Britannia non modo, verum etiam exteris, in functione demandati offi-

et fuit, qui tantum audire doctorem in summa felicitatis suæ parte ponentes, cœu ad alterum Salomonem catervatim confluabant. Longum horum agmen struit Autor, e quibus citasle sufficiat Joh. Combachium, Philippum Cluverium, Sixtinum Amama, Nicolaum Vignerium, Davidem Primerosium, Christianum Rumpium, Jacobum & Fridericum Dorvilius, Jacobum Aretium, Joh. Rudolphum Stuekium, Joh. Wasserum, Hieronymum Ernesti ; reliquos missos facimus. Libros conscripsit bene multos argumento & doctrina commendabiles, unde perspicere est, utrum plus iusto sibi indulserit Autor Athenarum Oxoniensium, qui illum Columnam fidei orthodoxæ, Malleum Haerescon, Patrum Patrem, atque ingens Scholæ & Academiz Oraculum nominat. Nec postremas inter laudes ejus referendum est, quod Principi Heinrico, Regibusque Jacobo & Carolo a sacris constitutus, eorum gratia floruerit, atque ab ultimo Ecclesiam Wigornensem A. 1641 moderandam acceperit. Tandem vita statione decepsit A. 1650, cum annum alterum a septuagesimo ageret. Haud disparis ordinis, & autoritatis, sed eo senior fuit *Johannes Rainoldus*, qui A. 1549 aura vitali vesci coepit, atque a teneris unguiculis incredibili propensione studia sectatus, mature Academiz nomen dedit. Cum ergo Oxoniū mitteretur, diurna nocturnaque industria Autores omnes tam profanos, quam Ecclesiasticos versavit, atque ex iis omnium scientiarum arcana hausit, eoque iudicio digessit, ut totam ætatem in qualibet Scientia trivisse viuis fuerit. Ita enim Albericus Gentilis, at quanti nominis Jure - Consultus est asseverare tum temoris non erubuit, eredere se, Rainoldum plura de Jure Civili & Canonicō leguisse memoriaque tenere, quam sibi cognita essent, licet ad se maxime pertinenter. Memoria quippe adeo divina polluit, ut etiam si infinitam librorum multitudinem perlegisset, singula tamen rerum ibi obviarum momenta in numerato haberet, atque eorum ad paragrapbos & lineas, nedum ad paginas, recordaretur. Cum A. 1598 Decanatus Lincolniensis ipsi conferretur, tam lauto beneficio, utpote Residentiam exposcente, parum iactatus est, quod Academia exulare acerbum judicaret : itaque sequenti anno cum Praefectura Collegii Corporis Christi lubentissime illud permutavit, quo & majore cum libertate studia urgere, & virorum doctorum consuetudine op-

portunius fruisibi licoret. Nec magis Elisabethæ Episcopalem mittam ipsi pollicenti ennuit, sed modeste tempor regessit, *nolo Episcopari;* quandoquidem mallet Collegio quam Diocesis praesesse. Ecclesia autem Anglicanæ ita fuit addictus, ut tamen Puritanorum fulerum, & Non-Conformistarum, quales tum temporis erant, insignis fautor haberetur; eius præjudicij causa fuit, quod nonnullas ceremonias ob tranquillitatem conscientiarum eliminatas optaret, quamvis ipse per totam vitam Liturgiaæ ac disciplinaæ receptæ observantissimum se præberet. Luculentum dein catalogum librorum ejus, qui tam typis, quam calamo tantum descripti extant, hie super peditat. Autor, quorum pars fidoi Christianæ dogmata tangit, & Pontificiorum, ut puta Bellarmini, Stapletoni, Sanderi, Harti errores refellit, pars vero Academica & moralia argumenta pertinet. Eundem quoque S. Scripturæ, iussu Jacobi I Regini, in idioma vernaculum vortendæ cum aliis admotum, atque in Colloquio Hamtoncourensi, concordie & externæ disciplinæ Ecclesiastice firmandæ gratia, auspiciis regiis inito, præcipuas partes egisse docet. Accisis donique a podagra & phthisi corporis viribus, gloriosam animata Vir longiore vita dignus exhalavit die 21. Maii A. 1607, nondum impleto anno aetatis quinquagesimo-octavo, cum fidei suæ confessionem, brevem quidem illam, sed nervosam, ne similes calumniz de se ac de Beza olim spargerentur, in chartam pridie concisisset, debilique manu nomen suum clare subseripisset. De Walthero Raleigh, egregio Angliae Archithalesso, cuius vitam atque exitum prolixo discursu explicat Noster, nihil in præfonti aliud notabimus, quam quæ librum ab ipso, eum conspirationis reus in custodia detineretur, lingua verbacula confessum attinent, cui titulus: *Historia mundi;* cuius epitomen A. 1700 nepos illius unicus Philippus Raleigh, Eques, Londini edidit. Illam enim admirandam in rebus Chronologicis exactitudinem, suavissimam contextus elegantiam, summamque doctrinæ varietatem ubique præ se ferre testatur, ut integræ seculi opus videri posset. Sane detracterem auctoriam habuisse, atque ad invidiam Jaecobi R. qui neminem stylu facultate se antecessore opinabatur, produisse declarat. Id modiolendum, quod dimidia sui parte mutila prostet; quod quidem ista ratione contigit. Paucis diebus ante, quam mortis suppicio affi-

afficeretur Raleighus, bibliopolam, qui primæ partis impressionem curaverat, ad se accersi jabet, quem familianter compellans rogare tandem coepit, satisne bene liber fuis veniisset? eoque respondente, tam lente illum venisse, ut se perdidet, Raleighus pulpitum accedit, atreptaque altera Historiae parte MSta, quam ad sumam usque etatam produxerat, gemens in haec erupit verba: *Aīm' amice primam partem te perdidisse? ego sane, ne altera pars ulī detrimento sit, cævebo. Ingratam hoc seculum eandem non metetur.* Atque sic codicem igni injecit, pedem imponens donec consumetur. Mortis autem poenam, ad quam Hispanis, Gondamato imprimis, frigidam suffudentibus, condemnatus fuit, intrepido animo, licet æger corpore, sustinuit. Ascendens enim ferale perigma, circumstantem turbam non modo alloquutus est, sed etiam securim manu prehendit, acieque tentata ad judicem conversus, subridens dixit: *Accidem hoc est pharmacum, sed ad omnes morbos curandos accommodarisimum.* Essent quidem adhuc memorandi Henricus Bracton, supremus Anglie Justitiarius; Walterus Brittius, Wicklefi discipulus & insignis Mathematicus; Joh Barckham, Zacharias Bogan, Joh. Bidgood, Fridericus Creditonensis Episcopus Ultrajectinus, Robertus Cicestriensis, Rogerus Cisterciensis, Joh. Conant, Franciscus Drake, Joh. Davies, Joh. Dodderidgii, Arturus Duckius, Gilbertus Foliot, Richardus Fishacre, Joh. Garlandus, Theophilus Galeus, Josephus Glanvilius, Thomas Hardingius, Joh. Hookerius, Guilielmus Hakewill, Joh. Juxellus, Stephanus Langtonius Cardinalis tituli S. Chrysogoni, Georgius Monk regis potentia restaurator, Richardus Newte, Guilielmus Pole, Walterus Stapletonus Londinenis Praeful, Guilielmus Tooker, Nicolaus Uptonus, aliquique complures, qui patriæ sua & solatio & splendori fuere. Verum ne intempestiva prolixitate Lettorum nostrum oneremus, filium hic abrumpimus, satis jam eundem intellectorum arbitrantes, quantos thesauros liber hic in sintu suo recondat. Melius tamen cum eo comparatum foret, si Rev. Autor, qui a rīis gentilitiis conterraneorum suorum illum sollicitate illustravit, eundem quoque necessariis indicibus instruxisset, vel ad minimum, in gratiam investigantium, nomina omnia sub unius tabule conspectu exhibuisset.

STEPH. BLANCARDI LEXICON NOVUM MEDICUM Græco-Latinum ceteris editionibus longe perfectius etisimum.

Lugduni Batavorum, apud Cornel. Boulestein, & Jord. Luchtmans, A. 1702, in 8.

Constat 2 Alph. 9¹, plagul.

Sistimus Autoris Clarissimi Lexicon Medicum, quod *mense Mayo p. 193.* propediem nos recensituros promisimus, cum in Medicorum ejus Operum versaremus enumeratione. Amstelodami quidem iam tum A. 1679, & Lugduni Batavorum A. 1690 typis idem exscriptum prodiit; praesens tamen editio novi Lexicis magis meretur titulum, quo austior vel ex mole majori mox appetet. Scilicet qui termini Anatomici, Chymici, Chirurgici, Materiarum Medicarum triplici Naturæ regno comprehensa, ponderum, aliquæ, cum denominationibus Gallicis & Anglicis, hactenus desiderari videbantur, nunc non solum adjunguntur, sed & usitatæ Medicorum characteres in peculiari tabula exprimuntur, vocumque Batavarum, Germanicarum, Gallicarum, Anglicarum, Graecarum & Barbaricarum indices attexuntur. Specimen interim ejusmodi singulorum terminorum ne desit, ex innumeris pauciores imus commemoratum. *Aciniformis tunica* eadem cum oculi uera perhibetur. *Chorda membrana tympani* videtur nervus a quinto pari oriundus, quasi ex mente veterum sonus aliquis in aure posset excitari, si motus ejus tremulus eadem membranæ tympani communicaretur ratione, qua in chorde super pellem tympani militaris protensa fieri alias soleat. *Abluitio Chymicis* salutatur, quando impuritas ab aliquo medicamento, vel acrimonia ab aliqua calce abluitur, aqua affusa. *Adepti* reputantur Chymicis ii, qui artem Chymicam bene norunt, & inter Chymicorum Philosophos relati sunt. *Arista* non minus ac *Avriga* deligationibus Chirurgicis annumeratur, dum illa parum a recto declinat, in obliquum tamen nondum vergit insigniter, hac autem latera deligantur eo, qui simul edocetur, modo. *Exritis*, veluti lapidis alio quasi prægnantis, quatuor constituuntur genera. *Rubini*, ceu gemmæ rutilantis rubentisque ac limam respuentis, rubedo cum coccineo lacca Indicæ colore comparatur, locusque natalijs

tal is in aurifodinis, ubi sapphiri reperiantur, indigitatur diversus.
Rismutbum aequiparatur Marcasitæ. *Nitrum* uti sal sapore falso-
amarum, ita, præter Antiquorum nobis incognitum, triplex enu-
meratur, licet non nisi unicum, quod ex terris excoquitur, habeatur
in usu. *Nitro* nativo, Alexandrino pariter atque Neapolitano, co-
lor roseus, flavedo autem Puteolano adscribitur. *Centummorbia*
dicitur Nummularia, propter mirificam virtutem, quam in plurium
ulcerum medela exercere creditur; quemadmodum a foliis nummi
speciem referentibus Nummularia, item Hirudinaria vel Serpenta-
ria ob alias rationes audit. *Sauv*, Græce σαυρη, putatur esse Naſtur-
tum, quia instar lacertæ mordeat sua acrimonia. *Cordamomum*,
vel a vocibus Græcis, vel verosimilius ab exotico aut Arabico verbo
Cordumeni, denominatum, occurrit & majus, & medium & minus.
Majoris duas species. *Autor* vidit, vulgare nempe, granorum Para-
disi titulo veniens, obliquis folliculis inclusum: magnitudine ſemi-
nis, quod in minori comprehenditur, instar Aloes succotinæ ni-
grum, ac sapore Cubebem fere æmulans. Altera vero species ſemen
in duobus folliculis continens, atque colore & magnitudine canna-
bis ſemini non cedens, sed eundem ſaporem pra se ferens, primo
aspectu non nisi nuces avellanas repreſentavit, ſuis calicibus externis
viridibus ac exſiccatis inclusas. *Euphorbium*, ex Lybia, Mauritia,
Peruvia &c. ad nos allatum, gummi exiftit acerrimum, ex fauicia
ta ejusdem nominis herba, cuius singula folia cucumeres veluti ex-
hibent aculeatos, quamque Amſelodami *Noſter* virentem luftravit,
extraſtum. *Formica* non modo inſectum est, sed & verrucae
species, Gr. *Muçumnia*, id est verruca formicaria, tumens & callo-
ſa, colore nigricans, bafi lata & cute ſeffili, in exciſione dolores
adferens, morsunculis formicæ ſimillimos.. Morbus est, Wier-
teſte, ab Hispania nobis communicatus, venenatus, malignus ac con-
tumax ſerpigo, averendis initium ſumens, ab iisque per universum
corpus, cum doloribus & intoſerabilis pruritu, faciens progressum.
Moschi, ex India Orientali de Tonquin, non procul a China, ad nos
transmisſi, duæ memorantur species: nobilior altera, instar ſaniei
in quodam folliculo, qui in moschiferæ capreæ abdomen non lon-
ge a posterioribus pedibus deprehendatur, collecta; altera vilior,
ex ejusdem animalis cruore, post ſeri remotionem, cum carne mi-
nutiu

nutum incisa, pelli inclusa, atque urina per aliquot dies perfuso, partefactionis interventu preparata. *Dicbalcum* pondus est duorum areolorum, continens tertiam oboli, sex areolis constantis, par tem; quemadmodum *Duella Veterum* pariter habetur pondus, octo scrupulos pendens. *Axiomatis* nomine propositio insignitur ex Hippocrate vel Galeno autoritatem habens, licet hodierno tempore non tam autoritas, quam ratio & experientia, in Medicina valeat. *Hypospadie*, ab *υποστάσι* subtrahō, audiunt, in quibus a primo jam ortu iter urinæ inferius sub glandis yinculo exsistit. &c.

SEXTI AURELII PROPERTII ELEGIARUM LIBRI IV, ad fidem veterum membranarum sedulo castigati, cum notis & tribus indicibus.

Amstelodami, apud Henr. Wetstenium, ut & Rod.
& Gerh. Wetstenios, 1702. 4.

Constant 4. alphab.

Quo major apud yeteres Sexti Aurelii Propertii carminum fama fuit, quoque ingenii ac facundiae gloria illustrior; eo major res solertissimo horum editori Brouckhusio, Viro literarum non minus quam armorum laude florentissimo, pro tam nitida & accurata editione, quam nunc hoc loco sistimus, gratias debemus. Scilicet cum Criticorum copia atque male sedula industria emendando valde corrupisset, & tantum non perdidisset Propertium nostrum, adsertore opus ille habuit, qui contra Medicos adesset agrotant: illumque tandem Brouckhusium nostrum, quem mira Poetæ hujus suavitatis totum ceperat, fausto omniæ invenit. Is enim singulari studio ac judicio feliciter ipsum orbi eruditio restituit, mediis usus apprimè huic fini convenientibus. Duos enim apud Clarissimum Petr. Francium Propertii codices invenit in membrana exaratos, & variantis scripturæ excerpta, de codice *Poëbiano Jani Lernutii* manu enota ta, dono Viri Celeberrimi Jo. Georgii Gravii natus est; deinde Jacobi Galle Ecclesiaz Campensis Ministri, qui cum Oratore Belgico Lutetiaz versatus, adjuvante *Egidio Menagio*, duos e bibliotheca Regis Gallia libros in membrana calamo exaratos, duos item alteros bibliothecæ Colbertinæ, cum excusis libris contulerat, benefi ciq

cio usus; ipso etiam codice Posthiano ē bibliotheca Academiæ Grossingomlandicæ, benevolentia Jo. Mensinge, & excerptis e libro M S c. Olai Borrichii, per Illustrēm Grævium potitus; opera denique Viri Clarissimi, Theodori Jansonii ab Almeloveen, in conferendis aliis libris adjutus, talem nobis Propertium reddidit, qualem eruditī omnes diu jam desiderarunt. Præmissis igitur pluribus virorum per omnes states clarissimorum, quibus Poetam hunc ornarunt, elegiis, in limine statim libri, Propertii patriam, de qua olim Scaligero in Paradoxis literariis litem movit Schoppius, & de qua Thaddæus Donnola integrum librum edidit, Mevaniam Umbriæ faisse dicit, primique carminum ejus libri verum titulum esse Morō-θιθλος, sive Propertii Nauta Mevan. Umbri Cyrbia, e codice Grossingano contra quosdam Criticos evincit, eaque occasione plures aliorum Poetarum libros a nomine puellarum, quas amabant, appellatos, ex antiquitate ostendit. In opere vero ipso id quidem potissimum egit, ut autorem a falsis male sanorum Criticorum conjecturis, & lectionibus, quas appellant, perpurgatum, & collatis summo studio membranis quam emendatissimum nobis exhiberet. Cuius rei in omnibus elegiis, singulisque fere versibus, testimonia legentibus occurunt. Nobis jam unicum e lib. III. Eleg. 21, p. 314 adduxisse sufficiat, ubi versum 15 ita legendum esse,

Et si qua Ortygii visenda est ora Caystri,
collatis plurium codicū variantibus lectionibus demonstrat, &
contra alios valide confirmat. Ceterum emendatum sic autorem
suum multis locis luculenter explicat, suamque explicationem
adductis præstantissimorum Latinorum Poetarum, quin & alio-
rūm auctorum, atque Ciceronis præcipue, cuius studiosissimum
imitatorem Propertium nostrum fuisse, p. 274 n. 58 & alibi dicit,
testimonii communis. Jam enim allusionem paulo obscuriorem,
quales e Græca & Romana Historia plurimæ in Romano hoc Calli-
macho occurrunt, missis vulgaribus nāniis, e Mythologia illustrat.
Sic verbi gratia lib. I, Eleg. 81, v. 20 Pityos fabulam, alias alibi expli-
catur. Jam phrasin & idiotismos Poetæ notat, & ex optimis Poetis
*corroborat. Sic ad lib. I, Eleg. 4, v. 12 phrasin, *perire aliquare,**
ducere carmina lib. I, Eleg. 7, v. 1: vocem evoluisse lib. I Eleg. 7 v. 16,
& singularem emphasin atque usum particulae ad in Proptatio, plu-

raque alia aliis locis exponit, selectissimisque plurium poetarum dictis declarat. Quod dum agit, alios sepe interpres summo iudicio, nec sine sale perstringit, illorumque errores detegit, ac ubi patiuntur, emendat. *Palmerii* certe temerarios conatus in sollicitandis veterum scriptorum locis non adfectis, *Jani Douzae* verbis p. 5 n. 19 accusat. *Josiam Mercerum*, elegantis alioquin ingenii virum, tam profunde dormitasse miratur, ut ad lib. I, Eleg. 1, v. 31 Nonium corrigens, *annuere aurium esse* dixerit, quod tamen soli fortasse Sileno, si Midam exceperis, datum fuerit. *Guyeti* temeritatem lib. I Eleg. 3, v. 31 castigat, illumque pro munditiis Propertianis meras nærias adferre queritur. *Gebhardi* frigidas sententias p. 39 n. 5 ridet. *Ant. Volscum* vix sani capitis homines p. 56 n. 1, fatuum caput atque nebulonem p. 167 n. 24. dicit, ejusque passim crassissimos errores notat: atque *Beroaldum* cupide nimis illum sequentem, dolendum magis quam ridendum p. 222 n. 39, & 418 n. 39 existimat. *Lamp. Alardi* mirificam commentandi rationem, a lios omnes exscribentis, nec unquam autorem citantis taxat, plurimaque ejus plagiap. 108 n. 17 detegit. *Schoppium* nugari, p. 238 n. 33: *Galeottum Martium* inanis cerebri deliramenta adferre p. 326 n. 22 adfirmat. *Jo. Passeratium*, ubi laudem meretur, p. 270 n. 31 eadem non privat Noster: sed istum tamen interdum somniare p. 239. n. 6, & non bene interpretari, p. 340 n. 35 ostendit. Ejus autem fucum ac graculum *Phil. Silvium*, quem sæpiissime Parisinum interpretem (Propertium enim in usum Delphini edidit) vocat, tantum non ubique errare; non interpretationem versuum Propertii, sed versionem male Latinam versionis Gallicæ Marollii dare, p. 16 n. 12; ejus crassissimam barbariem p. 159 n. 15, & supinam simplicitatem p. 371 n. 21, nullo modo excusari posse; ipsumque ignorantie antistitem p. 301 p. 6, lacrymosum enarratorem p. 253 n. 29, Grammatices ignarum p. 379 n. 21 esse censet; atque ejusmodi Gallogrum versiones nisi manibus juventutis excutiantur, miseram literis barbariem ominatur. Ne vero solus sibi sapere velle videatur, bonos etiam interpres pro meritis eorum laudat, ut *Jo. Parrbasium* p. 9 n. 20; *Barthium* certis in rebus p. 25 n. 1 in fine; *Muretum* p. 54 n. 29, p. 205 n. 39; *Janum Rurgesium* p. 75 n. 50; illustres *Spanbemium* & *Gravium* passum; *Schottum* p. 156 n. 1; *Hadrien. Junium*,

nium, Petr. Bellorium, Delrium, Isaacum Vosfium p. 268 n. 12, & alios pluribus locis. Quin & illorum nonnunquam judicium suo præfert. Sic Eleg. I v. 3 Barthii atque Gebhardi interpretationem veram & præ sua sequendam putat: in quibusdam etiam aquam si- bi hærere ultro fatetur p. 96 n. 4, opemque non nisi a melioribus libris p. 191 n. 44, & p. 234 n. 22, aliorumque doctorum studiis p. 225 n. 18, & p. 369 n. 3, expectandam esse censet. Ubique autem pro eruditione & copiosa lectione sua, singulares observationes, non sine legentium commodo atque delectatione, Lectoribus communicat, iisque rem litteraria in egregie illustrat. Sic *Cyntiam* inter foeminas antiquitatis eruditæ referendam, & poetica civitate donandam esse, p. 9 n. 27 e pluribus Propertii locis probat: *Euphorionem Chalcidicum*, *Latinum a Cornel. Gallo* factum, cum omnibus ipsius Galli carminibus intercidisse; libellum autem illum, qui vulgo sub Galli nomine circumfertur, *Maximianus* aliquem auctorem habere, fucumque studiis primum a *Pomponio Gaurico* sub tam bono nomine factum esse, indeque *Ren. Rapinum*, qui post composita aliquot summorum ex antiquitate virorum paria, *Corn. Gallum Catullo* ac *Mæcenati* præferre ausus sit, multum errasse, p. 209 seqq. ostendit. *Joannis Secundi* aliorumque Batavorum Poetarum laudem, adversus *Bajuletum* quendam, qui Batavis Poetis ad delicias & amcenates adspirantibus patriarum paludum nebulosum aerem, & damnum frigoribus coelum obstaræ dixerat, p. 49 n. 1, & p. 119 n. 6, a iisque locis vindicat. *Palingenii* versus, qui a multis tantopere amentur, incomptos, dictionem nil minus quam uitidam, crebros contra artem metricam lapsus, inventionem ineptam ac puerilem, sepe etiam impiam, ubi Christianæ rei mysteria eum fabulis antiquorum turpiter commisceat, esse, p. 171 n. 74 probat. *Natalis Comitis* fontes suæ eruditonis occultantis, famamque invisos inauditosque aliis libros se legisse captantis, animum minus ingenuum p. 216 n. 45: *Flori*, Deos aut Deorum filios in veram ac seriam narrationem, non aliter ac machinam in tragœdia introducentis, ineptias p. 317 n. 26: *Colomesii* opinionem circa lib. IV Eleg. 3 Propertii p. 343. n. 1: *Blondi Flavii* jacularem errorem, qui ad lib. V Eleg. 1 v. 64, per Romanum Callimachum, alium quam Propertium intelligit: & magis etiam Galli cujusdam, in tam clara Europæorum rerum

kuce, *Altorfium* oppidum in Altorfium hominem adolescentulum transfigurantis, ignorantiam p. 331 n. 64 notat. *Dacierium* etiam Mæcenati de genere controversiam moventem, regiamque ipsi originem denegantem, p. 354 n. 1. meliora edocet, & multa circa syllum & poesin Propertii notatu dignissima passim observat. Illum scilicet verbis compositis pro simplicibus, & simplicibus pro compo- sitis saepissime uti, p. 17 n. 27, & p. 322 n. 29; rhythmum carminis una eum aliis aurei ævi poetis observare, p. 61 n. 5; hiatum saepè negligere, p. 133 n. 1, p. 195 n. 195, p. 285 n. 61; geminam negationem pro una ponere, p. 149 n. 5; orationem grandem in re exili Maronis exemplo. lib. II El. 19 v. 42

Grandevique negare ducere aratra boves,
adhibere; κακέμΦατον lib. IV El. 9 v. 7 :

Sed non invito manserunt hospite Caco,
contra Virgilii exemplum, qui, observante Servio, prudenter casum, in quo inerat turpis significatio verbi vitaverit, & pro *buic Caco*, *buic monstro* reposuit, admittere docet. Idem veteres in fabellis suis, nulla habita ratione veri aut falsi, aliter atque aliter lusisse, 107 n. 11, & p. 269 n. 16; eosdem non Smaragdus, sed Zmaragdus scripsisse, p. 141 n. 43; in medica arte herbas Cretones efficaciores omnibus aliis credidisse, p. 82 n. 63. refert. Tandem versus quosdam Propertii singulares annotat, qualis lib. III El. 3. septimus est, ubi Poeta,

Ite, agite, experte bello date linea prora;
dicit; & dicendo summam nautarum in æquore festinationem artificiose exprimit. Talis & est lib. III El. 4 vigesimus quintus,

Non me moribus illa, sed borbis improba vicit:
quo puellæ plorantis, ac præ lacrymis singulantis, tertia verba artificiose ipsum ejus affectum referunt. Eodem modo lib. III El. 21 v. 9 sq.

Gerione stabula, & luctantum in pulvere signa

Herculis Antoique, Hesperidumque choros,

Poetam admirabili judicio in ipsa pentemimeri syllabam, cum ostendere vellet, Antæum tam arcto nexu ab Hercule fuisse pressum, ut nullis omnino modis solvi posset, nisi præfocata prius & extincta anima, elisisse; istudque artificium e fontibus Maronianis haussisse,

p. 33

p. 313. dicit, atque institutum suum in omnibus egregie exequitur. Quare quemadmodum Perizonii edendas in Valer. Max. notas, quas p. 413 n. 1 commendat, & Nic. Heinsii Comment. in Propertium, cuius edendi spem p. 162 n. 58 nobis injicit, avide cum ipso expectamus: ita ipsum Illustrem Brouckhusium, ut pari ratione etiam Tibullum, parata jam in eam rem non adsperrnabili materia, quod p. 231 n. 58 innuit, perpurgatum nobis reddat, publico nomine etiam atque etiam cohortamur.

*D. THOMÆ ITTIGII, THEOLOGIÆ P. P. AD D.
Nicol. Pastoris & Superintendentis Lipsiensis, Exercitatio-
num Theologicarum variū argumenti Enreas.*

Lipſiz , apud hæredes Lanckisianos , 1702, 8.
Alphab I^½,

Promit e ditissima sua penu thesaurum unum post alterum Magnificus noster Ittigius, & uti studiosam Juventutem in Praelectionibus publicis solidissima eruditione Theologica Ecclesiastique imbuit, sic Dissertationibus quoque Academicis commoda ejus juvare neutquam omittit. Et haec quidem cum ob materiarum selectum, & momentorum Theologicorum pondus, & judicium accuratum, & diffusissimæ lectionis usum, infinitis parasangis distent: a vulgaribus istis rhapsodiis, quæ scipiis pro solo tyronum arbitrio conceptæ, Præsidum excellentissimorum nominibus, consuetudine deploranda inquam, an detestanda? superbiunt, multam, quod spondemus, apud Eruditos gratiam sunt habituræ. Et merito sane melior istas fors manet, quam pagellas quoque, cætera eruditissimas, sed separatim evulgatas, quæ nimis cito hominum se consperdi subducant; dum earum aliquot in unum colligere fasciculum editoribus Bibliobolis placuit, non improbante institutum adeo bonum ipsomet Magnifico Autore, ad cuius nutum novem Exercitationes, diversis antea temporibus sigillatim editæ, ac solenni discussione ventilata, hoc, quem nunc indicamus, ordine comparent.

Primum locum occupat Inauguralis Dissertation, quam pro Licentia summos in Theologia honores assumendi olim habuit, cum adversiones complexæ ad censuram Facultatis Theologica Parisiensis, lacram in Sorbona d. 18 Maii A. 1683 de propositione: ad fo-

Iam sedem Apostolicam divino immutabili privilegio spectat de controversis fidei judicare. Secundam Autor spectatissimus, Professor tunc Theologiae ordinarius, A. 1698 praesidendo proposuit, inque ea *Theodori Abucara opusculum de baptismo fidelium ante Christi adventum defunctorum per aquam*, qua ex ejus latere profluxit, examinavit. Scilicet oraculum Christi de necessitate baptismi Joh. III, 5 minus recte capiens Abucaras, fideles veteris etiam Testamenti sine baptismo regnum Dei non ingressos eredit, eaque de causa animas eorum apud inferos ad Christi usque defensionem divertisse, & corpora aqua ex aperto ejus latere profluente baptizata fuisse statuit. Ne vero corpora plerorumque dudum cineraria quis objiceret, haec in elementa sua, ex quibus fuerint composita, resoluta, & ab aqua in haec elementa itidem resoluta postmodum sanctificata baptizataque fuisse respondet. At haec sententia dum jure exploditur, genuinum simul dicti allegati sensum vindicatum, & uberiorē *Theodori Abucarae operumque ejus histerjam contextam* Lectores heic accipiunt. *Tertia Exercitatio ex Joh. IX, 1. 2. 3. causam calamitatis in homine a nativitate cœco considerat*, & inter alia discipulos querentes: *Rabbi, quis peccavit? hicne, an parentes illius, ut cœcus natus fuerit?* utut forsitan errorem de peccato cœci ante nativitatem possibili foverint, *μετεπέψυχωσιν* tamen statuisse negat. *Quarta occasione* moniti a Salvatore optimo Joh. XIII, 14. dati *de pedilavia Christi imitando* agit, factoque Christi ipso paulo latius excusso varia commemorat pedilavia, quibus ista admonitio occasionem subministrarit, tandemque optimam ab iis imitationem insti-tui asserit, qui variis sinceræ atque humilis charitatis operibus proximo inservire non graventur. *Quinta in Panegyri Doctorali A. 1699 exhibita*, ac paulo post pro loco in Facultate Theologica obtinendo discussioni consuetæ exposita, circa locum Petri difficultum (1. Epist. IV, 6.) *de Evangelio mortuis annuntiato* versatur; ubi post recensitas & expensas diversas aliorum sententias, isthanc suam facit Magnificus Autor, juxta quam mortui hoc loco sunt in peccatis mortui, edemmissionibus quippe, lascivis & aliis nefandis flagitiis dediti. Atque his ex mente Petri prædicatum esse dicit Evangelium, ut *judicarentur*, hoc est, paterentur *carme*, & quidem secundum homines, cum ea sit hominum conditio, ut ob
pecc.

peccata variis ærumnis sint obnoxii ; spiritu vero juxta Deum vivent, vita spirituali, quæ mortificationem veteris hominis una comprehendat. *Sexta dominica ianuaria* sistit transmissi ante hoc biennium hue Lipsiam, ut typis exscriberetur, anonymi cuiusdam tractatus, hoc titulo insigniti : *de sacra Dominicana nonnisi in Paschate anniversario & solenni ritu ab omnibus Christianis ad finem usque mundi simul celebranda, nec non de aliis quibusdam ejus abusibus antiquitus inventis* ; ubi *xata & voda* anonymum hunc insecurus Autor, hypotheses istius atque argumenta in annotatis eruditissimis refellit. *Septima creaturam gemebundam ex Rom. VIII, 19. - 23.* considerat, & ejus nomine fideles quoscunque denotari statuit, qui merito & ab Apostolis, primitias Spiritus, dona nempe Spiritus sancti extraordinaria & miraculosa, adeptis, & a filiis Dei, qui jam tum in cœlis triumphant, distinguantur. *Ottava locum Paulinum Col. I, 24. de residuo passionum Christi, quod Paulus in carne sua. Ecclesia causa cum gaudio adimpleverit*, non dextre solum promente Nostratum explicat, verum & adversus varias variorum detractiones ac depravationes prolixe vindicat; paritemque industriam nonna circa dictum Rom. VIII, 3. 4. *de condemnatione peccati in carne Filii Dei exercet.*

Novem hisce Dissertationibus duæ subjunguntur orationes, eæque auspicatoriæ Professionis Theologicæ qua extraordinariæ, qua ordinariæ, quarum prior *Io. Dallei tractatum de usu Patrum adversus Matth. Scriveneri apologiam pro S. Ecclesiæ Patribus vindicat*; posterior *de remediosis a Richardo Simonio ad tranquillandas eorum conscientias adhibitis, qui in Gallia ad Romanas sacra amplectenda compulsi de privatione sacri calicis anguntur*, differit. Ultrique Orationi peculiare programma iatibratorum præmittitur, atque horum unum contemplationi loci *I. Tim. III, 14, ubi Ecclesia Dei vipi columna & firmamentum veritatis appellatur, sacrum est*; alterum vero tractatum, qui *Latitudinarii orthodoxi titulo A. 1697 Londini prodiit*, refutat.

Præfixa autem tomo integro præfatio Exercitationem, quæ in eodem quinta est, paucis defendit adversus *Agathopili & Philaletha discarsum*, qui inscribitur : *μυστήριον ἀποκαταστάσιως στάτου*. In hoc sub nomine mortuorum, quibus Petrus Evangelium

rium annunciatum dicat, animas in inferno damnatas intelligi debere asseritur. Vicissim vero locum illum nihil ad Neo-Originianorum aeternum, quod somnient, Evangelium facere, Magnificus Autor palam ostendit.

*VOCABULARIUM ANGLO-SAXONICUM, LEXICO
GUL. SOMNERI magna parte auctius. Opera THO-
MÆ BENSON.*

Oxoniz e Theatro Sheldoniano , impensis Sam. Smith
& Benj. Walford, 1701, in 8. chartæ augustæ.

Constat plagulis dimidiatis 24.

Quanto magis linguae antiquæ Anglo-Saxonice studium cultusque indies efflorescit, tanto majorem, post Franciscum Junium & Thomam Mareschallum, primos velut linguae istius instauratores, viri docti alii certatim velut operam impendunt, ut descendæ linguae, aut monumentorum Anglo-Saxonorum legendorum cupidis, suppetias quacunque ratione subministrent. Quædam, quæ eum in finem intra hos viginti annos edita fuere scripta, in Actis his recensuimus: Georgii Hickeſii, qui primum linguam hanc certis disciplinæ legibus subjecit, *Institutiones Grammaticas Anglo-Saxonicas & Moſo-Gothicas A. 1689 vulgatas, Tomo I Supplemen- torum, Sectione 10, pag. 522*: *Chronicum Saxonicum*, ex manuscriptis codicibus integrum editum ac Latinum factum ab Edmundo Gibson, A. 1693, mense Aprili, pag. 186 seq: *Heptateuchum, Li- brum Job, & Evangelium Nicodemi Anglo-Saxonice*, nec non *Hi- storiaz Judith Fragmentum Dano-Saxonice*, ex MSS codicibus ab Edwardo Thwaites editis, A. 1698, mense Decembri, pag. 549 sq. Aliorum, quæ ante Actorum nostrorum exordium typis exscripta, & a Josselino, Somnero, Mareschallo, Junio, Seldeno, Spelmano aliisve edita fuere, catalogum celeberrimus Hickeſius conte- ruit; *Grammaticis Institutionibus subiunctum*, annexo etiam manuscriptorum indice, sed qui nunc ex Catalogo Cottonianæ Biblio- thecæ, de quo A. 1696, mense Octobri p. 441 diximus, &c maxime ex universalioribus istis Librorum manuscriptorum Angliae & Hiberniae Catalogis, de quibus A. 1699 mense Mayo p. 225 sqq. dictum, mirum quantum locupletari poterit. In tanta ergo monumento- rum

torum veterum Anglo-Saxonorum copia , & qui ea affecti linguae isti dant operam numero, Lexicon idoneum requiri videbatur, sine quo in addiscendis, quæ usu hodie non frequentantur, linguis omnis opera luditur. Tametsi enim jam A. 1659 Oxoniæ Gulielmus Somnerus Lexicon Saxonum edidisset, id tamen nec obvium ubivis erat, & magno ære redimendum , præterea imperfectum multisque destitutum vocabulis. Isti itaque defectui mederi Vir Clarissimus, Thomas Benson, voluit, novo hoc Vocabulario Anglo-Saxonico , quod in privatos primum usus congesserat, publicæ luci exposito. Nam & ita id adornavit, ut vili satis pretio posset comparari, typis arctius dispositis, lineisque non ad nova quæque vocabula pro Lericorum more fractis ac intercisis, sed integris ; & Somneriano tamen multo locupletius prodiret, ac vocibus plus tercentum supra quater mille auctiis. Quo nomine quin linguarum harum studiosis rem gratissimam utilissimamque prestiterit, non est dubitandum.

DESCRIPTIO SPELUNCÆ AD STYVAM HER-
cyniam in agro Brunsuicensi sitæ, vulgo Baumanniane
dicitur.

Cum in Atis Eruditorum anni superioris , mense Novembri, in reccensenda Clarissimi Viri Caroli Leigh Naturali Lancastria, Cestria & jugorum Darbia Historia occupati, celebrie in Darbia spelunce Pool's Hole dicta delineationem exhiberemus , optandum omnino pag. 519 duximus, ut gemina plane isti in Germania , & Brunsuicensi quidem ditione, spelunca, quam Baumanni anam vulgo appellant, accuratior descripicio adornaretur, in que lucem publicam prodiret. Suscepit itaque bunc in se laborem, quo est in promovendis Eruditorum commodis studio singulari, Vir Summe Reverendus Hermannus von der Hardt , Canobii Mariebergensis Propositus , Linguarumque Orientalium in Illustri Julia Professor cœlèberrimus , qui vel solis Concilii Constantiensis Atis editis de Ecclesia & Republica Literaria immortaliter meritus est, cumque in Bibliotheca antebac privatâ Serenissimi Ducis Brunsuicensis ac Luneburgensis, Dn. RUD. AUGUSTI, quam is pro incredibili in Literatos amore Academia Julia non ita pridem donavit, accu-

Qq

ratae tum spelunca illius universæ, tum singularum ejus distinctarumque partium quinque (sexta enim nondum satis videtur explorata) icones deprehendisset, non eas tantum Serenissimi Principis gratiosissimo indulitu, quem devotissima mente exculamus, nobiscum benebole communicavit, sed descriptionem etiam cavernæ luculentam a semet compositam submisit: quam una cum figuris ciura moram Altorum horum Lectoribus benevolie impertiendam hoc loco consummum. Ita ergo illustris Hardtius:


TAB. V.

Visitur hoc naturæ prodigium in Hercyniæ sylvæ radicibus, *Rubelandie*, loco ferri fundendi officina clara, quo flamma, quæ ferrum excoquat, continuo strepitu ex camini faucibus aerem ferit; frequenti Serenissimi Brunswicensium Ducis RUDOLPHI AUGUSTI, literatissimi Principis, praesentia illustri: quippe quo, velut in reconditum & a strepitu aulae semotum sylvæ angellum, optimus Princeps, paucis stipatus ministris, non sine libello, in unum alterumque diem se recipere suevit; unde huic eremo nomen *Rubeland* subnatum.

Ante speluncæ hujus antiquæ ostium aream dedit natura fastis anoplam, in qua ad mirandam hanc scenam spectandam quisque se rite componat, vestes mutet, ne in angustis interioribus meatibus pretium deteratur, faciesque aut candelas prehendat, pro tenebris antri disspellendis. *Aditus* antro hactenus humi perangustus, ut manibus pedibusque ad latentia hæc spectacula observanda proreptare magis quam ingredi daretur, cum natura tegere maluisse videatur, quam areanas prodere operas. Laudatissimam tandem Ducis consilio spatiū amplius *ostio* (a) datum, ut magnatibus, naturæ artes visuris, aptior & facilior pateret ingressus. Spatiū tamen aliiquid ab exteriori ostio ad interius, ad *cuniculi* modum, superandum, quo moles interea montis sine periculo humeris incombatur, ante quam fornices majores attingantur ac conspiciantur. Ostio gemino superato *sex fornices*, amplitudine atque altitudine spectabiles, multis longisque anfractibus se distinxerunt, instar provinciarum, montibus, vallibus, pyramidibus, rivulis distincke. Quas ambages, longumque specuum tractum, integravæ faciem, vel per umbram plena exhibet tabula.

In

A.B.



In primo fornice, præter varios colliculos ac petrarum brachia, celsi Bructeri idea (*b*) oculis se ingerit. Nec longe abest pelvis, (*c*) naturæ artificio, lapidescentium stellarum ope. Siquidem universa hæc phænomena ex destillantis & in petram congelantis humoris tenacitate subnata. Pelvi assidet (*d*) virgo munditie amans. Cui vicinus in editori cavernæ angelus, in media rupe, fonsiculos (*e*) limpidam semper fundens & frigidam dulcemque aquam, quæ per laxa leni motu in fundum se exonerat, ubi absorbetur. Progenuit natura & (*f*) collem, capite planiore, qualem pictores in historia ascensionis Christi, cum plantarum vestigiis effigiant. Inter alios aggeres lapidescosque colliculos, ex lapidescente destillanteque ex fornici tecto humore concretos, propugnacuti bemicyclis idea non inelegans (*g*) comparet. Conspiciturque ex eodem congelati lapidis genere structura altaris, (*h*) solius naturæ adjumento. In fundo lapilli, ex simili massa coagulati, passim reperiuntur, qui variarum rerum figuræ referunt, sacchari præsertim conditi, & velut arte fusi, qui incauto palatum moverent. In hac & sequentibus speluncis præclaro benignæ naturæ beneficio, in parietibus, in ipsis saxis, perjucundo adspectu, ingentia latent unicornu fossilis frusta, quæ prefectus & custos eruta nobilioribus spectatoribus offert, medicinæ partem non postremam, pharmacopolis laudataq & pergratam. Ex primo fornice in alterum transitur per scalas, quæ ad perangustum ducunt transitum, affere substrato, sub quo abyssus hæret. Angustia etinente utrinque cinguntur saxo. Quas qui vitare volet angustias, vel ob corporis molem, vel periculi metum, per dextrum saxum reptare, velut equo vectus, neceesse habet. Unde huic saxe (*i*) equi aut ephippii nomen, das Nodigen. Descenditur abhinc per scalas in augustum fornicem secundum. Ubi tres ordine consistunt velut monachi (*k*) cum suis cucullis, ex lapidescente isthoc liquore destillante per naturam sensim geniti. Videas & seriem petrarum, arcem (*l*) referentium, aliasque, (*m*) sub musici organi minoris simulacro. Cui accedit in tertia spelunca musicum organon grandius (*n*) cura tubulis suis pneumaticis. Præsto sunt naturæ ludibrio & (*o*) mammae feminine. Et quod omni arte nobilius, perelegans hic situm est (*p*) baptisterium, perenni aqua scaturiente plenum, quam non sine stupore spectare &

Qq 2

gusta-

gustare datur, & in rei admirandæ memoriam cum voluptate haurire. Circumstant velut (*q*) tres actus sacri testes. Sepulcralis quoque lapis ibidem (*r*) visitur: nec longe abinde (*s*) caput equinum. In quarto specu, in quem per scalas iterum patet transitus, mensa condimentis referta (*t*) ministro adstante, appetitum cieret, ni artem falleret natura. In hoc theatro *cumulus patinarum*, si ferias, tinnientium (*u*) admirabili spectaculo & sono, ex superioris fornícis tecto dependet, ubi stillæ leniter defluentis aquæ per annos coaliuerunt. Similij ratione, & pari ex causa, haud longe abinde (*x*) lingua pendet *bubula*, eminetque ex pariete (*y*) *trophæum*, cum (*z*) *sclopeti ibeca*. Porro, quod insigne habebitur naturæ prodigium, celsa hic spectatur *pyramis*, aut *columna* teres *prægrandis* (*aa*) fere usque ad fornícis tectum libero aere asurgens, per innumeræ destillantes guttas naturæ imperio quondam formata, quæ, si baculo percutias, *campanæ* instar, clarum sonum ac tinnitum edit, cum ingenti audientium admiratione. Nec procul inde *par tympanorum* (*bb*) conspicitur. In quinto fornice *mons* est *Oliveri* (*cc*) egregia specie, ex simili coagulati & defluentis liquoris massa: compositus fine manu & *furnus* (*dd*): oppidi que *grandis* (*ee*) figura conspicua, sub qua Hierosolymam imaginari sibi spectatori licuerit. Clauſitque natura subterranea hæc spectacula, ut applauderent *spectatores*, secunda tinniente ac sonora *columna* (*ff*) quæ, altera dicta *campana*, cum superiori, si per vices percutiantur, concentrum *harmonicum* magna cum auditorum delectatione in his fornicum clauſtris edunt. Sicuti & *sclopeton* in his antris ejaculatum, ob aeris angustias, & longos atque anfractuosos meatus & circuitos, terribilem creat fragorem.

ΤΟΤ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΕΙΡΗΝΑΙΟΤ ΕΠΙ-
σκόπῳ λαγύδινῳ Ελέγχῃ καὶ αὐτοῦ τῆς ψευδωνύ-
μης γνώσεως βιβλία πέντε.

S. IRENÆI, EPISCOPI LUGDUNENSIS, CONTRA omnes Hæreses libri quinque. Textus Graci partem haud exiguum restituit; Latinam versionem e quatuor MSS codicibus emendavit; Fragmenta aliorum tractatuum desperditorum subiunxit; omnia Notis variorum & suis illustravit JOAN-
NES ERNESTUS GRABE. Oxo-

Oxonie theatro Sheldoniano, impensis Tho: Ben:
net Londonensis Bibliopolie, 1702, fol.

Constant 6 Alph. & 19 plag. chartæ angustæ

Implevit expectationem nostram, & quodammodo vicit clarissimus Grabius, quando Irenæum, multa cura & incredibili industria a se emaculatum, non ita pridem edidit, & plurimis nec spernendis accessionibus ornatum luci publicæ donavit. Primo hic collocantur, & introductionis velut logo præmittuntur *veterum de Ireneo testimonia, vita Irenei a Feuardentio scripta, nec non ipsius Grabii prolegomena.* In his postquam sect. I de tempore nativitatis & obitus Irenæi, nec non de genere mortis ejus disputasset, sect. II, §. 1 inter alia ex verbis Irenæi lib. III, cap. 7 probat, ipsum, antequam libros quinque adversus hæreses componeret, aliquid scripsisse, ubi de hyberbatis nonnulla dixerit. Quando vero scriperit dictos adversus hæreses libros, §. 2 disquirit. Est vero in ea sententia, Irenæum adhuc Presbyterum, ante A. C. 177, hæreticorum integrum refutationem aggressum esse, ita tamen, ut intervallo aliquo duo priores libri præcesserint reliquos: id quod inde colligit, quia in illis sectæ Cataphrygum, cuius ortum Eusebius anno 17 Marci, Christi 171 adscriptis, nullam, sed hæreseos Tatiani tanquam novissimæ mentionem fecerit; contra lib. III & IV Pseudoprophe-tas istos leviter perstringat, atque adeo dilucide appareat, hos libros paulo post concinnatos esse. Ut vero §. 3 in eo celeberrimo Dodwello plane accedit, quod Irenæus hos libros Græco sermone consignarit, ita ibidem probare nititur, versionem Latinam Tertulliano antiquorem esse. Idque inde confici posse putat, quod a Tertulliano aliquot Irenæi loca citentur, quæ cum versione Latina amicissime conspирent, a Græca vero oratione paulo longius recedant. Fixum itaque & deliberatum sibi esse, exeunte seculo II, superstite adhuc vel nuper defuncto Irenæo, hos ejus libros in Latinum eumque barbarum sermonem translatos fuisse, & quidem a quopiam Lugdunensis vel alterius in Gallia Ecclesiæ ministro, quia quædam in ista versione occurrant voces vix aliis, quam Gallicanis scriptoribus usitatæ. Inde §. 4 de titulo ac inscriptione operi. hujus agit, atque ex Procopii Gazæi comment. in cap. 3 Geneseos p. 76 demonstrat, jam olim quoque Græcum textum in capita, &

quidem minutiora, quam in Latina sint versione, distinctum fuisse. Ceteroquin dum §. 5 disquirit, an Græcus codex Irenæi extet, nonet insimul, ista, quæ in Claromontanis Parallelorum Damasceni membranis sunt, Irenæi dicta, abs Damasceno ipso inserta vix esse, cum nec in Latina Parallelorum istorum versione à Billio edita, nec in MSto codice Vaticano Græco ea reperiantur, si breves quasdam sententias excipias. Ad Latinum vero eumque MStum Il. Vossii codicem quod attinet, distinguit ipsum §. 6. ob variantes quasdam lectiones a veteri Feuardentii codice, ejusque libros quatuor priores, si ab unico forte loco p. 219 discesseris, perfectos, quantum vero magna ex parte mutilum esse adfirmat. Tandem §. 7 de fragmentis quibusdam deperditorum Irenæi librorum differit, & recentiorum librarium, vel editorum erratum esse dicit, quod in Hieronymi catalogo Script. Eccles. Irenæi de Ογδοάδε επιθεσμα, uti vocat Eusebius, inscriptum legatur ~~τετρα~~ Ογδοας ὡς, imo ipsius Hieronymum de Octav. 1 (uti in codicibus Bodleianis MStis, &c illo, quo Freculphus sec. IX usus sit, legatur) vertisse, licet, pronuntiante Grabio, de οἰκονομίᾳ Εονού numero vertere debuerit. Porro epistolam Irenæi ad Victorem, cuius duo fragmenta suo loco exhibentur, & λόγοι περὶ τράχα duo diversa esse scripta existimat, atque hoc interpretatur homiliam de Paschate hoc ipso festo peroratam, & dia Δέκα διαλέξεων, quarum Eusebius Lib. V. c. 26 meminerit, quasque Hieronymus de Script. Eccles. variis trattatus, hoc est sermones ad populum habitos appellat, unam esse credit. Atque exinde depropterea esse putat sententiam de meditacione mortis p. 468 ex Damasceni Parallelis descriptam. Sect. III variantes quinque Irenæi librorum editiones commemorat. Eorum versionem antiquam Latinam primum edidisse dicit Erasmus Basileus A. 1526, & biennio post iterum, nempe anno 1528, nec non 1534, majori adhibita cura ac industria. Eodem porro anno 1534 Parisius, memorante Dupinio, prodidisse Irenæum. Et quanquam hanc editionem lustrare sibi non licuerit, vidisse tamen se ait aliam ab ipso non nominatam editionem Parisensem 1545 in forma octava, quæ, ut ut Irenæum castigatiorem promittat, nullo modo ceteris sit emendator. Ceterum eti non vidit a Dupinio nominatas editiones Basileenses 1545, 1548, 1554; recentior tamen Basileensis 1560 in folio

ad

ad martius ipsi fuit, locupletiori indice instructa. Ab hac nihil differre
ait Parisienses in 8, 1563, 1567. Post hæc Nicolaum Gallarium, S. Theo-
logie Professorem, Genevæ 1570 hos Irenæi libros excudi fecisse,
indicibusque, prafatione, nec non testimoniiis Eusebii & Hiero-
nymi de vita & scriptis Irenæi auxisse: imo emnia fere, quæ Epiphanius ex Lib. I Irenæi citarit, Græca verba apposuisse, una cum
nova Latina versione, retenta simul veteri, suisque notis adjectis.
Proxime sequenti anno Joannem Jacobum Gryneum Basileæ Ire-
næi adversus hæreses opus edidisse, nova Libri, ut titulus habet,
*primi conversione, singulorum capitum argumentis, & varia lectio-
nis observatione illustratum.* Ubi tamen monet clarissimus Grabius,
non satis bene egisse Gryneum, quod veterum versionem &
præscas summulas plane abjecerit: neque ullas in margine, licet in
dedicatione promittantur, varias lectiones a se repertas esse. De-
nique Franciscum Feuardentium, Theologiae Doctorem Parisien-
sem, quinque Irenæi adversus hæreses libros ex veteri MSto Joau-
nis San-Andreani, Ecclesiaz Parisiensis Canonici, codice emenda-
tos, & quinque capitibus in fine libri quinti auctos, apud Nivellum:
Parisiis anno 1575 & 1576 edendos, teste Dupinio, curasse. Me-
liorem vero haec editione esse posteriorem Colonia Agrippinæ an-
no 1596 excusam, ac ibidem anno 1623, & Parisiis 1639 recusam, eo,
quod Græca Irenæi loca ex variis scriptoribus inserta habeat, adfir-
mat Grabius suffragante ipso Dupinio. Præsentem autem editio-
nem suauu atque auspiciis reverendi & venerabilis Viri Henrici Al-
drich S. Theol. Doctoris, & Aëdis Christi apud Ognionenses Decani,
Noster suscepit, ad quam rite expediendam ornandamque alii de-
inde ingenio ac doctrina florentissimi Viri consilium & operam ad-
junixerunt. Hos inter celeberrimus Henrionius Dodwellus optimum
Isaac Vossii codicem MStum accuratissimo cum Feuardentii exem-
plari collatum, indeque collectas varias lectiones omnes, ut & apo-
graphum variantium lectionum, quas a Jos. Mercero olim e duo-
bus MStis codicibus erutas idem Vossius laudato Dodwello descri-
bendas dederat, pro singulari erga doctrinum Grabium & quo-
cunque sacrarum antiquitatum studiosos adfectu, ultro ac libens
communicavit. Codicis Arundeliani in biblioteca Regia So-
cietas Londini affervati, quem quadringentorum annorum esse ar-
bitra-

arbitratur Grabius, usum ipsi impetravit D. *Woodward*, Medicinæ Doctor, & dictæ Societatis Sodalis celeberrimus. Non minus promptam inserviendi voluntatem declaravit Reverendus D. *Battely*, Canonicus Cantuariensis, qui suum Irenæi exemplar, in quo variantes dicti codicis lectiones complures adnotaverat, sponte transmisit. Nec diligentissimo Grabio non adesse voluit clarissimus Vir Edmundus *Gibson*, Reverendissimo Archi-Episcopo Cantuariensi a sacris & bibliotheca, ideoque fragmentum e codice Bibliothecæ Vindobonensis de promtum transmisit. Id quod grato animo Nostræ agnoscit, licet jam ante illud ex Rev. Ab. Selleri schedis Londini descripsiterit. Glossarium Græcum confecit doctissimus Vir Joannes *Porterius*, Collegii Lincolniensis Socius. Tandem quoties dubius habet, in primis circa nonnulla Scripturæ loca aliter ab Irenæo ac nos legimus allegata, reverendum & clarissimum Virum Joannem *Millium*, S. Theol. Doctorem & Professorem Oxoniensis Academæ consuluit, eius monitis & exquisitissimis in Novum Fœdus annotationibus plurimum se debere, gratus agnoscit & profitetur. Inter exterios unici R. P. Michaelis *Lequien*, ordinis Prædicatorum Theologi Parisiensis, in usitatæ universam rem literariam juvandi alacritati omnia, quæcunque e Gallicanis codicibus descripta & emendata dedit, adscribit; quemadmodum hoc officii genus sæpius in suis ad Irenæum notis commemorat, & in primis p. 179, ubi refert, eum novam Joannis Damasceni operum editionem moliri. His itaque viris gratias hoc loco agit, promptumque eorum studium & paratam voluntatem, pro eo ac per est, publice prædicat ac collaudat. Eas vero ipsius operis, quod Potentissimo Borussorum Regi, FRIDERICO, S.R.I. Archi-Camerario & Electori, Marchioni Brandenburgico, &c. sacrum est, rationes constituit, ut antiquissimam versionem Latinam ad exemplar Feuardentii recusam, sed quatuor MStorum codicum, quandoque etiam Erasmi & Gallasi, nec non Græcorum exemplarium ope, ita suo quoque ingenio ducentis fere in locis emendatam, atque adeo rectius multo, quam ante, efformatam distinctamque exhibuerit. Cujus rei gratia peculiares notas addidit, in quibus codicum variantes lectiones diversasque interpretum sententias collegit, & multum diligenterque invicem contendit. Tum vero & in iisdem notis sedulo animad-

nimadvertisit, an & quantum ista versio Graeca Irenæi oratione differat, & an rite & ad genium Irenæi expressa sit. Agit hoc, ut multis pauca persequamur, p. 44, n. 4, quando de voce *τιγραίον* differit, & alioannis exemplis contra Billium ostendit, eam recte & Patrum stylo convenienter per explicare, (quandoquidem haec vox & finire apud Latinos Sulpitium, Orosium, Hieronymum & ceteros significet) ab Interpretate redditam esse. Eodem modo p. 21, n. 7 de vocabulo *ἀνακορηστόν* disquirit, asseritque, non satis apte verti ab Interpretate separata, & proinde significantius a Billio per *semota*, avulgaris scilicet hominum notitia, exprimi, cum Suidas recitans verba, in quibus mentio fiat *θελίων ανακορηστών*, addat *άντις αποκρυφων*. Quod ad Graecum textum versioni Latinae e regione appositum attinet, dimidia fere ejus pars, si Scripturæ loca demas, hic repræsentatur. Insigne vero & hoc loco diligentia specimen dedit clarissimus Grabius, propterea quod Graeci textus fragmenta, a Feuardentio, Halloixio & Combefisio conquisita, non suis solum locis, prout p. 170, 171, 174, 257, 260, 282 &c. factum, inseruit, sed sollicite quoque introspexit, & ut per purgata compararent, accurate providit, sicut appareat p. 246, n. 1, 250. n. 1, 259, n. 8, 9, 460, n. 4, & 11 & passim. Venit in hujus partem laboris R. P. Michael Lequien, Ordinis Prædicatorum Theologus Parisiensis, qui Jo. Damasceni Parallelorum, ex quibus Halloixius multa Irenæi fragmenta excerpit, codicem Rupefucalditum & Vaticanum contulit, atque adeo Grabium certiora quandoque edocuit. Patet hoc ex fragmento ab Halloixio in vita Irenæi cap. 15 publicato, quod p. 170 insertum legitur, ubi monuit doctissimus Lequien, in utroque codice *οὐιγόμαθεῖς* legi, aliter ac existimavit Halloixius, qui *άμαθεῖς* edidit. Non vero hic substitut Grabius nosfer, neque ut alia hinc inde occurrentia fragmenta Graeca temere omitterentur, commisit, sed ipse quoque id genus aliqua collegit, iisque editionem hanc locupletavit. Quo referenda sunt, quæ p. 224, 225, 226, 227, 228, 229, 233 ex Catena MSta Patrum optimæ notæ in Acta Apostolorum, quam Bibliotheca Collegii novi Oxoniensis adservat, descripta publicavit. Subjecit porro singulis paginis notas a superioribus diversas & distinctas, quæ res atque sensum verborum Irenæi dilucidius paulo tradunt & explanant. Ubi id dedit operam ma-

xime, ut ab Irenæo dicta allatis aliorum Patrum sententius explicaret, atque ita Irenæo & reliquis ecclesiæ antiquæ doctoribus lucem accenderet. Unde factum est, ut varia illorum loca hie restituta videas, e. gr. Cyrilli pag. 8, n. 3, apud quem Catech. VI ex cod. MS. 25 Roe Bibliotheca Bodleiana ita legi jubet : Βυθὸς ἐγένετο Σιγὴ, καὶ ἀπὸ τῆς Σιγῆς ἐπεκινούμενος λόγος. Τῷ παρὰ Ἑλλησιν Διὸς θύλος χάρεν, τῇ τῇ ἀδελφῇ μηγνυμένῳ τέκνοι γένεται τῷ Βυθῷ ἐλέγετο εἶναι η Σιγὴ : Eusebii p. 20, n. 3, in cuius lib. i Præp. Evang. cap. 9, pag. 31. pro Iesu reponit Iaw : Nicete p. 70, n. 9, ubi in Thesauro Orthodoxæ Fidei lib. IV, fol. 163, p. 1 edit. Paris. ex egregio, & Niceta, ut existimat, statem fere æquante codice MS. Bibliotheca Bodleiana Roe 22, ita legendum statuit : Μακρὸν τὸν πατλαστάμενος μύθον, ἔφορος εἰρηνάντα τῷ τοῦ Ιην Σιγὴν, αἴροσθαι τῷ ταύτῃ σύμματι καὶ επαγγέλματι : ejusdem in allegato libro p. 266 edit. posterioris hanc tenendam ex eodem codice Bodleiano lectionem esse præcipit Noster p. 73, n. 6 : Διὸ τίτανος δυνάμεις απορρίνεισας χωνοσιμεγγῆσαν τὸν ἐπὶ τῆς γῆς Φανίτα θυσῶν : Justin Martyris p. 252, n. 4. in cuius dialogo cum Tryphonе p. 298, pro ὁ Θεὸς Διὸς Ισραὴλ, restituit ὁ Θεὸς ἄγιος Ισραὴλ, atque opinatur, a recentiore scriba ex voce ἄγιος quadratis literis scripta, &c., quod ad ultimam literam attinet, abbreviata, perperam διπ. factum esse. Varia autem præterea & V. & N. Testamenti loca hic illustrantur, & in primis, quomodo quædam N. Testamenti loca antiqui Patres legerint, animadvertisit. Ita Matth. III, 7 olim lectum esse καρπὸν ἀζερον, præter hunc Irenæi locum & versionum suffragia, ex Origene Noster p. 212, n. 4 conficit, qui tomo VII commentariorum in Joannem p. 119 (postquam dixerat a S. Mattheo Baptistam introduci loquentem ad Phariseos & Sadduceos; a Luca vero narrari, quod turbis ad Baptismum confluentibus penitentiam prædicarit) observet: πρὸς μὲν τὸς Φαρισαῖνς καὶ Σαδδουκαῖς, ποιόσαλε, εἰρῆται ἐνικῶς, καρπὸν ἀζερον τῆς μελανοίας πρὸς δὲ τὸς ὄχλος, πληθυντικῶς, ἀζερος καρπὸς τῆς μελανοίας. Apud eundem cap. XX, 22 non lecta olim fuisse, sed ex Marco illata esse hac verba: καὶ τὸ βαπτισμα, ὃ ἔγω βαπτίζομαι, βαπτίζειν, ideoque ab Hilario, Ambrosio, Hieronymo & aliis, nec non in codicibus. MStis & Vulgata omitti: imo aperte satis testari Ori-

Origenem Tom. XVI commentariorum in Matthæum p. 415 istis verbis : Αποκριθεὶς εἶπε μετὰ τὸ ἐκ ὅδαλος, τί αἰτεῖθε, τὸ δύναδι πιστὸν τὸ πεπίστειον, ὃ ἔγα τοῦτον πάντας, η ὡς ὁ Μάρκος διέγραψε δύναδε τὸ ποτέριον πιστὸν, ὃ ἔγα πίνω, η τὸ βάπτισμα, ὃ ἔγα βαπτίζουμε, βαπτισθῆναι, uti Noster p. 89, n. 3 demonstrat. Porro p. 210, n. 5 tradit, Gal. III, 19 recte hodie παρεβάσσων (non περιέχων) χάριν legi , istamque lectionem omnium codicium consenuit, nec non Clementis Alexandrini Lib. I Strom. p. 350, & Origenis comment. in Joannem p. 427 suffragio niti. I. Tim. VI, 20 κυριοφορίας a Clemente Alexandrino, Theophylacto, Oecumenio lectum fuisse, hodiernamque adeo lectionem non aspernandam esse monet, eique secedere ait, quod Paulus Col. II, 8 κυρίως (pro quo vocabulo in codicem Alexandrinum vitio librarii irrepertit καρνίς) ἀπάρτης mentionem faciat. Cum Irenæus p. 18 alleget dictum Col. II, 9 & omittat vocem σωματικῶς, adnotat doctissimus Grabius, eam & a S. Cypriano lib. de Bono Patientiæ patrum ab initio, & ab Archelao disputatione cum Manete §. 25 pretermissem esse ; contra ex Græcis Patres omnes, & ex Latinis Hilarium, Augustinum pluresque agnoscere. Neque vero id prætereundum est, quod in adnotationibus istis diversa explicitur vocabula, quorum significatio non adeo obvia, & quibusdam solum scriptoribus propria videtur. Quorsum spectant p. 12 μελαγωγὴς, quo nomine, pronunciante Grabio , compelletur Horos , quod juniores Λεοντανον retrahat, ne altius in Bybli mysterium penetret, ut hac ratione μελαγωγὴ τῇ ἀναγωγῇ opponatur : ibidem καρπιτής pro vindice & afferitore libertatis, sicut usurpet Arrianus lib. III de Epicteti disputationibus cap. 26 : απολύτρωσις p. 44, n. 7 pro exordio fabule, cui sententia congruat Hesychii explanatio , qui per απόλυτον, nec non αὐτοφυῆ, interpretetur. Non suas autem solum animadversiones adjecit, sed selectissimas quoque Gallasii, Feuardentii, Billii, Frontonis Ducæi, Leopardi, Scaligeri, Petavii, Halloixii, Valesii, Is. Vossii , Cotelerii, Dodwelli & aliorum exhibuit, quibus interdum calculum suum adjecit, quandoque etiam justis gravibusque rationibus adductus obstitit & repugnavit: A se ipso laudabili prorsus exemplo dissentit p. 220, n. 4, negatque, se recte in Spicilegio Patrum seculi I, pag. 21 tradidisse, Irenæum Evan-

gelium Nazaræorum seu secundum Ebræos, & Ebionitarum seu secundum Matthæum pro uno eodemque habuisse: imo non tam Irenæum, quam Eusebium, Hieronymum & alios hujus erroris coarguendos esse. Quapropter tempestive sententiam mutat, atque Irenæi verba ita explicat, ut facile intelligatur, ipsum prudenter ista Evangelia distinxisse. Simili modo p. 468, n. 4 non in mentem venerat doctissimo Grabio, in iis a Damasco prolatis verbis: τὸ δίγιον Εἰρηναῖον ἐκ τῶν δ. λέξεων (ita enim scriptum reperitur & in Claromontano & Vaticano codice, teste clarissimo Lequien, non ut male Halloixius in vita Irenæi p. 504 edidit: τὸ δίγιον Εἰρηναῖον ἐκ τῆς δὲ λέξεως) legendum esse διαλέξεων; quod tamen monitum in prolegomenis sect. II, §. 7. Quæ dum persequimur, non possumus non memorare, clarissimum Grabium jam in eo esse, ut Addenda ad Spicilegium Patrum publicet, inter quæ suo loco collocabit fragmenta ἐξηγήσεως τῶν ΠρεψΦατῶν, quod opus ipse Ebion scripsit, a laudato Michaelie Lequien, ex codice MS. collegii Claromontani. descripta & sibi communicata, uti refert p. 102, n. 8. Sed hactenus dicta paucioribus, accurate tamen & prædare, expedivit. Prolixior est, quando p. 327, 396 seqq. contra Pontificios transubstantiationis patronos disputat, eorumque opinionem peccatis ex ipso Irenæo argumentis destruit ac confutat. Neo probat non p. 357, n. 2, p. 397, n. 1. fuisse satis, in eucharistia olim vinum aqua mixtum adhibitum fuisse. Ad fragmenta denique aliorum Irenæi tractatum ut perveniamus, comparent p. 463 sequ. aliqua & Græce & Latine, notis insuper illustrata, & præterea etiam emendatius, præeunte in primis iterum Lequien, edita, inter quæ etiam p. 471 reperitur fragmentum e. MS. Regis Gallia Catena in Lucam nunc demum Græce e. Grabio, cui illud Lequien communieaverat, evulgatum. Subjungitur p. 472 pericope Irenæi e. cod. 64. Theolog. Bibliothecæ Vindobonensis, & aliud Irenæi fragmentum e. cod. 301 Bibliothecæ Bodleianæ fol. ult. Duo operi annexi sunt indices insigni cura & solertia confecti, alter locorum Scripturæ, alter rerum ab Irenæo retractatarum. Hos excipiunt tria Glossaria. Primum est *Latino-Græcum*, quod Græca Irenæi verba, quæ Latinis antiqui Interpretis vocabulis respondent, ordine recenset: alterum *Græco-Latinum* Græcas dictiones non ubivis ob vias exhibet: tertium denique *Latinum* est, & in usitata

usitata at obscuriora Latini Interpretis verba clarioribus exponit. Tandem, ne quid deesse videretur, quod ad Irenæi illustrationem pertinere possit, Joannis Croii Specimen conjecturarum & observationum in Irenæum, Epiphanium &c. mantisse loco adjectum est.

Des Heil. Römischen Reichs uhralter Graffen- Saal.

Hoc est.

SACRI IMPERII ROMANI COMITUM ATRIUM
antiquissimum, in duas partes divisum, auctore FRIDE-
RICO LUCE, Membro Collegii Histori-
ci Imperialis:

Francofurti ad Moenum, apud Fridericum Knochium,

A. 1702, in 4°.

Constat Alphab. 6. plag. 10..

Cum amplissimum illud Historicum Imperiale Collegium eo potissimum anni videatur, ut Germaniæ antiquitates accurate exquirantur, justisque voluminibus & commentariis explicatae prodantur: tum in primis, ut edito specimine dignum tanto confessu membrum se præberet, aequum judicavit Vir maxime Reverendus Fridericus Luce, Capituli Elisabethani Decanus, Ecclesiæ ejus-diceceos Metropolitanus, & ad D. Jacobi Pastor Primarius Rotenburgi ad Fuldam. Init ergo consilium, & de Comitibus Sacri Romani Imperii antiquissimis eorumque familias, & aliis eo fæcientibus rebus commentatus est, adhibitisque optimis monimentis, & tabulis fide dignissimis, institutum rite auspicioque peregit. Id cum ita comparatum sit, ut non indignum statuarus, quod omnium oculos subeat, tum non possumus, quin hoc loco, breviter licet strictimque, de eo dicamus. Ducto nimurum initio a Caroli Magni antegressisque temporibus, eos solum Imperii Comites persequutus est, quorum stirpes illustresque familiæ desierunt, atque adeo, si a fama & memoria discesseris, nihil ad nos transmiserunt. Hanc vero instituti rationem tenuit, ut Comites hos illustresque eorum familias, ad literarum ordinem seriemque enumerauit, deque originibus, opibus, iuribus, dignitatibus, rebus gestis,

R. 3,

aliis-

aliisque huc pertinentibus apte eleganterque disputarit. Et quamvis in duas partes opus hoc distinxerit, videtur tamen altera pars prioris supplementum esse, ut & ipse monet, quandoquidem eadem ibi viam tenet, familiasque in primo tomo non contentas servato literarum ordine recenset atque explanat. Daremus hujus instituti nonnulla specimina, nisi omnia paulo latius paterent, & ita colligata invicem & connexa essent, ut ægre separati divulgisque adeo partibus vix satis apte commemorari possint. Id monemus, opus ipsum antecedere præfationem, quæ lectoribus introductionis velut loco esse potest, quandoquidem de Comitum originibus & fatis in genere ibi disputatur, & nonnulla lectu non injuncta proferuntur. Ostendit nempe, Regnum quondam in certas provincias, sive pagos, (quos tum Germanice *Görr* vocarint, unde *Brīgōw*, *Rhīngōw* aliaque hujusmodi nomina descendere ait) divisum fuisse, iisque gubernandis Comites præfectos fuisse, qui tamen Ducibus paruerint. Carolingio autem ævo tria potissimum Comitum genera ab Historicis commemorari, 1) Comites Palatinos, quorum singulos singulis provinciis dederit Carolus Magnus, cum a Merovingicis unus solum Palatii Comes constitutus servatusque fuerit. 2) *Gow-Gravios* (*Gow-Graffen*) qui res Pagorum civiles curarint, & in primis maleficos ad supplicia rapuerint. 3) *Cent-Gravios*, (*Cent-Graffen*) qui Comitibus seu *Gow-Graviis* subjecti fuerint, eorumque loco leviora quedam munera administrarint, nomen ex eo adepti, quod, cum provinciæ seu pagi in centenas distincti essent; (de qua re jam olin Tacitus) illi centenis præcessent. Atque hujus rei adhuc circa Heidelbergam vestigia extare, maxime reverendus Auctor testatur. Ab ipsis vero Carolingicis adhuc plures constitutos esse, 1) Comites liberos (*Freygaffen*) qui sine accusationi inquisitione, & prout ipsis visum erat, maleficos poenis affiebant. 2) Comites sylvarum (*Hölt und Waldgraffen*) qui res ad ligna & feras pertinentes curabant, quali munere Comites de Eppstein functi dicantur. 3) Comites finium seu Marggravios (*Marggraffen*) 4) Comites Provinciarum seu Landgravios (*Landgraffen*) 5) Comites Castrorum (*Burggraffen*) qui castellisque præcerant. 6) Comites Exercituum (*Heergaffen*) qui exercitus ducebant. 7) illos Comites, qui Germanice ab aliis Raugrafen/

graffen / Latine Asperi , aliis Rauchgraffen seu Hirsuti , ab aliis de-
nique Ruge vel Ruhgraffen appellantur . Tales Comites in urbe
Simmern vel circa illam confedisse , ex quibus aliquis dictam urbem
Imperatori vendiderit , teste Sebastianu Munstero . In horum Co-
mitum numero Boineburgios quondam fuisse , nonnulli , teste No-
stro , existimant . Meminisse præterea Rougraviorum diplomata
& tabulas , quæ ad controversiam Aperturæ , inter Electorem Mo-
guntinum & Palatinum agitatam , pertinent . Tandem vero suc-
cessu temporum magnam conversionem factam esse , in primis Sy-
xonicorum Imperatorum ævo , quo pagi dicti desierint , & Comi-
tes provincias & regiones ad posteros transferendas acceperint .
Hæc inde annotasse sufficiat . Comparet in fine index , qui res in-
istro opere pertractatas apto ordine repræsentat .

MEMORABILIA ECCLESIASTICA SECULI A-
nato Christo XVII. Juxta annorum seriem notata & conveni-
ensi ordine digesta per ANDREAM CAROLUM Abbatem:
San-Georgianum in Ducatu Wirtebergico. Tomus secundus o-
peris dimidium posterius exhibens , cui accedunt:
indices necessarii .

Tubingæ , sumpt . Jo. Georg. Cottæ , 1702 , in 4°.
Constat 4. alphab. 6. plag.


Quinque jam anni effluxerunt , quod summe venerandus Abbas :
San-Georgianus , Dn. Andreas Carolus , primum Memorabili-
um Ecclesiasticum seculi XVII tomum evulgavit . Qui cum ob-
terum singularium varietatem facile invenisset emptores , nec sine
voluptate & fructu a multis eruditis legeretur ; venerandus Au-
tor pio industria sua juvandi rem litterariam & ecclesiasticam studio ,
alterum tomum , qui seculi nuper elapsi dimidium posterius conti-
net , pari labore juxta annorum seriem adornatum luci publicæ expo-
suit , in quo summas rerum tum in Republica , tum in Ecclesia hinc in-
de gestas collegit atque studiose enarravit . Et cum ipsi propon-
sum non esset , plenam atque perfectam historiam componere ,
res ecclesiasticas , civiles ac litterarias summatis per distincta ca-
pita , letimatis praemissis dispositi ; ut plura curiosus Lector in
uno hoc volumine , quam in diffusis libris invenire queat . Ma-
ximam .

ximam tamen tractationis partem res ecclesiasticae occupant. Ceterum ea styli moderatione usus est, ut a partium studio, cui multi alias dediti sunt, hac in parte alienus videatur. Quo ipso gratam posteritatem obstringet.

SAN-EVREMONTIANA.

Amstelodami, apud Petrum Mortier, A. 1701, in 8.
plag. 23.

Continentur hoc libello apophthegmata & observationes Caroli San-Evremontii, (*Mr. de Saint-Evremonde*) Gallorum post Bal-
sacium, Voiturium, Vaugelasium, Fontanum aliasque, ingeniosissimi
ac eloquentissimi quibus epistolæ & carmina quadam interspersa
sunt. Ex his sequentia excerpta duximus. Senecam ait, imaginatio-
ne nimis excitata & fervida ductum, s̄ape imprudenter & cum exces-
tu singulari loqui, s̄ape ineptas argutias affectare, p. 32 seqq. cuius
rei exempla plurima adducit, observatque hominibus imaginatione
valida præditis Senecam impense placere. Historia Monaci per Ho-
noratum II. Principem ab Hispanico præsidio liberati, & Gallis tradi-
ti, pereleganter narratur p. 70 seqq. Grimaldorumque Principum
Monacensium Genealogia p. 77 recensetur. Cardinalis Rezii inge-
nium & fata p. 109 seq. ut & Cardinalis Mazarini p. 113 seq. deline-
antur. De variis mediis virginitatem dignoscendi differitur p. 129
seq. Apollonii Thyanæi res p. 153 seq. explicantur. Bella est compa-
ratio Solitarii cum Poliorceta sive Heroe urbium regionumque de-
mitore p. 192 seq. quorum prior posteriori antefertur. De arte pi-
ctoria dignissimus lectu discursus exstat p. 197 seqq. cuius species antiquæ re-
censentur, *Attica, Sicyonia & Asiatica*, novæ vero, *Romana*, auctore Michae-
le Anglo Bonarota, audaciam in inventando & exprimendo singularem affe-
ctans, *Veneta*, auctore Titiano, delineandis natura deliciis excellens, *Lom-
bardica*, auctore Corregio, effectus suaves studiose exprimens, & *Toscana*,
auctore Leonardo Vinci, omnium perfectissima. Describitur p. 199 pingen-
di ars per facultatem non solum visui exposita, sed & invisibilis animi
motus ac habitus delineandi. Impietatem veterum maiorem fuisse hodiernæ,
probatur p. 221 seq. exemplorum farragine adducta. Præ ceteris vero diffe-
rentiæ vocum & phrasium Gallicarum, quæ idem significante videbantur, p.
233 usque 259 accurate recententur. Scita etiam est descriptio Lutetiae p.
265 seqq. a Siculo quoddam satyrico conscripta, & dialogi passim occurrentes,
præsertim ille, qui inter amorem veterem ac novum instituitur. De reliquo
lectores dispiciant.



ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsie
Calendis Augusti, Anno M DCCII.

*ACTA SANCTORUM JUNII COLLECTA, DIGESTA,
Commentariisque & Observationibus illustrata a SOCIE-
TATIS JESU Presbyteris Theologis. Tomus III.*

Antwerpiae, apud viduam H. Thicullier, anno 1701, fol.
Alphab. 12.

Tertius hic tomus, Acta Sanctorum mensis Junii referre
pergens, dies tantum ejus quatuor, decimam puta sextam
cum tribus proxime sequentibus complectitur, Sanctos
autem supra sexcentos septuaginta partim propriis nomi-
nibus exprimit, partim anonymos sistit, atque insuper notitiam
plurium aliorum antea prætermisorum, vel ad alias menses diesve
relatorum suppeditat.

Quemadmodum vero a monumento aliquo illustri nondum
plerumque typis evulgato, initium facere Editoribus Clarissimis
propemodum solenne est: ita nec hac vice a more isthoc suo ab-
eundum sibi esse rati sunt, atque adeo præliminaris in vicem ope-
ris codicem manuscriptum primo nunc impressum dederunt, qui
Leges Palatinas complectitur, quas Jacobus II, Rex Majoricæ, sibi
ac familiæ suæ & ministris præscripsit, inque iis sui unumquemque
officii admonuit. Originem earum ad A. 1337 Nostri referunt,
sanctissimasque eas vocant & dignas, quæ in omnium Principum
palatiis proponantur atque observentur. Eas si quis forte sorsim
imprimendas curare voluerit, id ipsis haud invitis futurum perhi-
bent, & exhibituros sese præterea pollicentur egraphum alterius
similis codieis, quo Petrus IV, alias III, Rex Arragonie A. 1344 di-
gesserit Constitutiones & Ordinationes Palatii sui lingua Catalana,

Ss

quod

quod ex autographo archivi Bartinonensis nunc demum nach
fuerint, cum antea prologum modo, & cum quidem huc operi
p. 7 insertum, habuerint, ac de cetero multum exinde lucis legi-
bus Majoricensibus affundi posse spondent. Monent tamen cum,
qui edendi consilium sit initurus, ut ab ipsis petat expectetque e-
xemplar Majoricensium nova diligentia ad autographum collatum,
expurgatumque a typographicis mendis non paucis, & quibusdam in-
locis, que per transcribentis incuriam vitiata fuerint, integrati
sunt genuinæ restitutum.

Inter Santos, hoc in tomo allegatos descriptosque, dicen-
dum ante omnia existimamus de *Bennone*, Episcopo Misneali,
eujus vitam resque gestas a nonnemine jam ante hos novem annos
peculiariter libello expositas esse, alibi narravimus. (Conf. Acta E-
stud. 1694, p. 115. f.) Nostri vero post commentarium prævium,
chronologiam ejus vitæ, miracula item ab ipso patrata, canoniza-
tionemque, & alia ejusmodi complexum, veterem Actorum ejus:
epitomen ex editione Romana anni 1621 repetunt; hinc vitam Ben-
nonis auctore Hieronymo Erasero conceptam hic transferunt;
porro miracula ejus recensent, quibus embolismus Danielis Pape-
brochii interseritur, de canonizatione S. Beanonis, corporisque e-
jus translatione Monachium facta differens. Miracula vero Mo-
nachii seculo XVII patrata, ex narratione Germanice olim edita,
interprete P. Francisco Helder S. J. Latine referuntur, & in solenni-
tibus anni 1680, a translato ejus in Bavariam corpore centesimi
narrationis filum abrupmittur. Socium huic damus Petrum, a fa-
milia *Gambacuriam*, sed a patria *Pisanum* cognominatum, fun-
datorem congregationis cuiusdam pauperum Eremitarum in Ita-
lia, natum A. 1355, cuius vitæ compendium ex Latino MSto veteri
Necopoli editum, & ex Italia narrat. one Bernardini Puccii illustratum
sistitur, obitusque ad d. 17 Junii A. 1435 refertur. Series vero Ge-
neralium Ordinis ab ipso fundati, rerumque sub iis gestarum me-
morabilium synopsis, per Fr. Eusebium Jordanum composita annex-
atur. Utruanque præit, quanquam pro temporis ratione in hoc
opere sequatur, *Judas* ex LXXII Christi discipulis Martyr Araræ
in Armenia, de quo Dissertationem conjecturalem legas p. 802 L.
in qua dijudicandam Papebrochius proponit differentiam illius a
Juda

Juda Thaddæo, cultumque & genus ac locum mortis diversum insinuat. De fratribus *Gervasio & Protasio* Martyribus a p. 817 ad 846 prolixè disseritur. Inventio enim corporum eorum ex Ambroſio, Augustino & Paulino, itemque epistola ad Italiam Episcopos de eorundem passione expenditur, eamque S. Ambroſio perperam adscribi docetur. Tum agitur de eorum reliquiis toti Occidenti jam olim communicatis, & de possessione corporum Mediolanenses inter & Brisacenses controversa, ac denique de variis antiquis cultus monumentis, certis & que ac ambiguis. Atque hos exempli loco allegasse jam sufficerit, nisi forte memorandum quis adhuc *Hypatium* statuat, Presbyterum, & monasterii Rufiniani in Bithynia Hegumenum, cuius vita Græco sermone ab autore coævo Callinico, Hypatii discipulo, prolixè scripta primum nunc Latinitate & typis donatur.

E sexu feminino latius præ ceteris celebrantur *Elisabetha*, Magistra Sororum Ordinis S. Benedicti, Schönaugiae in dioecesi Trevirensi, cuius vita partim ab ipsam dictata, partim ab Egberto, fratre ejus, scripta ex editione Coloniensi p. 607 seqq. representatur: *Maria*, cognomento *dolorosa*, virgo Bruxellensis, quæ cum pro castitate tuenda viriliter restitisset, injuste nihilosecius accusata, damnata & creta, miraculis tamen post claruisse, suoque accusatori mente capto sanitatem restituisse dicitur; cuius Acta ex autore fere synchroño p. 644 seqq. producuntur: *Osanna Andreasha*, virgo tertii Ordinis S. Dominici, Mantua in Italia, cuius Acta duplia, & utraque a familiariter notis rerumque ipsius consciis posteritati relicta, p. 673 f. comparent. Ut taceamus *Mariam* fundatricem monasterii S. Martini, Ordinis Canonicorum Regulareum S. Augustini, Spoleti in Umbria; *Julianam Falconeriam*, Florentinam, Ordinis Servorum B. Marie; *Michelinam* viduam, Ordinis Penitentium S. Francisci, Pisauri in Ducatu Urbinati, quæ distributis inter egenos omnibus, quas vel marito suo in dotem attulerat, vel ab eo relictas acceperat, facultatibus, extremam sustinuisse paupertatem perhibetur, atque alias.

Pro suppeditata occasione, variis passim excursus instituuntur ad res, quæ ad Sanctos heic recensitos haud præcise attinent, quorum autor ut plurimum est celeberrimus Papebrochius. Non al-

legabimus jam annotata ejus breviora Legibus, quas supra diximus, Palatinis ad plerosque paragraphos subjuncta, aut rerum Majoricensium Historiam operi isti integro superadditam; quia provocamus potius specimenis loco ad commentationem de *Heiligenstadiensi Sanctorum Ecclesia*, quæ Martyrum Moguntinorum Aurei vel Auræ sociorumque Historiæ p. 78 f. appendix datur; ad *Chronogiam Episcoporum Cenomanensium post gesta S. Innocentis*, Cenomanensis Episcopi, p. 862 f. suppeditatam; ad delineationem *Meneorum Grecorum*, editionis Venetæ, quæ Bollandio magna appellare placuit, p. 808 f. ut plura similia silentio prætereamus.

Leges Jacobi Majoricensis in capitali cujusque rubricæ literæ depictam in codice manuscripto referunt figuram, quæ representant personas, de quibus agitur, cum suo habitu operi, quod exercere debent, intentas. Illæ ipsæ figuræ modo singulis classibus præfiguntur, modo simul collectæ, & quatuor grandioribus laminis æreis incisa, in præsenti quoque editione sistuntur oculis curiosorum antiquitatis æstimatorum; præter eas vero figura ejusdem magnitudinis, ubi Rex in throno consideris eoram aliquot Magnatibus suis leges promulgat, ac specimen scripturæ originalis, qua codex exaratus est, spectanda proponuntur. Sed nec alia icones deficiunt, utpote monumentum Aurei Episcopi, & Justini Diaconi, quod Heiligenstadii exstat, & nummi aliquot bracteati in agro vicino ibidem reperti, privilegiumque Heiligenstadiensibus ab Imperatore Henrico concessum, & juxta scribendi rationem tum usitatam expessum, p. 78, 87, 90. Bennonis imago, facillum ejus Monachii in Bavaria conspiciendum, altare & arca ossium illius, mitra item, casula & pedurn ejusdem, p. 150, 204. &c.

Tomus integer ut Augustissimo Romanorum Regi, JOSEPHO, inscriptus est, ita suis initiis præfixam nactus est Conradi Janningi Epistolam ad Superiores Societatis Jesu per provinciam Flandro-Belgicam, quæ mortem P. Francisci Verbovii, electi e pluribus ad continuanda hæc Sanctorum Acta, sed A. 1701 præmaturo obitu vivis crepti, nunciat, vitæque ejus cursum inde ab A. 1666 transactum breviter exponit. Ex dedicatione modo dicta non possumus, quin coronidis loco duo allegemus: Epigrammata,

mata, quorum alterum ab ingenioso Poeta in Josephum decen-
nem, regale sceptrum & coronam Hungariæ eique annexorum re-
gnorum portare incipientem, constructum Editores testantur :

Tot numeras, JOSEPHÆ, annos, quot sceptra recenses,

Quando annus decimus dat Tibi regna decem.

Annis & sceptris paribus si crescere pergis,

Unus ad imperium non satis orbis erit.

Alterum absque autoris mentione allegatur, & ex ipsiusmet forsitan
quendam autorem agnoscit, quod ita habet :

Integra devictis ut sit victoria Turcis,

Littera Christicolis B capienda ter est.

Capta Buda est : superest Belgradum, & Regia magni

Moenia Byzanti : cætera ludus erunt.

TRAITE DES PREJUGEZ.

i. e.

TRACTATUS DE PRÆJUDICIIS FALSIS ET LE-
gitimis, sive Responso ad Epistolas Pastorales Archi-Episco-
porum Parisenſis & Rothomagenſis, Episcopo-
rum Meldenſis & Montalbanenſis.

Delphis, apud Adrianum Beman, 1701, 8.

Conſtat Alph. plag. 16.

Rediisse nostra ætate controversias, quæ Pontificiū cum Prote-
stantibus intercedunt, ad communia quædam argumenta, quæ
Aristoteles σημεῖα, recentiores præjudicia vocant, in vulgus no-
turn est. Nec detrectant scriptores Romanarum partium istud pugnæ
genus, ut potius se suosque, præsertim Nicolium, exemplo Ter-
tulliani, auctores ejusdein fateantur. Placuit hæc concertandi
methodus, præ cæteris, doctissimis Galliæ Præfulibus, qui hanc pro-
vinciam defendendæ Romana Ecclesiæ nunc sustinent ; quippe qui
præscriptionib[us] his, utpote facillimis & plebis captum non exce-
dentibus, recens perductos a Reformatiis ad Romana sacra quam opti-
me convinci posse, existimarunt. Volverunt hactenus hunc lapidem
scriptis Instructionibus, & Pastoralibus, quas vocant, Epistolis, Lu-
dovicus Noallius Archi-Episcopus Parisenſis, ut & R. E. Cardina-
lis,

his, Jo. Bapt. Colbertus Archiepiscopus Rothomagensis, Jac. Be-nignus Bossuetus Episcopus Meldensis, cum Montalbanensi Epicopo. His magno se animo opposuit praesentis libri Autor, ingenio, animo & eruditione excellens. Constat ille tribus tomis & quinque libris: primus enim tomus duos libros, secundus totidem, tertius usum complectitur. *Primus liber.* Prajudicium schismatis Protestantibus toties oppositum examinat. Nam initio ostenditur, hunc disputandi morem, quem Praesules servant, valde esse incommodum, fraudulentum, ad veram conversionem profus inuidem, recte rationis usum evertere, controversias augere, & in fundo rei nihil praestare. Hinc Prajudicium ipsum aggreditur, observatque, Praesules confundere notionem Ecclesie, que cœtus electorum & vere credentium sit, cum notione cœtus numerosi, extensi, antiqui & visibilis, qualis Romana sit, nec non unitatem internam cum externa. De prioribus verum esse, quod Ecclesie unitas nullam ob causam sit solvenda, quod extra illam salus non detur; neutquam de Ecclesia extensa & visibili, ac unione externa cum illa. Licitam igitur esse separationem ab Ecclesia antiqua, extensa & visibili, tribus probatum it rationibus: quarum prima est, nec antiquitatem, nec amplitudinem, nec visibilitatem vera Ecclesie characteres esse, sed perditissimis etiam cœtibus convenire; interna externis longe anteponenda, velut animata corpori, internam animorum in Republica conjunctionem externæ concordie speciei, si ex prudentia regulis judicium sit in-

*Cap. I.**Cap. II.**Cap. III.**Cap. IV.**Cap. V.*

ri posse : fidem charitate unionis majorem : idolatriam, quam Roma toleret, omnem nexus ~~πατρόμως~~ secare. His expositis, de centro unitatis differitur, quod ex Nostri mente Christus est, a quo in fide errando & peccando in moribus discedatus : probatur, Papam ex Richerii aliorumque Gallorum sententia, hoc titulo incognitum, & Theologorum Romanæ Ecclesiæ diversæ de centro unitatis sententiae exponuntur. Addit Auctor, tantum abesse, ut unionis externæ sublationem justis de causis factam verasamur, ut petius Paulus Angelo falsa docenti anathema dicendum pronunciet : maiores nostros justas habuisse separationis easas & prejudicia longe graviora, idolatriam Romani cœtus, mores enormiter depravatos, doctrinas absurdissimas : Cyprianum, qui levioribus de causis unitatem visibilem sustulerit, tamen a Pontificiis martyrem haberi : nec Nicolii exceptionem tanti esse, qui Cyprianum mendicibus aliis Ecclesiis majoribus, cum quibus unitatem servaverit, Romæ unitum fuisse, dicat ; hanc enim unitatem indirectam & circulo factam, chimericam confendam. Neque aliter tractat Episcopi Montalbanensis objectionem, cui videtur, Protestantes Ecclesiam relinquendo fontem gratia & vita spiritualis reliquisse, nec aliqunde recuperasse ; respondet enim, gratiam nulli alligatam esse loco, habuisse illos verum gratia fontem, verbum divinum, habuisse preces & sacramenta. Observat porro, Protestantes violentam manu ex Ecclesia Romana ejectos ; Lutherum inauditum esse damnum, & per calumniam a Prelibutus dici, quod Protestantes emendationem corruptionum ante separationem non satis diligenter usurserint, nec in Concilio Tridentino comparuerint : ubi Noster ex Varga & Sarpio periculum illis in Concilio imminens, & fraudes dati salvi conductus, belle describit, ejusdemque Synodi technas delineat. Monet quoque, separationem negativam a Romana Ecclesia cum ejusdem tolerantia conjunctam, quam Jansenistæ tentarunt, non fuisse sufficientem, ob errorum & idolatriæ enormitatem ; errare Preludem Parisensem, qui schisma istud ob vitia quorundam privatorum solum factum esse contendit. Libro II Prescriptionem alias sub censuram vocat, quod nempe Reformatores ministerio Ecclesiæ ac vocatione destituti, ac pessimis moribus prædicti fuerint. Hic Noster initio defendit, defectum vocationis haud tanti esse, ut propter-

Cap. VI.

Cap. VII.

Cap. VIII.

Cap. IX.

Cap. X.

Cap. XI.

Lib. II.

Cap. II.

- propterea reformationis negotium repudiari possit: vocationem nimirum & ordinationem ad essentiam religionis non spectare, nec dispensationis incapacem esse; pertinere ad formalia & circumstantias, quæ rei ipsi cedere debeant, ad media quæ fini non sint anterferenda; nec veritatem ab illis dependere: Meletium, cui ordinatio defuerit, ab Antiochenis recte pro Pastore habitum: optimam vocationem esse internam, quæ a Deo oriatur & veritate; eam externæ præponendam: hanc a populo originem veram capere, ejusque consensu; ubi Thomæ de Assio, Hispani Theologi, subtilitatem ridet, qui populum prioribus Christianorum seculis permissione Papæ jus vocandi habuisse, postmodum autem amisisse, credebat. Provocat hic ad morem Ecclesiæ priscæ atque traditionem. Ostendit porro, ordinationem nec sacramentum esse, nec docendi facultatem conferre, nec characterem imprimere, sed signi loco esse; ubi Romanorum contradictionibus utitur ad causæ suæ assertionem defensionemque. Contendit, manuum impositionem Judaicam consuetudinem esse, bonam quidem, sed nec Divinæ, nec Apostolicæ originis aut auctoritatis: non opus esse Episcopo ordinato, sed idem Presbyterum facere posse, & primis tribus seculis fecisse: oecumenicum Scytharum Episcopum, (ita enim appellabatur, qui in ipsis regionibus erat unicus) a Presbyteris ordinatum, nec non Alexandrinum Patriarcham veteri consuetudine, itemque Pelagium Pontificem: Canonistas idem docere, nec non Guilielmum Parisiensem: Theologos Romanarum partium nondum consensisse, quanam in re ordinationis forma consistat, num in manuum impositione, an in insufflatione, vel Evangelii in caput impositione, vel patinæ sacræ & calicis oblatione: ritus ordinationis sœpe in Ecclesia immutatos: Græcos in iisdem magnopere differre a Latinis, & pauciores habere. De Laicorum concionibus Auctor ita censet, eas probari exemplo Matthiæ Apostoli nunquam ordinati, Iberorum, Gothorum & Armenorum a Laicis ad Christum perductorum, Honorati denique & Equitii. Observat præterea, quosdam Protestantium ordinationem olim in Romana Ecclesia accepisse & in suos propagasse: in Concilio Niceno I & II etiam Novatianorum & Monotheletarum, etsi haeticorum, ordinationem fuisse approbatam: magnam partem veritatis retinentes, veram etiam ordinationem &

& ministerium retinere, saltem intuitu carum, quas servant, veritatem : Schismaticos & Hæreticos habere verum ministerium, illatos periculorum, hos defectibus deturpatum. Objecerant Praesules, miraculis caruisse vocationem extraordinariam doctorum repurgantium, adeoque falsam fuisse. Noster respondet, miracula non requiri, quando casus necessitatis inevitabilis jubet aliquem populi consensu sine ordinaria vocatione docere, sed doctrinam ejus ac vitam examinandam esse ; nihilominus successum reformationis admirabilem loco miraculi esse. De hac prolixius disserit, causasque ejus a Praesulibus ex odio configi, licentiam nempe morum, curiositatem plebis, atque superbiam laicorum, demonstrat vel eo argumento, quod doctores Protestantium abnegationem sui longe efficacius quam Roma doceant. Observat, atque ex ipsis Pontificiorum recentiorum scriptis probat, insignem scelerum licentiam, inter ipsas flagellationum austertates, Monachis propriam esse, Jesuitas praesertim morali sua doctrina omne vitiorum genus excusare ; qua data occasione, de flagellatione disputat. Tandem mores reformantium a Praesulibus taxatos vindicat, non negando, quosdam in ipsis defectus fuisse, sed ad lapsus Tertulliani, Basilii, Chrysostomi & Epiphanii remittendo, ostendendoque corruptionem cleri Romani infinitis modis maiorem fuisse, quippe quæ universalis, horrenda, inveterata, legibusque approbata fuerit.

Novum Prajudicium exponitur Lib. III, videlicet impossibile esse examen fidei privatum, quod laicis Protestantibus concedatur ; facillimum autem modum veritatis inveniendæ esse obedientiam infallibili Ecclesiæ præstitam. Noster ad hæc ante omnia notat, examen istud difficile omnino esse, sed non impossibile ; quin potius quotidie fieri, & testimonio esse tot plebejos Protestantes, qui Sacerdotibus Pontificiis negotium in disputando facient, allegando clarissima Scripturæ dicta ; Christianos primos non auctoritate Ecclesiæ, sed examine ex S. Scriptura instituto conversos esse, eandemque Patrum methodum fuisse. Provocat ad præixin ipsius Romanæ Ecclesiæ, quæ in Concilio Tridentino articulos fidei examinaverit, cuius doctores nonnulli lectionem Scripturæ laicis permittant, & in Janseniano negotio examen istud

Tt sapius

p. 295.
Cap. XL

Cap. XII.

p. 326. seq.
Cap. XIII.

Cap. II.

Cap. III.
Cap. IV.

- Cap. V.** sèpius exercuerint. Etiam illud addit, autoritatem Ecclesie agnoscere non posse, nisi prævio examine, num detur Ecclesia infallibilis, & quænam sit? maxime cum Pontificii ipsi hac in re mire discrepent, & quidam per Ecclesiam intelligent Ecclesiam universalem, alii Concilium oecumenicum, alii Papam, alii Papam cum Concilio, alii decem Episcopos sociatos, alii Parochum cuiusvis coetus.
- Cap. VI.** Observat præterea, Papæ infallibilitatem sèpe examinatam esse, maxime in conventu Præsulum Gallorum A. 1682, quorum inconstantiam, (quod cum eandem in conventu dicto repudiaverint, paucis post in declaratione A. 1693 Pontifici facta iterum agnoverint)
- Cap. VII.** graviter exaggerat. De examine Conciliorum necessario, occasione Basileensis & Tridentina multis Pontificis rejectorum, post-
- Cap. VIII.** ea tractat. Objecerant Præfules, Canonem Scripturae incertum fieri, si, traditione seposita, cuiuslibet examini relinquitur; sic a Luthero Epistolam Jacobi ex Canone ejectam. Noster ad hæc ponit, testimonium Spiritus S. & characteres divinitatis efficere verum Canonem, non autoritatem traditionis: libera hac super veterum Christianorum judicia fuisse, indeque exortas Patrum & Ecclesiarum particularium circa Canonem differentias, qui ante quartum seculum fixus non fuerit: Cajetanum ante Lutherum Jacobi Epistolæ infensum fuisse. Objecerant porro, sensum Scripturæ per examen indagari non posse, sed potius corrupti & distrahi. Hic Noster concedit, ut in omnibus, ita etiam in divinis rebus, quædam esse non satis evidētia; non deesse tamen evidētissima Scripturæ oracula circa capita fidei, quorum sensus cuiuslibet pervius sit, idque Præfulem Rothomagensem in Epist. Paſt. cap. clarissimis verbis fateri: accedere Spiritus S. auxilium omnibus promissum. Ceterum ut e fundamētis rem exponat Auctor, observat, triplex examen dari; unum attentionis, quando versus animum attentum & loca Scripturæ conferentem veritas ita operetur, ut eam non agnoscere non possit, idque plebi convenire: alterum discursionis, ubi extantiora dubia & objectiones solvantur, idque doctis proprium esse: tertium præcisionis, in quo omnia in universum dubia & obscura tollantur, idque in hac vita non dari. Libro quarto quartum præjudicii genus aggreditur, anatura & characteribus Ecclesiaz petitorum, quo super ipsi cum Besueto

Cap. I.

suetō solo controversia intercedit. Auctor generatim observat, nec Bossuetō, nec aliis, de characteribus istis satis constare, nam separatim, an conjunctim indicent; addi nonnunquam alios, nonnunquam demi, & omnes in universum Ecclesiæ Græcæ, imo Sinensi idololatrico cœtui covenire: Bossuetum in externis Ecclesiæ circumstantiis hærere, nunquam ad interna respicere, certissimo pessime causæ argumento; quo concessio, ignorantia regnet, Scripturā inutilis fiat. Et cum Bossuetus oraculo, Math. XXVIII, 20. tanquam hexagonio lapide se niti credat, ostendit Noster, hanc promissionem omnibus credentibus datam esse, nec Græcæ minus, quam Latinæ Ecclesiæ: eventu hujus vaticinii sensum quam optime declarari: præsentiam Christi Ecclesiæ promissam vel miraculorum, vel infallibilitatis, vel sanctitatis morum perpetua & externa conservatione prætari potuisse, sed eventum his interpretationibus contradicere: intelligi igitur præsentiam Christi per unionem internam, non per aliquid externum. Hinc ad characterem antiquitatis discedit, quem tanti non esse ait, ut a Theologis citetur: possidere Reformatos antiquitatem doctrinæ foundationis & traditionis, et si destituantur antiquitate personarum: hanc Patres Gnosticis ideo solum opponere, quia illi traditiones Apostolicas jactabant, cum tamen personas, quæ ab Apostolis illas receperissent, nominare non possent; quod ad Protestantes minime quadret: nec successionem visibilem Episcoporum & Pastorum necessariam esse, aut veritatē doctrinæ indicare, cum interdum Episcopi immediate succedentes fidem immutent, quod exemplo Harlei, antecessoris Noallii in Archi-Episcopatu Parisiensi, Moliniæ notissimi, clarum sit; catalogos Episcoporum incertos esse & fabulosos, nec populo notos: neque successionem populorum vere creditium necessariam esse ad Ecclesiæ conservationem, sed sufficere Electorum successionem nunquam interrumpendam: posse tamen a Claudio Taurinensi usque, quem Valdensium verum parentem facit, & geauinum Patrum discipulata existimat, successionem etiam visibilem, si facto opus sit, deduci. Hujus doctrinam cum Protestantium fide conformem fuisse proponit eumque ob impugnatum imaginum cultum a Romana Ecclesia secessisse ait: addit eidem Paschafii adversarios Leutericum Senonensem, Berengari-

Cap. II.

Cap. III.

Cap. IV.

Cap. V.

Cap. VI.

garium, Trevirenses pios, Albigenses & Valdenses. Hic duo genera Albigensium fuisse, probum alterum, alterum Manichaeis erroribus corruptum, ex Enervino S. Bernardo coزو probat; quam observationem ante ilham Thomasus noster fecit. Adjicit, Val-

Cap. VII.

Cap. VIII.

Cap. IX.

Cap. X.

Cap. XI.

Cap. XII.

Cap. XIII.

Cap. I.

Cap. II.

Cap. III.

densium numerum non tam exiguum fuisse, ac habetur, nec communionem cum tota Ecclesia ad essentiam cœtus Deo placentis pertinere. His traditis, ad characterem extensionis, five amplitudinis accedit. Hanc nullibi universaliter promissam, sed potius tri-

stia Ecclesiæ tempora prædicta respondet: amplitudinem istam, primis seculis valde exiguum fuisse, & quando maxima fuisse videbatur, Diocletiani vexatione sublatam; maxime autem universaliter propemodum Arianorum lapsu; tum enim damnatio Athanasio Ecclesiam invisibilem factam: Ecclesiam Protestantum non adeo exiguum esse, ad quam fideles occulti ex sectis omnibus, nec non infantes Christianorum omnes re ipsa pertineant.

Cap. XI. Fatetur auctoritatis Ecclesiasticae magnam utilitatem esse, si rite observetur; eam tamen a Pontificiis ipsis mire eludi, & Pontificis auctoritatem everti variis subtilitatibus, Jansenistarum exemplo probat.

Cap. XII. *Libro V.* par pari Pontificiis referre Auctor constituit, selecto unico idololatriæ præjudicio. Cultum enim Sanctorum revera idololatricum esse, & ex ipsis Pontificiorum hypothesibus protali habendum, ex controversia, quæ maximæ ipsorum parti cum Jesuitis de cultu Confucii & majorum apud Sinenses intercedit, demonstrat; quippe cum illis Sinenses non secus, ac hi Sanctis, tribuant adorationem, templa, suffitut, ferias & vigilias, genuflexiones, oblationes. Hinc ad cultum tot Sanctorum & reliquiarum suppofitarum se confert. Refert hac occasione controversiam sex ab hinc annis apud Ambianenses non sine tumultu agitatam, inter Canonicos seculares Ecclesiæ Cathedralis, qui se corpus S. Firmiani, Confessoris & Episcopi Ambianensis possidere diu jactarunt, & Canonicos regulares S. Acholii, qui nuper tumulum cum inscriptione S. Firmiani, vel ut alii legebant, S. Vickini, in templo monasterii sui inventerant. Hi enim per anonymum autorem Epistola (*Lettre à un curieux*) propalabant, se verum Firmini corpus possidere, quorum causam Jo. Bapt. Thiers in Dissertatione

(Dis-

MENSIS AUGUSTI A. M DCCIL. 33

(*Dissertation sur le lieu, au reposé S. Firmin*) & *Jo. Mabillonius* in Epistola (*Lettre sur les Saints*) propugnarunt. Episcopus autem priorum partes tuitus est mandato edito, cui postmodum Regia auctoritas accessit. Noster & hunc Firminum, & alium antiquorem martyrem ac patronum Ambianensium fabulosos esse,

acto antiquitati ignotos, evincere nititur, sidaenque Breviariorum nimium quantum sublestat ostendit. Eodem modo tractat S. Quintinum, itidem Ambianense Numen, & S. Susannam, S. Nicatorem & S. Mallonum Rothemagensium patronos, S. Barbaram, S. Vigorem, S. Dionysium Episcopum Parisiensem primum, S. Santinum Meldensem, S. Marcellum, S. Eustachium, S. Germanum & S. Genovefam Parisienses, nec non S. Margaritam & S. Ursulam, S. Saturninum & Martialem, eum S. Justino, & enumeratis ridiculis quibusdam feriis ac ceremoniis concludit, atque Pontificiorum ipsorum hac super re querelas adducit. Probat porro, blasphemiam & alias gravissimas corruptelas a Sanctorum adoratione separari nullo modo posse, atque de Breviariis & canonisatione, quam vocant, Sanctorum graviter errat. Tandem ad objectiones quasdam Meldensis Episcopi Eucharistiam concorrentes reddit, annitiorque evincere, Paschalium transubstantiationis auctorem, & consecrationem S. Coenæ per verba Institutionis in veteri Ecclesia ignotam fuisse, atque exhortatione ad Reformatos in Gallia adhuc delitescentes facta, ut conscientiam & S. Scripturam præ oculis semper habeant, imo ex Babelo ista quantocuyus excent, finem operi imponit. Negari non potest, quod etiam scriptores Ephemeridum Parisiensem fatentur, Auctorem ex recentiorum Pontificiorum scriptis singulari studio & magno numero, quæ alii opponi queant, domestica arma colligisse.

Cap. IV.

Cap. V.

Cap. VI.

Cap. VII.

Cap. VIII.

Cap. IX.

Cap. X.

Cap. XI.

SAM. WERENFELSI BASILEENSIS DISSE-
Tatio de Logomachiis Eruditorum. Accedit Distribudo
Meteoris Orationis.

Amstelodami, apud Wetstenios, 1702, 8.
Alph. I.

Q uam ante hos novem annos excerptam in his Actis nostris A-
1693 m. Febr. p. 53 Sain. Werentelli de Logomachiis Eru-
ditio-

ditorum dissertationem dedimus, ea hoc anno nova accessione aucta prodit. Succincta enim ei de Meteoris orationis diatribe accessit, hoc loco paucis recensenda. Scilicet meteora orationis, praenente Longino & aliis, *dicta in speciem sublimia, revera inania atque viriosa*, Autori clarissimo dicuntur. Quæ cum a vero sublimi, nisi cognita penitus rū vñse ratione, discerni nequeant, ejus etiam hic idea quædam exhibetur. Ad grandem igitur orationem res grandis atque sublimis, si non Philosophorum communique omnium, at eorum saltem, ad quos dicimus, judicio, ab Autore nostro requiritur: rei porro gravitatem dicentis ingenium adæquare, & ad magnas ideas concipiendas capacitate sua ac vigore, quippe sine quibus oratio sterilis, jejuna, clumbis & languida dici solet, aptum esse, judicium autem acre, incorruptum, severum atque accuratum ubique regnare debet. Rebus deinde earumque conceptæ in animo idea verba accommodanda sunt; quæ ut grandia fiant, utentium autoritate, sono, significatione, prudentiæ troporum ac metaphorarum præcipue usu obtinetur. Tandem non r̄s modo magnifice depingenda, sed ipse etiam oratoris animus revera magnus atque talis exhibendus est, qui omni affectu in res magnas atque eximias feratur, eaque, quæ viles animæ maxime spectant, tantum ad se non magnopere pertinentias, despiciat, semper constans, semper liber ac sui juris, verus, simplex, apertus rectique tenacissimus sit. Talem se orator integro orationis habitu, non putidam diligentiam Rhetorurnque scholas arguente, sed nobili quadam discendi libertate ac περιπτελα, generolis affectibus, prudentibus more Livii sententiis & apophthegmatibus splendente declarat. Quod uti arduum omnino ac difficulte paucissimisque datum est, ita plurimos pro sublimitatis Diana orationis aliquam nubem sive μελέων amplecti videoas: quos ad tria potissimum genera Autor noster revocat. Nonnulli enim orationem vere sublimem rei humili, vel quod eam majoris, ac revera est, faciunt, vel quod apte & eleganter de nulla re nisi magnifice dici posse credunt, accommodant: quo plerosque literatos nimis magnifice de rebus suis loquentes, speciatim *J. Ces. Scaligerum*, Sylvio filio accuratiorem linguæ Latinæ rationem iisdem pene verbis, quibus Hamilcar Hannibalem ad perpetuum Romanis bellum

bellum faciendum, aut ipse J. C. Scaliger Sylvium suum ad recuperandum amissum Veronæ Principatum inflammare potuisse, commendantem; *Longolium* ita adversus frivolas quasdam otiosorum hominum accusationes se defendantem, ut Rex Anglie Carolus I capitis causam dicere coactus, majori verborum magnificentia ut non potuisse; plerosque umbraticos Ciceronis, T. Livii, Sallustii, Taciti, Curtii, Vell. Paterni, Flori imitatores; illosque, qui res levissimas maximorum virorum testimoniis corroborant, aut in comoediis suis servulo cuidam verba Oedipi in tragedia, in eclogis Tityro Aeneas sermonem, inquit tragœdias nutrient cuidam non minorem quam Medeas sublimitatem tribuant, Author noster refert. Aliorum contra in grandia argumento vitiosa est sublimitas, ut quibus omne obscurum sublime est, Cæsarumque Panegyrici, aut Tertullianus, aut recentiores horum imitatores, ipsi Ciceroni, vel Tacitus Livio, Lucanus, Statius, Claudianus, Prudentius Virgilio ingenti sed vario præjudicio præferuntur: vel quibus omne insolens atque extraordinarium sublime creditur, quibus neglecto Cicerone, Cæsare, Nepote, Terentio, solus Barclayus arridet: vel quibus nimis exquisitus in sublimiore oratione atque affectatus ornatus curat est. Hi omnes periodos mensuratas, omnia colla sibi correspondentia, libratae plurimum membrorum antitheses & comparationes, voces sonosque ad numerum repetitos, similiter incipientia & eadentia, rotundas sententiolas, clausulas inexpectatas, argutos in similibus, oppositis, verborum ambiguitatibus insuis, allegorias Senecarum more & periphrases affectatas, contra περιορ sublimis styli sollicite adhibere student. Hi Claudiani, Flori, Barclayi, Senecæ more grandisonis bombare sonis, tragicoque boatu uti; præcipitia, tumida, turgida & inflata captare; alienas metaphoras aliosque tropos, circumscriptiones enormes, novas voces & phrases curiose adhibere; quin & ut fictitium ψευδos suum consequantur, superba & impia protervo ore effundere solent. Alii denique tertio meteori genere capiuntur, qui non modo argumentum orationis sublimis humile sumunt, sed & vitiosam orationis sublimitatem mani conatu pariunt, infantique non Herculis cothurnos, sed Polyphemus aut Typhonis calceos, Tertulliani in Apologia pallii, Martiani Capellæ, Apulejii aliquando quo

his, Jo. Bapt. Colbertus Archiepiscopus Rothomagensis, Jac. Benignus Bossuetus Episcopus Meldensis, cum Montalbanensi Episcopo. His magno se animo opposuit praesentis libri Author, ingenio, animo & eruditione excellens. Constat ille tribus tomis & quinque libris: primus enim tomus duos libros, secundus totidem, tertius usum complectitur.

Cap. I.

Primus liber. Prajudicium schismatis Protestantibus toties oppositum examinat. Nam initio ostenditur, hunc disputandi morem, quem Praesules servant, valde esse incommodum, fraudulentum, ad veram conversionem prorsus inutilem, recte rationis usum evertere, controversias augere,

Cap. II.

& in fundo rei nihil praestare. Hinc Prajudicium ipsum aggreditur, observatque, Praesules confundere notionem Ecclesiaz, que coetus electorum & vere credentium sit, cum notione coetus numerosi, extensi, antiqui & visibilis, qualis Romana sit, nec non unitatem internam cum externa. De prioribus verum esse, quod Ecclesiaz unitas nullam ob causam sit solvenda, quod extra illam salus non detur; neutiquam de Ecclesia extensa & visibili, ac unione externa cum illa.

Cap. III.

Licitam igitur esse separationem ab Ecclesia antiqua, extensa & visibili, tribus probatum it rationibus: quarum prima est, nec antiquitatem, nec amplitudinem, nec visibilitatem vera Ecclesiaz characteres esse, sed perditissimis etiam cœtibus convenire; interna externis longe anteponenda, velut animata corpori, internam animorum in Republica conjunctionem externæ concordie speciei, si ex prudentia regulis judicium sit in-

Cap. IV.

fundum. Secunda ratio cotendit: externam unitatem respectum necessarium habere ad internam, & hac soluta, maxime solvendam esse: ante Constantimum M. exiguum fuisse unitatem externam inter dissitas maxime Ecclesias, nec eam sollicite adeo quæsivisse Apostolos, unitate fidei contentos: seculo II & III multos se ob Paschatis celebrationem, & Hæreticorum baptismum, a Romana Ecclesia separasse: quarto seculo externam istam unitatem crevisse, ita tamen, ut ab Athanasio & Meletio impune scinderetur: sequentibus seculis, crescente Pontificis Romani Tyrannide eam crevisse, sèpenumero tamen & levissimis de causis disruptam. Tertium argumentum multa conjuagit: idolatriam scilicet antiquitatè, amplitudine & splendorè etiam se tue-

Cap. V.

si posse : fidem charitate unionis majorem : idolatriam, quam Roma toleret, omnem nixum ~~αποτόμως~~ fecare. His expositis, de centro unitatis differitur, quod ex Nostri mente Christus est, a quo in fide errando & peccando in moribus discedatur : probatur, Papam ex Richerii aliorumque Gallorum sententia, hoc titulo incognitum, & Theologorum Romanæ Ecclesiæ diversæ de centro unitatis sententiae exponuntur. Addit Auctor, tantum abesse, ut unionis externæ sublationem justis de causis factam vereamur, ut potius Paulus Angelo falsa docenti anathema dicendum pronunciet : maiores nostros justas habuisse separationis causas & præjudicia longe graviora, idolatriam Romani cœtus, mores enormiter depravatos, doctrinas absurdissimas : Cyprianum, qui levioribus de causis unitatem visibilem sustulerit, tamen a Pontificiis martyrem haberi : nec Nicoli exceptionem tanti esse, qui Cyprianum mendicantibus aliis Ecclesiæ majoribus, cum quibus unitatem servaverit, Romæ unitum fuisse, dicat ; hanc enim unitatem indirectam & circulo factam, chimaericam confundam. Neque aliter tractat Episcopi Montabanensis objectionem, cui videtur, Protestantes Ecclesiam relinquendo fontem gratia & vita spiritualis reliquisse, nec aliquende recuperasse ; respondet enim, gratiam nulli alligatam esse loco, habuisse illos verum gratia fontem, verbum divinum, habuisse preces & sacramenta. Observat porro, Protestantes violenta manu ex Ecclesia Romana ejectos, Lutherum inauditum esse damnum, & per calumniam a Præfatis duci, quod Protestantes emendationem corruptionum ante separationem non satis diligenter usurserint, nec in Concilio Tridentino comparuerint: ubi Noster ex Varo & Sarpio perieulum illis in Concilio imminens, & fraudes dati salvi conductus, belle describit, ejusdemque Synodi technas delineat. Monet quoque, separationem negativam a Romana Ecclesia cum ejusdem tolerantia conjunctam, quem Jansenistæ tentarant, non fuisse sufficientem, ob errorum & idolatriæ enormitatem; errare Præfatum Parisianum, qui schisma istud ob vitia quorundam privatorum solum factum esse contendit. Libro II Præscriptionem aliam sub censuram vocat, quod nempe Reformatores ministerio Ecclesiæ ac vocatione destituti, ac pessimis moribus prædicti fuerint. Hic Noster initio defendit, defectum vocationis haud tanti esse, ut propter-

Cap. VI.

Cap. VII.

Cap. VIII.

Cap. IX.

Cap. X.

p. 106. seqq.

Cap. XI.

Lib. II.

Cap. II.

propterea reformationis negotium repudiari possit: vocationem nimurum & ordinationem ad essentiam religionis non spectare, nec dispensationis incapacem esse; pertinere ad formalia & circumstan-
cias, quæ rei ipsi cedere debeant, ad media quæ fini non sint anter-
ferenda; nec veritatem ab illis dependere: Meletium, cui ordina-
tio defuerit, ab Antiochenis recte pro Pastore habitum: optimam

*cap. III.**cap. IV.**p. 137.**cap. V.**cap. VI.**cap. VII.**cap. VIII.**cap. IX.**cap. X.*

vocationem esse internam, quæ a Deo oriatur & veritate; eam exter-
næ præponendam: hanc a populo originem veram capere, ejus-
que consensu; ubi Thomæ de Assio, Hispani Theologi, subtilita-
tem ridet, qui populum prioribus Christianorum seculis permisio-
ne Papæ jus vocandi habuisse, postmodum autem amisisse, crede-
bat. Provocat hic ad morem Ecclesiæ prisæ atque traditionem,
Ostendit porro, ordinationem nec sacramentum esse, nec docendi
facultatem conferre, nec characterem imprimere, sed signi loco es-
se; ubi Romanorum contradictionibus utitur ad causæ suæ asser-
tionem defensionemque. Contendit, manuum impositionem Ju-
daicam consuetudinem esse, bonam quidem, sed nec Divinæ, nec

Apostolicæ originis aut auctoritatis: non opus esse Episcopo or-
dinato, sed idem Presbyterum facere posse, & primis tribus seculis
fecisse: œcumenicum Scytharum Episcopum, (ita enim appella-
batur, qui in istis regionibus erat unicus) a Presbyteris ordinatum,
nec non Alexandrinum Patriarcham veteri consuetudine, itemque
Pelagium Pontificem: Canonistas idem docere, nec non Guilielmum
Parisiensem: Theologos Romanarum partium nondum consensisse,
quanam in re ordinationis forma consistat, num in manuum im-
positione, an in insufflatione, vel Evangelii in caput impositione,
vel patinæ sacræ & calicis oblatione: ritus ordinationis sœpe in Ec-
clesia immutatos; Græcos in iisdem magnopere differre a Latinis, &
pauciores habere. De Laicorum concionibus Auctor ita censet, eas

probari exemplo Matthiæ Apostoli nunquam ordinati, Iberorum,
Gothorum & Armenorum a Laicis ad Christum perductorum, Hon-
orati derique & Equitii. Observat præterea, quosdam Protestan-
tium ordinationem olim in Romana Ecclesia accepisse & in suos
propagasse: in Concilio Nicæno I & II etiam Novatianorum &
Monotheletarum, et si hæreticorum, ordinationem fuisse approba-
tam: magnam partem veritatis retinentes, veram etiam ordinationem
&

Et ministerium retinere, saltem intuitu earum, quas servant, veritatum : Schismaticos & Hæreticos habere verum ministerium, illatos periculorum, hos defectibus deturpatum. Objecerant Praesules, miraculis caruisse vocationem extraordinariam doctorum repurgantium, adeoque falsam fuisse. Noster respondet, miracula non requiri, quando casus necessitatis inevitabilis jubet aliquem populi consensu sine ordinaria vocatione docere, sed doctrinam ejus ac vitam examinandam esse ; nihilominus successum reformationis admirabilem loco miraculi esse. De hac prolixius disserit, causasque ejus a Praesulibus ex odio configi, licentiam nempe morum, curiositatem plebis, atque superbiam laicorum, demonstrat vel eo argumento, quod doctores Protestantium abnegationem sui longe efficacius quam Roma doceant. Observat, atque ex ipsis Pontificiorum recentiorum scriptis probat, insignem scelerum licentiam, inter ipsas flagellationum austertates, Monachis propriam esse, Jesuitas praesertim morali sua doctrina omne vitiorum genus excusare ; qua data occasione, de flagellatione disputat. Tandem mores reformatum a Praesulibus taxatos vindicat, non negando, quosdam in ipsis defectus fuisse, sed ad Iapetus Tertulliani, Basilii, Chrysostomi & Epiphanii remittendo, ostendendoque corruptionem cleri Romani infinitis modis majorem fuisse, quippe quæ universalis, horrenda, inveterata, legibusque approbata fuerit.

Novum Prajudicium exponitur Lib. III, videlicet impossibile esse examen fidei privatum, quod laicis Protestantibus concedatur ; facillimum autem modum veritatis inveniendæ esse obedientiam infallibili Ecclesiæ præstitam. Noster ad hæc ante omnia notat, examen istud difficile omnino esse, sed non impossibile ; quin potius quotidie fieri, & testimonio esse tot plebejos Protestantes, qui Sacerdotibus Pontificiis negotium in disputando faciant, allegando clarissima Scriptura dicta ; Christianos primos non auctoritate Ecclesiæ, sed examine ex S. Scriptura instituto conversos esse, eandemque Patrum methodum fuisse. Provocat ad praxin ipsius Romanæ Ecclesiæ, quæ in Concilio Tridentino articulos fidei examinaverit, cuius doctores nonnulli sectionem Scripturæ laicis permittant, & in Janseniano negotio examen istud

Tt
sepius

p. 295.
Cap. XL]

Cap. XII.

p. 326. seq.
Cap. XIII.

Cap. I.

Cap. II.

Cap. III.
Cap. IV.

- Cap. V.* sèpius exercuerint. Etiam illud addit, autoritatem Ecclesiaz agnoscí non posse, nisi prævio examine, num detur Ecclesia infallibilis, & quænam sit? maxime cum Pontificii ipsi hac in re mire discrepent, & quidam per Ecclesiam intelligent Ecclesiam universalem, alii Concilium oecumenicum, alii Papam, alii Papam cum Concilio, alii decem Episcopos sociatos, alii Parochum cuiusvis cœtus.
- Cap. VI.* Observat præterea, Papæ infallibilitatem sàpe examinatam esse, maxime in conventu Præsulum Gallorum A. 1692, quorum inconstantiam (quod cum eisdem in conventu dicto repudiaverint, paulo post in declaratione A. 1693 Pontifici facta iterum agnoverint)
- Cap. VII.* graviter exaggerat. De examine Conciliorum necessario, occasione Basileensis & Tridentini a multis Pontificiis rejectorum, postea tractat.
- Cap. VIII.* Objecerant Præsules, Canonem Scripturæ incertum fieri, si, traditione seposita, cuiuslibet examini relinquatur; sic & Lutherò Epistolam Jacobi ex Canone ejectam. Noster ad hæc ponit, testimonium Spiritus S. & characteres divinitatis efficere verum Canonem, non autoritatem traditionis: libera hac super veterum Christianorum judicia fuisse, indeque exortas Patrum & Ecclesiarum particularium circa Canonem differentias, qui ante quartum seculum fixus non fuerit: Cajetanum ante Lutherum Jacobii Epistolæ infensum fuisse. Objecerant porro, sensum Scripturæ per examen indagari non posse, sed potius corrumpti & distrahi. Hic Noster concedit, ut in omnibus, ita etiam in divinis rebus, quædam esse non satis evidētia; non deesse tamen evidētissima Scripturæ oracula circa capita fidei, quorum sensus certi pervius sit, idque Præsulem Rothomagensem in Epist. Paſt. 24. clarissimis verbis fateri: accedere Spiritus S. auxilium omnibus prouisum. Ceterum ut e fundamētis rem exponat Auctor, observat, triplex examen dari; unum *attentionis*, quando versus animum attentum & loca Scripturæ conferentem veritas ita operetur, ut eam non agnoscere non possit, idque plebi convenire: alterum *discursioñis*, ubi extantiora dubia & objections solvantur, idque doctis proprium esse: tertium *præcisionis*, in quo omnia in universum dubia & obscura tollantur, idque in hac vita non dari. Libro quarto quartum prejudicij genus aggreditur, anatura & characteribus Ecclesiaz petitorum, quo super ipsi cum Basueto

suetō solo controversia intercedit. Auctor generatim obseruat, nec Bossuetō, nec aliis, de characteribus istis satis constare, nam separatim, an conjunctim indicent; addi nonnunquam alios, nonnunquam demi, & omnes in universum Ecclesiæ Græcæ, imo Sienensi idololatrico cœtui coavenire: Bossuetum in externis Ecclesiæ circumstantiis hærere, nunquam ad interna respicere, certissimo pessimæ causæ arguento; quo concedo, ignorantia regnet, Scripturā inutilis fiat. Et cum Bossuetus oraculo, Math. XXVIII, 29. tanquam hexagonio lapide se niti credat, ostendit Noster, hanc promissionem omnibus erōtentibus datam esse, nec Græcæ minus, quam Latinæ Ecclesiæ: eventu hujus vaticinii sensum quam optime declarari: præsentiam Christi Ecclesiæ promissam vel miraculorum, vel infallibilitatis, vel sanctitatis morum perpetua & externa conservatione præstari potuisse, sed eventum his interpretationibus contradicere: intelligi igitur præsentiam Christi per unionem internam, non per aliquid externum. Hinc ad charaterem antiquitatis discedit, quem tanti non esse ait, ut a Theologis citetur: possidere Reformatos antiquitatem doctrinæ foundationis & traditionis, et si destituantur antiquitate personarum: hanc Patres Gnosticis ideo solum opponere, quia illi traditiones Apostolicas jaſtabant, cum tamē personas, quæ ab Apostolis illas receperissent, nominare non possent; quod ad Protestantes minime quadret: nec successionem visibilem Episcoporum & Pastorum necessariam esse, aut veritatē doctrinæ indicare, cum interdum Episcopi immediate succedentes fidem immutent, quod exemplo Harlei, antecessoris Noallii in Archi-Episcopatu Parisiensi, Molinista notissimi, clarum sit; catalogos Episcoporum incertos esse & fabulosos, nec populo notos: neque successionem populorum vere credentium necessariam esse ad Ecclesiæ conservationem, sed sufficere Electorum successionem nunquam interrumpendam: posse tamea a Claudio Taurinensi usque, quem Valdensium verum parentem facit, & genuinum Patrum discipulum existimat, successionem etiam visibilem, si factō opus sit, deduci. Hujus doctrinam cum Protestantium fide conformem fusius proponit eutaque ob impugnatū imaginū cultum & Romana Ecclesia sc̄cessisse ait: addit eidem Paschabi adversarios Leutericum Senonensem, Beren-

Cap. I.

Cap. II.

Cap. III.

Cap. IV.

Cap. V.

Cap. VI.

garium, Trevirenses pios, Albigenses & Valdenses. Hic duo genera Albigensium fuisse, probum alterum, alterum Manichæis erroribus corruptum, ex Enervino S. Bernardo coævo probat; quam

Cap. VII.

Cap. VIII.

Cap. IX.

Cap. X.

Cap. XI.

Cap. XII.

Cap. XIII.

Cap. I.

Cap. II.

Cap. III.

observationem ante ilium Thomasius noster fecit. Adjicit, Valdensium numerum non tam exiguum fuisse, ac habetur, nec communionem cum tota Ecclesia ad essentiam cœtus Deo placentis pertinere.

His traditis, ad characterem extensionis, sive amplitudinis accedit. Hanc nullibi universaliter promissam, sed potius tristia Ecclesiarum tempora prædicta respondet: amplitudinem istam, primis seculis valde exiguum fuisse, & quando maxima fuisse videbatur, Diocletiani vexatione fuisse sublatam; maxime autem universaliter propemodum Arianorum lapsu; tum enim damnato Athanasio Ecclesiam invisibilem factam: Ecclesiam Protestantium non adeo exiguum esse, ad quam fideles occulti ex sectis omnibus, nec non infantes Christianorum omnes re ipsa pertineant.

Cap. XI. Fatetur auctoritatis Ecclesiasticae magnam utilitatem esse, sive ob-

Cap. XII. servetur; eam tamen a Pontificiis ipsis mire cludi, & Pontificis auctoritatem everti variis subtilitatibus, Jansenistarum exemplo probat.

Cap. I. *Libro V.* par pari Pontificis referre Auctor constituit, selecto unico idolatriæ præjudicio. Cultum enim Sanctorum revera idololatricum esse, & ex ipsis Pontificiorum hypothesibus pro tali habendum, ex controversia, quæ maximæ ipsorum parti euan Jesuitis de cultu Confucii & majorum apud Sinenses intercedit, demonstrat; quippe cum illis Sinenses non secus, ac hi Sanctis, tribuant adorationem, templa, suffitut, ferias & vigilias, genuflexiones, oblationes. Hinc ad cultum tot Sanctorum & reliquiarum suppofitarum se confert. Refert hac occasione controversiam sex ab hinc annis apud Ambianenses non sine tumultu agitatam, inter Canonicos seculares Ecclesiarum Cathedralis, qui se corpus S. Firmiani, Confessoris & Episcopi Ambianensis possidere diu jactarunt, & Canonicos regulares S. Acholii, qui nuper tumulum cum inscriptione S. Firmiani, vel ut alii legebant, S. Vickmisi, in templo monasterii fuit inventarunt. Hi enim per anonymum autorem Epistole (*Lettre à un curieux*) propalabant, se verum Firmini corpus possidere, quorum causam Jo. Bapt. Thiers in Dissertatione

(Dis-

MENSIS AUGUSTI A. M DCCIL. 33

(*Dissertation sur le lieu, au reposé S. Firmin*) & *Jo. Mabillonius*
 in Epistola (*Lettre sur les Saints*) propugnarunt. Episcopus autem priorum partes tuitus est mandato edito, cui postmodum Regia auctoritas accessit. Noster & hunc Firminum, & alium antiquorem martyrem ac patronum Ambianensem fabulosos esse,
 ac toti antiquitati ignotos, evincere nititur, fideisque Breviariorum
 nimium quantum liblestam ostendit. Eodem modo tractat S.
 Quintinum, itidem Ambianense Numen, & S. Susannam, S. Nicafium & S. Mallonum Rothemagensium patronos, S. Barbaram,
 S. Vigorem, S. Dionysium Episcopum Parisensem primum, S.
 Santinum Meldensem, S. Marcellum, S. Eustachium, S. Germanum & S. Genovesam Parisenses, nec non S. Margaritam & S.
 Ursulam, S. Saturninum & Martialem, cum S. Justino, & ennumeratis ridiculis quibusdam feriis ac ceremoniis concludit, atque Pontificiorum ipsorum hac super re querelas adducit. Probat porro, blasphemiam & alias gravissimas corruptelas a Sanctorum adoratione separari nullo modo posse, atque de Breviariis & canonisatione, quam vocant, Sanctorum graviter enarrat. Tandem ad objectiones quasdam Meldensis Episcopi Eucharistiam concorrentes reddit, anniteturque evincere, Paschalis transubstantiationis auctorem, & consecrationem S. Coenæ per verba Institutionis in veteri Ecclesia ignotam fuisse, atque exhortatione ad Reformatos in Gallia adhuc delitescentes facta, ut conscientiam & S. Scripturam præ oculis semper habeant, imo ex Babel ista quantocuyus exeat, finem operi imponit. Negari non potest, quod etiam scriptores Ephemeridum Parisiensium fatentur, Auctorem ex recentiorum Pontificiorum scriptis singulari studio & magno numero, quæ illis opponi queant, domestica arma collegisse.

Cap. IV.

Cap. V.

Cap. VI.

Cap. VII.

Cap. VIII.

Cap. IX.

Cap. X.

Cap. XL

SAM. WERENFELSI BASILEENSIS DISSE-
 RATIO DE LOGOMACHII ERUDITORUM. ACCEDIT DIATRIBA DE
 METEORIS ORATIONIS.

ANISTELÆDAMÆ, APUD WETSTENIOS, 1702. 8.
 ALPH. I.

Q UAM ANTE HOS NOVEM ANNOS EXCEPTAM IN HIS ACTIS NOSTRIS A.
 1693 MA. FEBR. P. 53 SAN. WERENFELSI DE LOGOMACHII ESS.
 TT 3 dito-

ditorum dissertationem dedimus, ea hoc anno nova accessione aucta prodit. Succincta enim ei de Meteoris orationis diatribe accessit, hoc loco paucis recensenda. Scilicet meteora orationis, praecunte Longino & aliis, dicta in speciem sublimia, revera inania atque viriosa, Autori clarissimo dieuntur. Quæ cum a vero sublimi, nisi cognita penitus τῷ ψευδεῖ ratione, discerni nequeant, ejus etiam hic idea quædam exhibetur. Ad grandem igitur orationem res grandis atque sublimis, si non Philosophorum communique omnium, at eorum saltem, ad quos dicimus, judicio, ab Autore nostro requiritur: rei porro gravitatem dicentis ingenium adæquare, & ad magnas ideas concipiendas capacitate sua ac vigore, quippe sine quibus oratio sterilis, jejuna, clumbis & languida dici solet, aptum esse, judicium autem acre, incorruptum, severum atque accuratum ubique regnare debet. Rebus deinde earumque conceptæ in animo idea verba accommodanda sunt; quæ ut grandia fiant, utentium autoritate, sono, significative, prudentiæ troporum ac metaphorarum præcipue usu obtinetur. Tandem non r̄s modo magnifice depingenda, sed ipse etiam oratoris animus revera magnus atque talis exhibendus est, qui omni affectu in res magnas atque eximias feratur, eaque, quæ viles animæ maxime spectent, tanquam ad se non magnæpere pertinentia, despiciat, semper constans, semper liber ac sui juris, verus, simplex, apertus rectique tenacissimus sit. Talem se orator integro orationis habitu, non putidam diligentiam Rhetorique scholas arguente, sed nobili quadam dicendi libertate ac περιπτερίᾳ, generofis affectibus, prudentiæ more Livii sententiis & apophthegmatibus splendente declarat. Quod uti arduum omnino ac difficulte paucissimisque datum est, ita plurimos pro sublimitatis Diana orationis aliquam nubem sive μεσέων amplecti videoas: quos ad tria potissimum genera Autor noster revocat. Nonnulli enim orationem vere sublimem rei humili, vel quod eam majoris, ac revera est, faciunt, vel quod apte & eleganter de nulla re nisi magnifice dici posse credunt, accommodant: quo plerosque literatos nimis magnifice de rebus suis loquentes, speciatim J. Cef. Scaligerum, Sylvio filio accuratiorem lingua Latinæ rationem iisdem pene verbis, quibus Hamilcar Hannibalem ad perpetuum Romanis belum

Bellum faciendum, aut ipse J. C. Scaliger Sylvium suum ad recuperandum amissum Veronæ Principatum iuflammare potuisset, commendantem; *Longolium* ita adversus frivolas quasdam otiosorum hominum accusationes se defendantem, ut Rex Anglie Carolus I capitum causam dicere coactus, majori verborum magnificentia ut non potuisset; plerosque umbraticos Ciceronis, T. Livii, Sallustii, Taciti, Curtii, Vell. Paterni, Flori imitatores; illosque, qui res levissimas maximorum virorum testimoniis corroborant, aut in comoediis suis servulo cuidam verba Oedipi in tragedia, in eclogis Tityro *Aeneas* sermonem, inque tragedius nutrici cuidam non minorem quam Medeas sublimitatem tribuant, Author noster refert. Aliorum contra in grandiori argumento vitiosa est sublimitas, ut quibus omne obscurum sublime est, Cæsarumque Panegyrici, aut Tertullianus, aut recentiores horum imitatores, ipse Ciceroni, vel Tacitus Livio, Lucanus, Statius, Claudianus, Prudentius Virgilio ingenti sed vario præjudicio præferuntur: vel quibus omne insolens atque extraordinarium sublime creditur, quibus neglecto Cicerone, Cæsare, Nepote, Terentio, solus Barclayus arridet: vel quibus nimis exquisitus in sublimiore oratione atque affectatus ornatus curæ est. Hi omnes periodos mensuratas, omnia colla sibi correspondentia, libratae plurium membrorum antitheses & comparationes, voces sonosque ad numerum repetitos, similiter incipientia & cadentia, rotundas sententiolas, clausulas inexpectatas, argitos in similibus, oppositis, verborum ambiguitatibus iusus, allegorias Senecarum more & periphrases affectatas, contra περιον sublimis stylis sollicite adhibere student. Hi Claudiani, Flori, Barclayi, Senecæ more grandisonis bombare sonis, tragicoque boatu uti; præcipitia, tumida, turgida & inflata captare; alienas metaphoras aliosque tropos, circumscriptiones enormes, novas votes & phrases curiose adhibere; quin &c, ut fictitium θύειο suum consequantur, superba & impia protervo ore effundere solent. Alii denique tertio meteori genere capiuntur, qui non modo argumentum orationis sublimis humile sumunt, sed & vitiosam orationis sublimitatem mani conatu pariunt, infantique non Herculis cothurnos, sed Polyphemus aut Typhonis calceos, Tertulliani in *Apologia* pallii, Marcianni Capellæ, Apuleji aliquantum quo

que Afrorum imitatione aptant. Quæ omnia Clarissimus Autor plurimis exemplis atque observationibus elegantissimis declarat, eademque in recentioribus Italis, Hispanis, Germanis multis, & Gallorum, quæ appellant, complimentis accurate notat, siveque magno eruditorum commodo præstantissimam eloquentiae partem illustrat.

*JUS CIVILE GANDENSIMUM, HOC EST; USUS
Moresque eorum in Populo nati, a Principe confirmati, & Observario-
nibus illustrati, auctore D. JOAN. ANT. KNOBBAERT,
L. J. II. in Provinciali Concilio Flandrie Advocato, com-
pletens Observationes Prolegomenas & Ru-
bricas quatuor.*

Bruxellis apud Jodocum de Grieck, 1700, in fol.
Constat g. alph.

Utrum satius sit, subditos legibus scriptis regere, an motibus suis eos committere, inter Politicos disputari solet. Sed uti quævis comparatio lubricæ est estimationis, ita morum ambiguïtas hic difficultatem auget. Cum enim per mores nunc intelligatur jus naturale congenitum, nunc obsequium legibus quibusvis præstitum, nunc lex aliqua positiva non-scripta normam agendigenaralem continens, nunc consuetudo licita & libera necessitatem agendi haut involvens, nunc denique consuetudo prava seu frequens vitiorum exercitium, & si qui alii ejus generis significatus adhuc occurunt; facile liquet, variis dubiis subjectam fore decisionem, quam, stante illa ambiguitate, in hanc aut illam partem suppeditare velis, cum inter leges scriptas & mores non per omnia sit justa oppositio. Nobis disputationem illam ingredi jam neque libert, neque licet. Id solum contendimus, quod, si per mores intelligas leges in populo natas aut probatas, sive sint scriptæ sive non scriptæ, naturales aut positivæ (qualis sensus non est inusitatus, cum fere omnes leges Germanicæ, cum iure Romano aut Canonicæ comparatae, morum vel consuetudinis, etiam in Recessibus Imperii, nomen gerant, eujus quidem denominationis originem JCtis Italii adscribit Conradus Sacerdos in *dissert. epistol. de German. Leg. Vster. Orig. &c. pag. 27.*) per leges scriptas autem ex-

trances, in Rempublicam aliquam forte receptas, tum procul dubio pro moribus, contra leges scriptas, pronunciandum sit. His ita se habentibus, laudandum est eorum institutum, qui excolendis consuetudinibus seu legibus patriis operam impendunt, in quem censum etiam referendus doctissimus noster Juris Civilis Gandensium Interpres, qui ex observationibus prolegomenis laudati Juris proemium, pluribusque deinceps aliis quatuor ejus rubricas seu partes, variis articulis iterum distinctas, sedulo illustravit. Habetum totius operis in genere quod attinet, primo textum consuetudinis Gandensis, in lingua vernacula, per partes retulit, eundemque Latinitate donavit Noster. Huic subjicit, quicquid statutorum alibi (præsertim in Flandria) simile vel dissimile reperit, cum vicinæ leges, ad interpretationem domesticarum, multum contribuant, & licet fuerit, qui eas inserere supervacuum judicaverit, existimans earum citationem sufficere, attamen Nostro alia stetit sententia, ob lectorum commoditatem. Cum enim non nisi Flandriæ scripserit, sed speret fore, ut labor hicce etiam extraneas regiones visat, ubi ob inscitiam sermonis Flandriæ, nullum istarum consuetudinum exemplar aut pretium est, ideo non Flandricos tantum, sed etiam tam vicinatum quam longe dissitarum regionum mores, paulo largius eidem infererè visum est. Hisce aptavit Observationes suas, ubi quidem ante omnia annotavit, in quo Civile Gandensium Jus Romano consonet voluit. Et quoniam Jurisprudentia recte dicitur divinarum humanaarumque rerum notitia, ex Theologicis disciplinis nonnulla decerpit, quæ ad dirigendas mentes eorum, qui causis aut instruendis aut decidendis vacant, utilia fore arbitratus est. Quotquot enim de Jure & Iustitia scripserunt Theologi (verba Nostræ, dubio procul ad Moralistas Pontificios respicientis, ex prefatione referimus) hi fere theoretice magis quam practice præcepta sua recte vivendi tradiderunt, & magis ex Juris Romani regulis, quam ex patriarchalium legum dictatione, quas, ut arbitratur Noster, ignorarunt. Cum etiam sæpe idem compererit, quod, ubi res judicatae citantur, dubitetur, an revera id quod dicitur ita a Curia aliove judice decisum sit, passim, ubi potuit, sententias libellatas hic imprimendas curavit, ut tanto plus ponderis habeant, quanto clarius circum-

Uu

stan-

stantias decisæ quæstionis complectuntur. Liberalior etiam fuit in citandis verbotenus peregrinis Autoribus, tum ut sublevaret illos, qui horum habent copiam, a quærendi molestia, tum etiam, ut liberaret cæteros a summis, ad eos comparandos necessariis. In hunc fere modum scopus & habitus operis in præfatione describitur, quibus speciaſia nonnulla nunc subiecta erunt. Titulus & proœmīum exhibent confirmationem Consuetudinum Gandensium, a Regibus Hispætæ factam, quam observationibus prolegomenis per partes Noster explicat illustratque, ex quibus, specimenis loco, aliqua referemus. In Observatione prima, vis consuetudinis illegitimæ, quæ legem, rationem, naturam & religionem vincat, eo fine adducitur, ut, cum ejusmodi usuum portenta integris populis rationi videri possint consona, eo minus causa subesse ostendatur, cur gens aliqua aliis gentis consuetudines licitas, a suis tamen diversas, improbare vel vituperare velit; etim in summa nihil in his, quæ problematica sunt, & incommoda sua adferunt pariter & commoda, ita videatur ad bonum publicum facere, ut oppositum exitium sit allaturum. Cogitet igitur qui Flander est, quod legibus suis steterit florueritque Brabantia: & Brabantus, quod Jus patrium non tantum incolumem reddiderit Flandriam, sed etiam celebrem. Observatio decima tercia de consuetudinis rationabilitate satagit, ubi consuetudines illæ cum ratione pugnare censentur, quæ juri divino, naturali vel statui pubblico contrariantur, aut decorum laedunt. Sicut autem, quid decorum sit, generaliter determinari non posse, sed ex communisensu, eorumque, quibus plus in republica autoritatis est, opinione id repeti debere, Noster censet, ita ei de jure naturali nonnulla inspergere visum est. Improbat scilicet vulgarem illam definitionem, quæ jus naturale esse perhibetur, quod *natura omnia animalia docuit*, non quidem ideo, quod bruta ratione careant (contrarium enim cum Charronio defendit, utut hæc doctrina scholiarum pulvere adhuc sordidis vapulet) sed quod *natura* sit preceptum, quod *natura omnia animalia docuerit*. Inde substituit hanc definitionem: *Jus naturæ est complexum regularum, quæ unaque communitas, vel sponce sua, vel ex superiorum prescripto observat, ad meliorem propagationem & conservationem humani generis.*

generis. Quæ definitio cum alia singularia, tunc in specie hoc quoque continet, quod jus naturale sit etiam positivum: cum enim positivum jus & humanæ leges, etiam circa ea, quæ ex natura originem trahunt, vim suam possint exercere, & v. gr. conjunctionem maris & foeminae, quæ ex jure naturæ est, leges connubiales ordinent, hinc has qui violat, contra jus naturale positivum peccat, læsæque naturæ reus fit, prout Noster in exegesi philosophatur, in Observatione quinquagesima, jurisdictionem juxta usum Flandrorum declaratus, censet, quod illa sit, intuitu Magistratum municipalium aut Toparcharum, Alta, Media & Infima. Illam dicit facultatem castigandi crimina non privilegiata, ex natura sua maiorem multæ pecuniaria poenam promerentia: istam, quæ versetur circa cognitiones delictorum, poenam pecuniariam ex natura sua tantum promerentium: hanc, quæ in potestate mancipandi & simili sita sit, ac prædiaria dici soleat. Cum etiam res hæc gravissima & difficillima ei videatur, hinc ut Lector hæc æquibonique consulere velit, rogit, cum inutiles judicet reipublicæ, qui dum perfecta tantum velint edere, nihil edant, & partui suo immoriantur citius, quam eum lucem aspicere sinant. Dimisso Procedio ad ipsum Juris Civilis Gandensium tractatum progressus solertiſſimus Autor, exhibet Rubricam primam, quam vocat, articulos 22 complectentem, in qua Jurisdictio Scabinis primi subsellii propria potissimum tractatur. Iстам partem ita exequitur, ut singulos articulos in vernacula relatos, ac Latinitate donatos, cum aliis statutis similibus vel dissimilibus conferat, ac observationibus suis illustret, ex quibus nonnullas delibabitus. In observatione terria ad articulum tertium perstringitur antiquorum mos velut indecorus, quo licebat illum, contra quem litigandum, sine ullo Judicis præcepto, sine ullo apparitore, privata autoritate in jus vocare, eumque, ni e vestigio vocantem sequeretur, aut judicio sisti satisdaret, advocatis prius testibus, ducere, quin etiam trahere & rapere manu injecta: merito igitur illum in desuetudinem abisse, modestiori citandi forma introducta, ut scilicet adversario per viatorem futuram denuncietur, eique ad comparendum terminus præfigatur, amplius existimatur. Cum igitur modus hodiernus nihil violentiae habeat, queritur, an eodem liberi contra parentes, sine

veniae impetratione, uti queant? quam in rem nonnullorum sententias Noster adducit, ac de Gandensium moribus verum esse putat, quod petatur venia a Magistratu, antequam parentes in jus vocentur: hanc enim petitam esse semper, neglectam nunquam, se meminisse profitetur. Ad eundem articulum Observ. 6 nunciationis varietatem proponit, ac imprimis Gandavi nihil frequentius esse docet, quam nunciare, i. e. inhibere debitorum debitoribus, ne solvant aut tradant rem, quam in potestate habent, eamque nunciationem non esse tantum actum personalem, sed & realem, contra Burgundum ulterius asserit. Existimavit Perezius, statuto introduci non posse, ut ab eodem judice appelletur ad eundem: sed Noster art. 5. Observ. 1. statutum Gandense opponit, quo talis appellationis admittitur, illudque nihil absurditatis continere ostendit; quamvis illa, distincta diversa appellationis significatione, facile conciliari queant. Observ. 3. appellationis materiam amplius persequitur, ac Gandavi a quovis gravamine appellari posse, adeo ut stylus Gandensium hac in parte usui Saxonico sit conformis, demonstrat, adjiciens hoc singulare quod ad appellandum integer annus condemnatis competat, quo elapsa sententia demum vires rei judicatae acquirat. Art. 6. Observ. 1 morem recenset, juxta quem Scabini numero septem, ad formandum judicium, præcise sub poena nullitatis requiruntur, adeo ut unus alterius vices simul subire nequeat, eumque laudatusumque contrarium & abusum non attendendum esse, licet inveteratus sit, amplius existimat. Singularis quoque usus est in Flandria Vierschariorum, quæ vox tam Romanorum, quam Gallorum aliarumque nationum judiciis ignota est. Cum enim alias regulariter tres personæ solum ad judicium requirantur, judex scilicet, actor & reus, Flandrorum Belgarumque moribus in Consistoriis (quæ dicta voce Vierscharen designantur) oportet adesse quartam personam, eamque necessariam, scilicet Dominum Monitorem aut Requisitorem, quem vulgus vocat *den Maendre ofte Maender-beer*. Nam nisi hæc persona adsit, quæ judicem ad ius dicendum moneat, nec Pares Curiae, nec ipsi Scabini, ius dicere possunt, prout hoc Observ. 2. d. art. 6. proponit. Observ. 6 adducitur ritus Flandriæ, quo jubente Baillivo, ac interrogante Ammanno, Judicium constituitur; quem cum eo, qui in Germania, circa

circa executiones poenarum capitalium , adhiberi solet , fere convenire , facile quis ex comparatione intelliget . Observatio 7. articuli 9 destinata est criminis laesae majestatis , quod tam juxta jus civile , quam Flandricum , Noster expendit , ac in specie docet , quod ob crimen perduellionis a patre commissum , filii honores & nobilitatem amittant : cum enim filii nati e plebejo patre , ob acquisitam , post eorum nativitatem , dignitatem , cum patre suo fiant Nobiles , nihil esse acerbitatis , si ob execrandura usque adeo delictum patris , concessis a Principe honoribus filii exuantur . Eos tamen infames non fieri , imo legitimam vel alimenta ipsis solere relinqui , amplius admonet , adjiciens cives Gandavenses virtute antiqui privilegii , a Carolo V anno 1540 confirmati , etiamsi ob crimen ultimo suppicio afficiantur , non plecti confiscatione bonorum , sed ea transmittere ad heredes ab intestato ; privilegium tamen non obtinere in crimine haereseos & laesae majestatis humanæ . Rubrica secunda *novem* articulis constat , in quibus de minoribus Judiciis & Officiariis agitur , qui cum a Scabinis primi subzellii constituantur , sunt velut appendix primi collegii & delegati primo-rum Judices , fungentes munere , quod alias primi subzellii Scabinis obeundum foret . Tertia Rubrica persequitur Jurisdictionem Scabinis secundi subzellii propriam , ac in *septendecim* artículos dispescitur , adjuncta de Locum - tenente civili Gandensi appendit . Cumque ita de iis , qui jus dicunt , satis actum sit , Rubrica quarta pergit ad eos , quibus Jus dicendum est , quorum alii sunt incolæ , alii exteri , eaque materia *sedecim* articulis exhibet . De cætero Clarissimus Autor in tribus hisce rubricis seu partibus eadem methodo utitur , qua in prima usus est . Adducit scilicet articulos in lingua patria , versionem Latinam addit , statura similia vel dissimilia conjungit , ac observationibus omnia amplius explarat magisque diducit ; quam in rem nonnulla exempla adjiciemus . Rubrica secunda articulus i. minoribus Magistratibus potestate in dicendi jus , de debitis libram Flandricam & quantib[us] , concedit ; hinc Observ. 7. querit Noster , an jurisdictione consensu partium ad summam maiorem extendi queat ? & licet id , juxta jus Romanum , nonnullorumque populorum statuta , asseri queat , Gandavi tamen prorogationem cessare , ideo censet , adjectis & discussis si-

milibus questionibus. Art. 1. Observ. 3 docetur, quod Gandavi sit domus seu basilica publica, Belforto contigua, cui *Halle* nomen qua occasione, in originem vocis *Halla*: Noster inquirit, probatque ferè sententiam Grammaji, qui loca ejusmodi *fallas* vocat, ac in omnibus veterum scriptis, tam Lovanii, quam Gandavi, I- pris & alibi *Fallæ* appellari afferit, censemque probabili conjectura, dorvari eas a *Faillen*, sive, ut modo lenita prima litera loquuntur, a *Vailen*, id est venum exponere. Artic. 4 Observ. 4 de esu carnium diversas Scholasticorum aliorumque sententias recenseret, suam vero ita proponit: ego in his similibusque questionibus uscirpo illud Socratis, *Hoc unum scio, me nihil scire*; neque enim ex eorum sum numero, qui sibi persuadent, omnia pervia esse humano ingenio: non erubesco profiteri ignorantiam meam dicereque, quod incertæ sint adinventiones nostræ: imo doctiores arbitror, qui dicunt plura se ignorare quam scire, quam qui elevato supercilio audent de iis, quæ nec divina fide nec humana certa sunt offari, & somnia sua vendere pro oraculis. Art. 5. Observ. *nn.* de piscium varietate & esu quadam annotat, & cum iunii quadragesimalis inciderit mentio, existimat communem esse hæreticorum hujus temporis, quos vocat, errorem, quod Quadragesima post tempora Apostolorum, ex quadam superstitione, & perversa imitatione Christi, paulatim irreperserit. Ipse contra censem, rejectis etiam nonnullorum Pontificiorum sententiis, quadragesimale jejuniū ab Apostolis institutum, atque universæ Ecclesiæ traditum fuisse: hoc enim constare ex Canone Apostolorum 63, nec non ex testimonio expresso duorum insignium Patrum, Hieronymi & Leonis; imo nullum esse veterum Patrum, qui Quadragesimæ non meminerit: fatetur tamen, admirandam videri fuisse apud veteres in Quadragesima observanda varietatem, cum alii uno die, alii duobus, alii pluribus, alii quadraginta diebus Paschale jejuniū definiverint; istam vero varietatem unitati Ecclesiæ non officere, cum hæc sponsa illa sit, de qua Regius Psaltes *Ps. 44*, quod sit circumdat varietibus, pronunciaverit, amplius existimat. Singularis dispositio est, quæ Rubric. 3 art. 4 Observ. 5 adducitur, juxta quam salario Advocatorum, Procuratorum, Secretariorum, Medicorum, Chirurgorum, Pharmacopolarum, Amanuensium
vel

vel Notariorum, aliorum etiam operariorum, mercedes famulorum & ancillarum, pretia mercium ad usum venditarum, & debita ex comessationibus ortum habentia, solum intra biennium exigunt queunt, post hoc vero soluta presumuntur, adeoque creditori agenti biennalis præscriptio, præsumptione ista subnixa, obstat. Praxi tamen invaluit, ut debitor, exigente creditore, post biennium jurare debeat, se bona fide credere, debitum esse extictum. Ex quo dubium est enatum, an si compensatione debitum sublatum esse, debitor jurato afferere velit, audiendus sit? quod, aliis licet contrariis partes amplectentibus, Nostro videtur, rato nihil interesse, quo modo debitum sublatum dicatur. In Rubric. 4. Art. ult. Observ. conscientia quæstio proponitur, an is, qui septem habebat amicos, a quibus sperare poterat fore, ut pro se fidem interponerent, rogatisque frustra quinque, quasi desperans de reliquis, omnisque ulterioris implorationis, præ verecundia, pertusus juraverat, se omni adhibita diligentia fidejussorem reperire non potuisse, censeatur perjurii, in foro minimum interno, reus esse? quam Theologorum nonnemo negavit quidem, sed Noster magis in affirmativam inclinat, serioque optat, quo Practici sedulo moneant Clientes suos, ne ad cautionem juratoriam convolent, nisi revera diligentiam omnem, circa reperiendos fidejusfores, adhibuerint.

TRIA SPICILEGIA EX DISCIPLINIS MATHEMATICIS loca quedam Biblica illustrantia, sicut a D. HIERONYMO KROMAYERO collecta, jam vero Disputatione & Programmatibus aliquot super additis, denouo edita ab HIERONYMO DICELIO;

Lipz., apud Immanuelem Titium, A. 1702, in 8.
plagulæ 14.

Plurima omnino occurrere in Sacris Literis, quæ absque accurata Matheos cognitione, nec intelligi satis nec exponi queunt, nemo forsitan arbitramur, iverit inficias, qui modo cogitaverit v. g. lucem primigeniam, Gen. I, 3. memoratam, aut Lunam, luminare magnum, Gen. I, 16. aut stellarum numerum, Gen. XV, 5. Solemmodo stantem, modo retrogradientem, Jos. X, 12. 13. 2. Reg. XX,

XX, 11. arcam item Noæ , formam insuper tabernaculi, templi-
que Salomonis & Zorobabelis, labrum æneum & illius proporcio-
nem perimetri ad diametrum , 1: Reg. VII, 27. mensuras locorum
distantias metiendi, milliaria puta , Matth. V, 41, stadia, Luc. XXIV;
13. viam Sabbaticam , Act. I, 12. dimensiones corporis quanti, Eph.
III, 18. prædictiones Astrologicas , Deut. XIX, 10. Jes. XLVII,
13. varias liquidorum & aridorum mensuras, quarum in Veteri Te-
stamento fit mentio, sexcentaque ejusmodi alia. Factum inde est,
ut viri eruditæ, polt partes Philosophiae reliquæ e Scriptura sacra de-
monstratas, sacram etiam Matheſin paulo distinctius descriptam de-
derint. Horum classem Hieronymus quoque Kromayerus, Theolo-
gus, dum viveret, in hac Academia Primarius, adauxit, dum Po-
lymathizæ sive Theologicæ dudum editæ subjicit spicilegia, ex
disciplinis Mathematicis loca quædam Biblica illustrantia. Ita vero
separatim nunc denuo in lucem protrahendæ duxit Clarissimus Di-
celius, eo quidem consilio, ut occasionem hinc arriperet ornandi
Spartam suam, quam nuper in nostra Academia, velut extraordina-
rius Mathematicum Professor, nactus est. Non tamen absque ali-
quo additamento auditoribus suis hæc idem exhibere voluit, & id
circo Disputationem de Matheſi Sacra annexuit, anno 1627 Wit-
tebergæ a D. Paulo Röberø habitam, quæ studiosis Theologis eo
magis se commendabit, quod occasione illius decreti, vi cuius affir-
mans esse antipodas, a Pontifice censura Ecclesiastica correptus
fuit, Pontificem Romanum etiam ut Pontificem, seu per Bullam obli-
gantem totam Ecclesiam errare , titulumque Episcopi universalis
tueri non posse, Auctor summae Reverendus eadem opera simul
asseruit. Sed & de suo aliud superaddere Doctissimo Editori
visum est, Programmata videlicet nonnulla, diversis antehac tem-
poribus sigillatim jam impressa, quorum primum de navigatione
in Ophir, secundum de felicibus subditis Saxonicis, tertium de B.
Joh. Christiano Geiero , Sunami Theologi Martini Geieri Filio,
cum novo in cœlo fidere comparato, quartum de hortis Hesperi-
dum & illorum aureis pomis differit, & quintum denique Mathe-
maticorum nomen pariter ac famam vindicat.

FR. FORTUNATI SCACCHI SACRORUM ELEO-
christianæ Myroboëcia tria.

Am-

Amstelodami apud Franc. Halmam, 1701, fol.

Constantio Alph. 9 plag.

Fortunatus Scaechus a Jacobo Oliverio Scaeccho Equite ex con-cubina genitus, ordinique sacro dicatus, in Fratrum Eremitarum S. Augustini familiam concessit. In literas magno se dedit animo, nec fatorum, quibus premebat, iniuritate ab hoc instituto se deterreri passus est. Et primo quidem in Hispania, speciatim in Academia Complutensi, philosophiae bonarumque artium tirocinium posuit, tum in Italiam reversus, linguarum, præsertim Hebraicæ, cognitioni se totum tradidit: Graecas literas, ut M. Cato, senex arripuit. Romæ sacras literas interpretatus est, Maceratae Theologian, Patavii Graecas literas docuit: sermones quoque ad populum, non sine omnium aplausu, cum primis Boæoniae habuit. Tandem Urbanus VIII Pontifex Macerata evocatum sacrario suo Pontificio præfecit, cui muneri per quindecim annos præfuit: eoque non tam se abdicavit, quam aliorum fraudibus spoliatus est. Variâ autem reliquit ingenii & industriæ sua monumenta, ex quibus haud insimum est hoc de sacris oleis opus, quod jampridem equidem impressum, anno proxime elapsò Amstelodami recusum lucem iterum adspexit.

De oleis & unguentis eorumque usu & abuso in Myrothecio primo generatim præcipit. Hinc cum varia, quæ ad nominum rationem pertinent, disputasset, ad lueernas sacras pro Candelabro Domini, cuius magna erat in gente Israelitica religio, dilabitur. Designat primo arborum genus, ex quibus oleum pro sacris iustis lucernis fuerit confectum. Docet itaque ex Plinio, Dioscoride, Theophrasto, ex nucibus juglandibus, ex amygdalis, ex pinu, lauro, lino aliisque seminum & fructuum generibus oleum extrahi. Sed nullum ex hisce accommodatum fuisset sacris usibus, quandoquidem Deus diserte præcipiat, ut adhibeat oleum de arboribus olivarum. Varia hinc recenset olearum genera ex Polluce atque Plinio, sed tria tantum hic in censum venire posse ait. Primum genus illarum dicit, quæ minime proceritatis plantas habent, licet olivæ quam maxime ex his producantur, quæ quamvis suavissimæ ad cibum condantur, ad oleum tamen præstantum omniho incepta sint: alterum olearum genus mediocris quidem esse proceritatis & sufficientissimæ

Cap. I-III.

Cap. IV.

pinguedinis, nec non tura ad condimenta ciborum, tura ad olei expressionem, aliquo esse in pretio: tertium tandem olearum genus & proceritate plantæ, & ramorum amplitudine, quam maximæ extensum esse, quod quævis baccas prioribus quam longissime inferiores gignat, eas tamen ad exprimendum oleum eeteris, ratione copiæ, quam etiam excellentia ac suavitatis, præferri. Atque hoc tertium genus olearum aptum demum fuisse ad oleum lucernis sacris præbendum, cum optimum omnium ac præstantissimum requiratus. Olivandi hinc methodum ac sacram oleariam artem, ad oleum sauci Candelabri præparandam, curiosius investigat. Et ad hoc quidem quod attinet, refutat cum primis sententiam Alphonsi Tostati Abulensis, qui cum docuisset, oleum interdum sua sponte ex baccis fluere, interdum ex baccis in torculari compressis pilo que contusis exprimi, interdum olivis prius lapide molaris contusis ac in torculari positis extrahi, refellit R. Salomonem, qui oleum, quod primo modo excipitur, sacris lucernis aptum esse affirmaverat. Secehus autem noster docet, ejusmodi quidem olsum, quod ex baccis sua sponte defluat, nuspian reperiiri. Abulensem tamen in cognopere falli, qui contendat, pilo tundendas prius fuisse olivas: hoc enim licet innuat versio vulgata, ejus tamen nullam apud Judæum esse autoritatem, cum in Hebræo textu tantum habeatur vox οἴνος, quæ contundere significet. Ipse affirmat, olivas non quascunque, sed sub ipsa maturitate ex olea lectas, contundendas utique fuisse, ast incertum quo instrumento, molane an pilo? licet plerique Interpretes affirment, pilo in mortariis fuisse contundendas.

Cap. VI.

Quæ de lucernarum cultu & religione, ex profanis & sacris, prolixè differit, non attingimus. Nemo ignorare potest, amplissimum Autori se aperire campum, multiplicem erudititionem ostendendi: saltem quæ de forma lucernarum, præsertim Candelabri sauci in medium afferit, paucis delibabimus. Primum itaque formam lucernæ, qua quærebatur Ofiris in pompa Iſidis, ex Apulejo ita describit: *Quorum primus lucernam præmicanter claro porrigit lumine, non adeo noſtris illis confimilem, que vespertinas illuminant epulas: sed aureum cymbium medio ſuipatore flammulam, ſuicitans largiorem.* Recte ait ab Apulejo afferi, hanc Iſidis

Cap. VII.

lucer-

lucernam nec omnino dissimilem fuisse, nec omnino similem illis, quibus more Romano ac Græco vespertinæ illuminabantur epulæ. Licet enim èstatum quoque vas cymbium appellari posset, cymbæ que formam servaret, si quidem monolychnis lucerna, vel ad summum dilychnis fuisse; in eo tamen differebant hæ ab illa, quod istæ, quibus utabantur in coenis, peniles essent suis ad trabes cotenis in laquearibus suspensæ. In sacris autem dum lucernarum pensilium usum porro declarat, simul observat, ad eas alludere Jeremiam vatem, in Epistola ad eos, qui captivi abducendi erant Babylonem: cum enim, inquit, dixisset, *lucernas accendunt & quidem plures quam sibi ipsi*, indicaturus, quod idola non magis eas percipient quam trabes, a quibus lucernæ sint suspensa, subiicit: *quarum nullam videre possunt; sunt enim velut trabes in domo.* Exempla ejusmodi lucernarum dum profert, commemorat quoque, quibus religionis Christianæ symbola sint insculpta. Nec mirum esse autem, quod Christiani suis in oratoriis ejusmodi usi sint lucernæ, cum solenne illis fuerit, ritus, instituta & instrumenta idololatriæ ad sacros & ianocentes usus transferre. De lucernis quoque in lupanaribus accessu folitis hic verba facit, & hinc lueem affundit hisce Tertullianus verbis, quibus morem lucernis accensis in diebus festis ades exornandi irridet: *honestares, solemnitatem publica exigente, inducere domui tuae habitum alicujus novi lupanaris.* Sed ad Candelabrum sacrum a Moze descriptum accedimus, cuius lucernæ cum figuram scyphi acuminati, vel cymbæ potioræ, vel quod perinde est, nucis amygdalinæ retinerent, dubium oritur, num ellychnum in altera extremitate, an vero in medio positum fuerit. Noster asserit, licet lucernæ istæ saeræ fuerint monolychnæ, flammarum tamen non in medio, sed in altera extremitate fuisse excitata, eoque ipso maximum discrimen inter eas & inter lucernas Ägyptiacas Isidis intercessisse, quippe quarum flammæ in medio excitatæ sint. Probat hoc ex verbis Scripturæ: & pones eas super candelabrum, ut luceant ex adverso; quæ verba juxta textum Ebræorum ita potius transferenda oenflet: *Et impones lucernas ejus super candelabrum, & facies lucere עַל עֲבֹר פְּנֵי*, super latus faciei illius. Hie quid per faciem candelabri intelligendum sit, disquirit, tandemque concludit, faciem candelabri nullam aliam

dici posse, nisi illam versus quam flamma lucernarum excitatur, & ad quam ellychnium conversum conspicitur: reliquas itaque lucernas eo dirigendas fuisse, quo medii stipitis lucerna dirigebatur. Monolychnas autem fuisse lucernas sancti Candelabri, probat tum a forma amygdalina lucernarum, tum ex eo, quod ceteroquin supervacua futura sint ista verba: *ut luceant ad latus faciei ipsius met Candelabri.* Tandem quoque inquirit, qua ratione lucernæ ilitæ a Candelabro amoveri potuerint, rejectaque illorum sententia, qui ope catenularum hoc fieri potuisse sibi persuadent, manubriolum illis a tergo adscribit: a tergo nimirum aut ad latera hoc esse oportuit, non a supera parte, ne ad oleum immittendum infundibulis impedimento foret.

*Cap. VIII.
ad XV.*

Edifferit autem porro Scacchus noster, unde ignis ad accendendas lucernas Candelabri sancti hauitus sit, indeque de sacri ignis cultu & religione verba facit; tum sacra sacrarum lucernarum infundibula in ministerium olei & luminis explicat, & olei ad servandi locum in tabernaculo demonstrat: vasis hinc olearii ad usum Candelabri sancti formam describit, & non solius Pontificis, sed inferiorum quoque Sacerdotum munus fuisse lucernas Candelabri olea nutrire, contendit: olei autem officandi legem datam omnino Israelitis fuisse, contra Alphonsum Tostatum Abulensem evincit, simulque ostendit, jure præcepti obstrictos fuisse Israelitas offerre oleum ad usum Candelabri. Et de oleo quidem hactenus.

*Cap. XVI.
ad XXVII.*

De unguentis in sequentibus verba facit, illorumque exordia a primis fere temporibus ostendit, simulque docet, quanta apud veteres fuerint in estimatione: ostendit quoque, insigniores urbes forum suum aromatarium habuisse: de usu hinc atque abusu unguentorum cum generatim dixisset, quid discriminis inter unguentarium & unguentarium intercedat, edifferit, simulque unguentorum sacrorum species ex profanis etiam recenset. Ostendit porro artem sacrorum unguentorum componendorum, & vocabulum *olei letitia* illustrat, docetque quodnam unguenti genus *olei letitiae* nomine veniat. Hinc de unguento rolaceo & rosarum in oleo letitiae praftantia differit, rosaceaque coronæ usum antiquissimum illustrat, compositionem quoque monstrat *olei letitiae*. Ni-

Cap. XXVII.

mirum per γένος ιδεα neutquam intelligi docet oleum rosaceum, ut multi volunt, sed oleum susinum, hoc est liliaceum. De hoc Clementis Alexandrini verba affert ex libr. II Pedag. cap. VIII: Susinum quidem componitur ex liliis & lirinis; est autem calefaciens, aperiens, attrahens, bumefaciens, abstergens, subtilium tenaciumque partium bilem movens, & molliens. Compositionem autem ejus accuratius ex Dioscoride docet. Ast cum variorum liliorum genera apud Græcos occurrant, κεράνευ, λειρία, καλλιέργεια, κερνάνθεμον, κερνόεργον, quodnam ex his oleo letitiae aptissimum fuerit, disquirit. Concludit vero tandem, unguentum susinum præstantissimum non ex foliis λειρία paratum, sed ex foliis illius lilio rubicundi, quod κεράνευ dicebatur. Illustrat hinc locum Canitic. V, ubi sponsa formam speciosissimam sui dilecti Hierosolymitanis puellis aperiens, cum venisset ad labia, ait: *Labia ejus lilia diffillantia myrrham primam;* quæ, inquit, si de lilio albo accipiuntur, nihil deformius dici poterat, aut bac comparatione inconciunius. Progreditur hinc ad susini unguenti, liliorum, liliaceorumque coronæ usum ostendendum, explicatque, cur oleum letitiae ita appellatum sit. Tum ad balnea se convertit, cumque balnei aquam amicitiae quoque & fidei symbolum fuisse demonstrasset, de veterum lotione ante coenam herba facit, digrediturque ad aquam lustralem, quam purificationis causa servatorem nostrum frequentasse, ostendit. Cum enim ipse profiteatur, se venisse non ad solvendam, sed ad implendam legem, & vero quantum ad legalem obseruantiam & Mosaicæ legis decreta, juxta hominum opinionem, Christum pollui potuisse constet, lustrali eum usum quoque fuisse aqua ad legalem purificationem, inde colligit. Nimirum quando ei objiciebatur, quod cum publicanis & peccatoribus cibum caperet, & a muliere peccatrice se tangi permitteret, hoc inde proveniebat, quod pollui eum hac ratione crederent Pharisæi. Ad funera quoque Christum accessisse constat, quibus legalis ejusmodi impuritas contrahebatur. Imo & sacrificiorum ac orationis causa templum Hierosolymitanum Christum interdum adiisse, dubitare non licet: ast qui hoc faciebant, eos lustrali aqua adspergi necesse erat. Ceterum habuisse Israëlitas domestica balnea, satis notum esse dicit, idque etiam ex Scriptura sacra posse demonstrari, licet piscina inferioris.

Cap.
XXVIII.
ad XXXII.

Cap.
XXXII.
XXXIV.

*E*s superioris nomine veniant *Ezai. VII & XXII.* Quemadmodum & Seneca domestica balnea piscinas dixerit *Ep. L.* Illustrari autem hinc plurima Scriptura S. loca posse docet. Sic quod *Jerem. XVII* dicitur: *Expectatio Israel Dominus*, ille potius ita vertendum putat: *Balneum Israelis Dominus מִקְדָּשׁ יִשְׂרָאֵל חַזְבֵּן* מִקְדָּשׁ, cuius effati hic sit sensus: emundentur reliqua nationes quaque aqua iustrali; patent se a sordibus animarum & corporis emundari: nostra parum interest: Deus est fons veræ aquæ Israëlitis, quo saepe emundantur vere, & illorum peccata lavantur. Hanc explanationem aptissime quadrare ad ea, quæ subjiciuntur: omnes, qui te derelinquent confundentur, recedentes a te in terra scribentur: quoniam dereliquerunt veniam aquarum viventium Dominum. Simili ratione lucem se affundere putat loco *I Paralip. XXIX:* *Die es nostri, quasi umbra super terram, & nulla est mora.* Hebreum *מִקְדָּשׁ יִשְׂרָאֵל מִקְדָּשׁ* vertendum censet: *& non est congregatio aquarum*, id est balneum. De pravis enim hominum moribus conquestum sanctissimum Vatem, nullum opus, nullam diem a scelere vacuanam pronunciaſſe. Hæc autem, ut porro Autor docet, sub umbra metaphora significaverat, idque quam maxime doluerat: magis vero dolendum existimat, quod *nullum si balneum*, quo turpitudine illa ac macula possit ablui. Christum autem Servatorem, liet Pharisaeorum in balneis ac baptismis superstitionem acriter reprehenderit, ab iisdem tamen nos proſus abhorruſſe, verosimile val-

Cap. XXXV. de esse judicat. Atque de balneis dum ita differit Auctor, de oleo
ad LIII. & undione, quæ cum istis conjungebantur, pariter verba facit, solumque, strigiles linteaque ex sacris literis explicat, nec cætera, quæ hoc pertinent, prætermittit. Docet porro, non solum ablutionem, sed & oleum, apud veteres ex instituto adhibitum in convivio fuſſe. Cumque Prophetas, ad munus Propheticum obeundum, aliquo genere olei unctos fuſſe nonnulli contendant, ipse contra hanc sententiam negat adeo firmis rationibus insiti, ut non contrarium aliquis defendere possit. Hinc unguentorum inter pocula luxum appetit, puerisque & puellis præministris ea convivis porrecta fuſſe docet; de aromatum quoque & unguentorum in vino potandorum usu agit, pariter ac de crossis, trullis oleariis, aliisque unguentorum fasculis, speciatim de unguentaria pyxide in sacris literis memoria-

morata, itemque de ampulla, lecytho & lenticula, quæ sacra sunt unguentorum vasa. Prolixior est in alabastro & onyche unguentario explicando, illiusque formam & usum egregie illustrat. Ultimo loco de sacro unguentario cornu exponit, & tandem de unguentorum in cultu muliebri usu aliquid subjungit. Smegmatum hic ad cutem expoliendam, ablutionum, ac unguentorum usum penes mulieres explicat: qua occasione, dum de mundo muliebri Estheris verba facit, mari amaraci, myrraque in eo usum non equidem improbat, myrraque tamen præcipuura in eo usum fuisse verosimile judicat. Atque hæc dum hunc in modum exposuit, de oleo sancto veteris testamenti quædam subiectio, & ita primo Myrothecio finem imponit.

In altero itaque Myrothecio Scacchus noster de oleo consecrationis ex instituto agit, ejusque docet compositionem & usum ad consecrationem sacerdotum, altarium, tabernaculi, & omnium Mosaiorum utensilium: quo in argumento dum occupatur, simul de altariis, tabernaculo, cultusque Levitici variis instrumentis, & aliis antiquitatibus Ebrææ capitibus, eruditæ differendi latissimus ei se se aperit campus. Orditur iterum a vocibus, & quid *unguentum consecrationis* sit, explicat. Cumque Exod. XXX in ejus descriptione dicatur, *sume tibi aromata prima myrra & elecha quingenos siclos*, numeratae appensæque pecuniaæ antiquissimum usum insimul ostendit. Verba hisac porro facit de origine monetæ signatae, & siæli aliquæ universaliora monetarum genera explicat, & ex siæli valore præstantiam unguenti consecrationis colligit. Tum, thymiamatis sacri præstantiam demonstrat, oleique consecrationis dignitatem ab excellentia aromatum illud componentium evincit, speciatim de myrra, cinnamomo, calamo aromatico, & cassia ita differit, ut multiplicis doctrinæ ubertatem ubiquè ostendat, afferatque non minus quod doceat, quam quod deflectet. De cassia cum primis prolixè disputat. Vocem Κασσιανην non vulgatus modo interpres, sed LXX etiam juxta codicem Basileensem, & paraphrasis Chaldaæ, aliisque quam plurimi reddunt per Cassam. Sed obstat plurimas easque gravissimas rationes Noster profitetur, quo minus in horum concedere partes queat. Namque affirmare plerosque, cassiam a cinnamomo tantum

Cap. I.

Cap. II.

Cap. III.

Cap. IV.

ad XI.

Cap. XI.

XII.

ratio-

ratione minoris aut majoris perfectionis distingui. Ast cum Deus jam secundo loco in hac compositione cinnamomum sumi jussisset, non posse denuo hoc intelligi; repugnare etiam nimiam aromatis istius quantitatem, quam Deus adsumi jussiterit, siquidem cinnamomum hic indigitaretur. In aliis itaque Graecæ versionis septuaginta interpretum exemplaribus legi: ἡγι ἵστας πεντακοσίης σίκλιας τῆς αἴγις, h. e. Et iridis quingentos Siclos sancti &c. Atque hinc nonnullos in hanc ingressos sententiam, voce Ebræa נִיר. Irudem, certum plantæ genus, designari. Quæ tamen nostro neutrâ se commendat Auctori, quandoquidem, licet plantæ hujus radix geniculata, fructatim concisa, & exsiccata aliquem ex se satis suavem edat odorem, quin & pulverisata adhuc teredinibusque ex vetustate corrofa, non minorem, imo odoratiorem servet fragrantiam, ea tamen nec cum myrra, nec cum calamo aut cinnamomo conferenda sit, nec adeo magni sit pretii, ut inter præstantiora referri aromata mereatur. Fuisse quoque, ait, qui per נִיר. Zingiber intelligerent, itidem sine ulla prægnanti ratione. Nec verosimile ullo modo videri, zingiber adhibitum fuisse, quandoquidem nullam suavem fragrantiam exspiret, & insuper inter aromata viatoris pretii referatur. Rejectis itaque & explosis hisce opinionibus omnibus, ipse concludit, per נִיר. Coftum intelligi; atque illum forte etiam nomine *cæsa* vulgatum indicare voluisse interpretem. Cum vero testetur Dioscorides, non unum cofti genus esse: alium namque candicantem esse, quem Arabicum appellitet, alium nigricantem, quem Indicum vocet, alium denique buxeum costum Syriacum illi dictum; Auctor quidem Arabicum ob odoris suavitatem atque fragrantiam ad unguenti hujus compositionem quam maxime accommodatum esse censet. Ceterum ut nihil huic de oleo consecrationis tractationi deesset, Scacchus noster olei quoque perfectionem ad compositionem hujus unguenti edidicerit, ipsamque ejus compositionem condocet. Quanta unguenti istius in gente Ebræa fuerit religio, & quam severe animadversum sit in eos, qui non ea, qua decebat, reverentia erga illud se se gesserint, per octo integra capita prolixe & erudite explicat. Atque tum ad usum communem olei in utensilibus sacris se convertit, recensetque ordine, qua isto oleo fuerint consecranda. Late hinc se diffundit in va-

*Cap. XIII.
ad XXXV.*

con-

ria antiquitatum Ebræorum capita, & primo quidem de tabernaculo, de loco in quo fuerit constructum, deque ejus dedicatione seu consecratione, late per aliquot capita verba facit; tum & de arca foederis agit, inque ejus formam diligenter inquirit. Cherubino-Cap. XXXV.
 rum dum hac occasione injicit mentionem, pedes illorum, quorum XXXVI.
 in arca foederis conspiciebantur imagines, fuerintne in humana-
 specie facti, ut Arias Montanus censuerit, an vitulina, ut Villalpan-
 dus aliisque existimaverint, rem adeo dubiam esse pronunciat, ut
 nihil certi in his decerni queat. Villalpandi autem & aliorum sen-
 tentiam, qui sacrae hujus arce coronidem inferiorem duorum
 Cherubim basin constituant, & in ea dispositione Cherubinos sta-
 tuunt per extrema arcæ; qua hanc supra femora & circa umbili-
 cum ipsorum elevantes, propitiatorum non quidem ejusdem ar-
 ce tegumentum, ita ut aream claudat, statuunt, sed supra arcam tan-
 tisper elevatum, duorum Cherubim manibus sustentatum, medio
 in aere suspendunt, nulla ratione admittendam censem. Huic e-
 nim formæ repugnare veteres Hebræorum scriptores, & sacra ora-
 cula: id quod uberioris prolatis in medium Philonis atque Josephi
 testimoniis demonstrat. De mensa panum propositionis eadem
 ratione agit, formam ejus, consecrationem, variaque utensilia ex-
 plicans. Sic & de libaminibus atque libandi ritu, deque forma sacri
 simpuli, & sacri cyathi ad vina fundenda, curiosissime disputantem
 video. Inter reliqua autem sacro oleo inungenda cum candelabrum quoque sacrum fuerit, de forma ejus materiaque & partibus
 agit, pariter ac de altari sureo, ejusque usu & utensilibus, ut &
 de labri ad conservandam aquam consecratione. Ad altarium
 autem consecrationem dum accedit, digreditur paulisper ad sum-
 mi Numinis invocationem, statumque Israëlitica Reipublicæ, qui
 a cognitione nominis & Numinis divini maxime popenderit, accu-
 ratius considerandum. Et de nomine quidem divino eoque in-
 effabili dum agit, docet, Principes rerumque Dominos jam
 olim tanta fuisse arrogantia, ut præter honores divinos ipsum quo-
 que nomen divinum usurparint. A nomine enim Jehova multos
 illoram Joves dictos, commentis atque fabulis variis Poetarum
 dedisse occasionem. Quam sententiam licet irrideat Lilius Giraldus,
 nulla tamen præguanti ad hoc sum inductum fuisse ratione. Dis-
 qui-

Cap.
XXXVII.
ad
XLIX.

Cap. LI.
LII.

quirit porro, an nomen ineffabile Dei idque Deo soli proprium, ignoratum fuerit ante Mosen? Id quod extra ambages affirmat; locique celeberrimi & multum vexati: *Ego Dominus, qui apparui Abraham, Isaac & Jacob in Diuinitate, & nomen meum non indicavi eis*, Exod. VII, hunc esse sensum planissimum judicat, quod Deus primum Mosi hoc nomen aperuerit, se vocari nomine ineffabili נִשְׁמָה sibique hoc nomen fore proprium, & hoc nomine coli se velle ab Israëlitis, quod quidem nomen nulli ex veteribus Patriarchis ipse aperuisset. Atque aperuisse Deum tum primum hocce nomen Mosi ideo, quia tum ritus sacros ceremoniasque, quibus eoli voluerit in gente Israëlitica, cum edocuerit. Nec obstare, quod jam ante hanc statem in Scriptura S. occurrat: Moses namque illud adhibuisse, ut doceret, eum Deum, quem Patriarchæ venerati sint, eundem esse, qui sibi apparuerit, seque hocce nomen ineffabile condocuerit. Et hæc quidem aliave de nomine Je-

Cap. LXXI. hova disputat. De nomine אל יהו cura itidem nonnulla com-
et LXXXI. monuisset, ad regimen Reipublicæ Israëliticæ se convertit, istudque semper fuisse monarchicum, evincere anicitur. Praeceptum quoque circumcisionis jure foederis tantum obligasse Israëlitas, post ingressum in regiones promissas, autumnat. Atque hisce demum omnibus rite ordine quo explicatis, ad altaria accedit, deque illorum forma, structura, consecratione, instrumentis aliisque huc spectantibus prolixè commentatur. Altaria excipiunt Sacerdotes, quorum lustrationem, quæ consecrationem præcesserit, dignitatem & ordinem, ut & expiationem itidem explicat, & quo pacto sanguis sacro oleo in illorum consecratione admixtus fuerit, docet. Agmen Pontifices claudunt, in quorum consecratione si quid ullo modo memoratu dignum occurrit, id explicatum hie quam accurassime videas.

In tertio denique sacrorum Elæochrismatum Myrotheo-
cio de Israëlitici Regis inauguratione agit Scæchus. Explicat
c. I. II. XII. in ea Reipublicæ Israëliticæ ordines, tam senatorios quam militares, inaugurationis pompam, adorationes, acclamations, præsentiones,
& quicquid ceremoniarum in Regis constitutione servabatut. Pri-
mo itaque utriusque ordinis, sacerdotalis & laicalis, discriminem expli-
cat, dum de comitiis, quæ ad Regis constitutionem indici solebant,
Cap. IV. agit. In iis Pontifici ac Sacerdotibus olim jus suffragii fuisse negat:
nec

nec ante captivitatem Babylonicam sacerdotes summos Pontifices quæ civilibus se immiscuisse negotiis, docet: quæ ideo obseruat, ut declinat commode, quæ ceteroquin ex historia novi testamenti opponi potuissent. Nec exemplo Abjatharis Adonizæ partes sequentis contrarium elucescere, quandoquidem ibidem non de Regis electione sermo sit, sed qui adhærebant Adonizæ, successionis jure patrisque voluntate regnum illi deberi crediderint. Accuratus hinc monstrat, quinam jus suffragii in regia electione habuerint, & eum primis quanta Praefecti militiae in Principe eligendo & declarando auctoritas fuerit, condocet, & loca quoque Regionum comitiorum apud Israelitas designat. Dum vero ostendit, pietate maxime excellere debuisse Regem, occasio hinc ei enascitur, de regii sacerdotalisque muneris conjunctione, præsertim apud Romanos, quædam commemorandi. Nec ad corporis minus quam animi dotes respiciebant Cap. VIII.

Israelitæ; hinc faciei maiestatem, & militarem peritiam, Principatus IX.

notas Noster statuit. Tum jura Israelitici Senatus in Rege constitu- C. X. ad XV.

endo indicat, & quis Prophetis & Vatibus in Rege designando locus concedendus sit, disquirit. Contendit autem, non in Regis inauguratione seu consecratione, sed in ejusdem electione Vatibus fuisse locum, si forte dubium aliquid occurret, super quo Domini explorare voluntatem, consultum ducerent. Atque Prophetas istos aut per visionem, aut per somnium, aut alia ratione certiores hac de re a Deo factos: quos modos excipiendi oracula divina itidem hic diligenter enarrat, non prætermisssis prorsus Gentilium divinationibus. A Prophetis ad Sacerdotes progreditur, quibus sacrorum causa locum apud Israelitas in Regiis comitiis fuisse, demonstrat. Hos Cerethci & Pheletei excipiunt, de quibus jam pridem inter eruditos disputatum est. Scacchus noster ordine procedit, reje-

ctaque illorum sententia, qui eos Consiliarios fuisse putant, afferit regios milites apud Israelitas hoc nomine venisse, eosque stipatorum munere functos apud Reges fuisse: rejicit porro illorum sententiam, qui alienigenas illos fuisse autemant; ipsi contra certum exploratumque est, fuisse Israelitas: nomen autem eos accepisse putat a cetera & pelta, qua occasione cetræ quoque ac peltæ formam investigat, nec gregarios fuisse milites, sed illustriores omnino, quæ in hoc ordine fuerint constituti, eosque clypeis aursis olim ulos fuisse.

fuisse probat, simulque moris fuisse ait, clypeos aut alia spolia hostibus detracta in rei perpetuam memoriam suspendere. Cumque Cantic. IV turris David menoratur, ex qua pependerint mille, clypei, documentum hinc singularis fortitudinis, qua eminuerit Rex

Cap. XXV. sanctissimus, capi posse autumat. Præterea, cum in inauguracione Regis Israelitici maularum quoque iniciatur mentio, varia quo;

XXVI. que de iis commentandi Auctori subnascitur occasio. Inter alia

wutem accurati studio expendit locum Gen. XXXVI, quo Anas invenisse בְּנֵי יִשְׂרָאֵל in deserto dicitur, dum pasceret asinos Sebecon patris sui. Hic initio quidem contendit, pro בְּנֵי יִשְׂרָאֵל legendum esse בְּנֵי יִהּוָה, cumque priori lectioni omnes codices Ebraei faveant, non dubitat Noster asserere, corrigendum textum Ebraeum, esse juxta permanni Interpretis vulgati: idque eo magis, cum circa puncta dubium oritur, cum illa aut ab Esdra, aut omnino post templi portae urbiske Hierosolymitanæ eversionem, demura addita sint textui. Deinde prolixus & operosus est in eo, ut demonstret, Anam neq; mulas, sed aquas, nec aquas salinas, sed calidas in deserto reperiisse; idque dignum omnino fuisse, quod in Scriptura S. commemoraretur, cum semper magna laude dignum censuerit antiquitas, aquarum fontes in deserto aperire; id quod cum primis luculento Cornelii Taciti testimonio comprobatur. Ad mulas dura revertitur, earum in consecrationibus Regi usum præstantiamque edifferit;

atque ad loca quoque Regiæ inaugurationis progreditur, curve Salomo in Gihon ductus sit, ut regni successor jussu patris declaretur, ostendit. Reliqua inaugurationis solennia in sequentibus explicat: quo pacto scilicet adoratus sit Rex electus a reipublicæ proceribus militibusque, quæ forma adorationis fuerit, quo ordine ad osculum sunt admissi, quæ munera eidem sunt oblata, & quæ alia sunt ejusdem commatis. De diadematè tum, ejusque usu & forma, de regia armilla, omniisque amictu regio prolixe differit, uti & de sacris legis tabulis, quas Regi inaugurando traditas fuisse conjicit. Unctionem autem haud extremum omnino locum inter Regiæ consecrationis ritus occupasse, nemo est qui ignorat. Auctor ergo cum olei necessitatem in constituendo Rege Israelitico ostendisset, disquirit, quonam olei genere unctus fuerit. Rejecta vero illorum sententia, qui oleo communis unctum cum fuisse dicunt,

Cap.
XXVIII.
usque ad
finem

cunt, itemque illorum, qui sacro consecrationis oleo inauguratum fuisse afferunt, ipse pronunciat, oleo quidem sacro, sed alterius generis, & ab oleo consecrationis diverso, cum fuisse inauguratum. Unctum autem Regem fuisse, non a Prophetā, sed a Sacerdote, cuius id proprium & peculiare fuerit munus: ad modum autem & formam unctionis quod attinet, Regem testo capite eandem suscepisse, observat. Reliqua consecrationis solennia hue redibant: Regi inaugurato fausta quævis populus appre cabatur solenni acclamationis formula, quam Auctor pluribus explicat; eidem plaudetur, & buccina, tubis ac tibiis præcinebatur, quæ instrumenta musica accuratius Auctor delineat. Porro Rex inauguratus foedus cum Deo & populo percutiebat; unde occasio de ratione percutendi foedera, nonnulla differendi Nostro subnascitur: in throno quoque sedens regni possessionem accipiebat, quem Regum Israëlitæcorum thronum exacte describit: denique & de epulo verba facit, quo regiæ inaugurationis solennitas absolvebatur. In his omnibus ita veritatur Auctor, ut non erraverit, qui librum huncce quendam Ebrææ antiquitatis velut thesaurum dixerit.

DE INTELLECTU HUMANO. IN QUATUOR LIBRIS. Auctore JOHANNE LOCKIO armigero. Editio quarta, aucta & emendata, & ex eius primum Latine redditæ.

Londini, apud Awshamum & Churchill, 1701, fol.
Constant 3 alph. 12 pl.

Quod Philosophi & hominis plane eruditæ est, ut nunquam temere & inconsulto ad docendum se efferat, tenuiter autem de virtute sua sentiens, nihil proterve & arroganter sibi vindicet: idem agens acutissimus *Lockius*, permodeste veluti in excusationem præfatus nonnulla, quod operi, ad etudiendum seculum præsens comparatum, manus admoverit; tentamen hoc de intellectu humano ita instruit, ut libro prima principia nulla nobis naturæ beneficio connata esse ostendat; secunda de idearum origine, natura, varietate agat; tertio de orto ex ideis sermone, vocum, terminorumque proprietate & affectionibus, disquirat; quarto autem

Epist. ad.
Lector.

cognitionem humanam, ejus gradus, terminas, varietatem, profectum, differentias & divisionem explicit.

Lib. I.

Cap. I.

Introductionis loco, utilitatem investigationis intellectus docet, cuius inter alias haec ipsi est ratio, ne curiosa & erudita ingenia, perceptis intellectus sui viribus & imbecillitate, ægre ferant, se plurima, quæ ad scientiam potius quam felicitatem vita promovendam pertinent, ignorare; neque interiti ad segnitiam cum Scepticis delapsi, nihil omnino abs se sciri posse existimant: in operis verbiculo simul admaoneas, *idea* nomine, eius frequens hoc loco usus est, notari *omne illud, quod intellectui præsens est, quando cogitamus.*

Cap. 2.

Inolitura autem errorem de principiis nobiscum natis oppugnat, quod sola naturalium facultatum ope, sine notionum quarundam impressarum adminiculo, eas, qua vulgo imbuti sunt homines notitiam & certam cognitionem assequi possimus; atque illud in sequenti tractatione late commonstratur; ut praende non minus ridiculum sit, notitias innatas communisci, quam existimare, ideas colorum animantibus naturaliter infitas esse, quibus tamen usus oculorum & facultas ab externis objectis eas recipiendi inducta est. Nihil autem valere argumentum, ab universalis consensu petitum, circa istas *κοινας τύροις* ita probat, ut non modo aliam universalis istius consensus rationem de principiis innatis allegari posse credat, verum idem quoque argumentum in sententia adversæ patronos detorqueat. Concludit enim, quoniam nulla dantur effata, de quorum veritate omnes ad unum consentiunt, hinc intelligi, nulla nobis principia connata inesse. In exemplum ad vocat pervulgatum illud, *quicquid est necessario est, & impossibile est idem simul esse & non esse.* Quæ principia maximæ hominum parti ne innotuisse quidem tradit, ut adeo hac in re nullus expectari ab ignaris consensus possit. Ignorari autem haec principia a parvulis & insipientibus. Quoniam vero innatum & menti impressum esse, neque tamen in animo percipi, sibi repugnant; cum idem sit, inscium esse alicujus rei animo impressæ, ac eam rem pro nihil habere, contra imprimere menti idem sit, quod efficere, ut signatae in animo veritates percipientur: manifestum esse contendit, nullas in animo consignatas esse notiones, quæ congenite dici

dic possint. Ad exceptionem autem, quod assensus præbeatur notionibus innatis, quam primum ad rationis usum perventum sit, respondet, inde sequi, omnes veritates, quas ope rationis in adulta aetate percipimus, innatas quoque dicendas esse; quoniam nisi etiam assensum præbemus, cum ad usum & exercitium rationis perventum est: quæ tamen veritates hactenus plane ignorabantur, nec ab ullo menti inexisterent aut connasci dieuntur. Negat deinde, connatum illud dici posse, ad quod usus rationis est necessarius, cum ratio nihil sit aliud, quam facultas veritates incognitas e principiis sive propositionibus cognitis inferendis. Quicquid ergo cognitum deminuit sit per usum rationis, illud innatum dici nequit; quia principios clarior, ex quo deducitur, indiget. Puerulum autem non alia via cognoscere illud axioma, impossibile est idem simul esse & non esse, quam ea, qua novit virgata non esse cerasum, aut ignem differre a pomo. Ad objectionem ex universali consensu circa principia innata defundam, porro respondet, inde secuturum, quod alia quoque principia, veluti dulcedinem non esse amaritudinem, albura non esse nigrum, quadratum non esse circulum, & mille ejusmodi alia, nobiscum nata dicenda sint. Omnes enim in has veritates consentire, quæ tamen ab experientia potius, quam a natura nostro principio huiusq[ue]ntur, & a nomine principiorum nobiscum natum titulo honorentur. In acquirenda autem veritate, mentem generatione ita versari, ut prima recipiat ideas particulares, has deferat ad memoriam, & vocibus exprimat, indeque ad universalem aliquam idearum perceptionem progrediatur. Ex quo constare putat, non innatas, sed adventitias omnes esse ideas, nimirum ex rebus externis provenientes. Nulla etiam principia practica nobis naturaliter insita esse, inde probat, quod nullum afferri possit axioma morale, universo gentium consensu approbatum. Latrones enim, scarios, imo & alias gentes, leges inter se servare, non quasi sint ipsis innatae, sed quia sibi istas utiles esse colligant. Si dixeris, plurimes videre meliora & probare, sed deteriora sequi, respondet, ex actionibus hominum optime cognosci posse, quid videant aut probent homines. Nec convenire denominationem principiorum praticorum regulis, quæ sola contemplatione terminatur, quoniam practica sunt, quæ ipsa praxi excentur. Con-

cedit

Cap. 3.

cedit quidem, cuivis innasci cupiditatem beatitudinis, & misericordiam aversionem, verum has putat propensiones tantum appellandas esse, non autem signatas in intellectu veritatis impressiones. Secundum contra principia practica nobiscum nata argumentum petit ex eo, quod regulæ morales probandæ sint per liquidas rationes; principium autem naturæ insitum probatione haud egeat. Jam vero commune illud axioma, *alteri feceris, quod tibi fieri ipse velis*, probari solet, vel ex disciplina Christi, qui illud nobis commendavit, vel ex Hobbi placitis, quoniam socialitas devincienda est. Quod autem virtus commendetur universis, id non inde esse, quod illa ingenita nobis, sed quod utilis sit. Ad conscientiam autem, tanquam ad regulam moralē provocare, esse principia innata invertere aut tollere; quia integræ nationes interdum nulla flagitorum conscientia ducantur. In cuius rei confirmationem, inter alia ex *Thevenotio* gentes adducit, quæ sine ullo conscientiaz scrupulo, liberis carnium loco vescantur; quod apud Charibæos quoque obtinuisse, *Vossius* de origine Nili auctor est. *Toncipi-nambi* autem paradiſo se dignos censuerunt, quia mos ipsis erat, injurias graviter ulcisci, & carnibus hostium corpora sua replere. Rejicit insimul quinque illa ab *Herberto* credita principia innata, *Deum esse, Deum esse colendum, virtutem & pietatem sectandum, resipiscendum a peccatis, expellendumque premium*, quoniam incerta & obscura plurimis, & jure quidem videantur. Atque dum ipsi opponitur, innata principia corrumpi posse aut animis evelli, reponit, quod ea ratione principia non possint universalem consensum obtinere, si in aliquorum animis obscurentur aut evellantur. Nec liquido ostendi posse, quod principia innata apud aliquos obscurentur aut animis ejiciantur, nisi supponas antea hoc axioma: Quicquid nos statuimus, illud animis innatum & verum est, quiequid autem placitis nostris adversatur, pravum & corruptum est. Citra hoc, si de notitia quadam intuata contendatur inter dissidentes, atque provocetur ad principia mentibus congenita, idem foret, ac si quis diceret: universi sententiam hanc suis assensionibus comprobant, multi vero, atque inter hos etiam adversarius, ab ea dissident. Id quod contradictionem continet, quemadmodum prius ad infallibilitatem sibi conciliapadam via est

com-

compendiaria. Ingenerati autem vulgo principia hominibus dicit, auctoritate præceptorum & qui præsunt junioribus, qui incautos animos sententias & opinionibus imbuunt, quas credi ab ipsis volunt. Adolescentes autem ad maturitatem judicii proiectos, undique circumcogitantes nihil in mente sua deprehendere, quam acceptas a præceptoribus sententias, quibus nomen principiorum innatorum imponant, ac sæpius divinitatis characteres erroribus & ineptiis impriment, tauris & cercopitheceis sacra faciant, atque pro opinionibus ejusmodi tanquam pro aris & focis pugnant. Principia autem ingenita eo minus nobis inesse posse confirmat, quoniam ideas, ex quibus propositiones & principia conflantur, nullæ animis inexistunt. Attendentes ad infantem recens natum, nullam in eo observabimus ideam, nisi forte famis, sitis, caloris, dolorumque quorundam, quos in utero senserat, donec temporis successu plures sibi acquirat. Hinc per rationes deducit, nec principium illud, *impossibile est idem simul esse aut non esse*, nec identitatem, nec ideam totius & partium, nec ideam cultus divini, nec ideam substantię, nec alias in memoria ideas nobis connasci. Prolixe autem ideam Dei nobis congenitam oppugnat, absurdum esse putans, connatum agnoscere principium practicum, Deum esse colendum, nescire autem, quid sit cultus iste, quem Deo præstare officio religionis teneamus. Hunc autem cultum gentes ignorare, quæ diversas, sibi contrarias, & interdum stultas de Deo habeant ideas; quod variis ex historia exemplis confirmat. Ex eo vero, quod vulgo traditur, quod omnes gentes habeant aliquam Numinis notitiam, minime sequi ait, ideam Dei animis esse insitam: nam & omnes propemodum Solis, ignis & caloris habere ideam, quam nemmo congenitam nobis dixerit. Cum enim late patentia & visibilia Numinis extent in orbe vestigia, facile in hujus cognitionem deviare homines vel mediocri studio potuisse. Si objeceris, divinæ bonitati consentaneum esse, ut mentibus characteres divinitatis ac virtutes imprimerentur, respondet plus concludere argumentum, quam debebat: sequi enim inde, multo convenientissimum bonitati divina fore, ut non modo notitiae innatae, verum etiam expressa characteribus idea Dei, omniaque quæ de Deo sciri aut credi debent, in animo existarent, quam ut totas gentes in ignorantia re-

relinqueret, quod tamen Apostolus affirmet Act. XVII. Frustra autem queri a nobis, quid divinæ bonitati conveniat, cum aperte constet, eam secus fecisse. Neminem tamen de bonitate esse possit conqueri posse, quoniam singulis concessæ sint vires ingenii naturales, quarum ope facile ad notitiam Dei deferri possunt; quam tanto certiorem cuique promittit, quo majori studio meditationibus propriis quisque incumbere voluerit. Principiorum vero innotatorum nomen inde suam traxisse originem docet, quod homines inventis semel principiis generalioribus, de quibus vix dubitatio superesse poterat, ea velut secum nata venerati fuerint; id quod auctoritate eorum confirmatum fuit, qui postquam doctores juniorum constituti fuerant, ægre tulerunt, ut de ipsorum traditis dubitaretur. Se ergo, deucto hoc de notitiis innatis errore, libris sequentibus ostensurum ait veram & solidam rationem, qua ad cognitionem acquisitam, certam tamen, eatur. Atque hæc de prima Libro suffecerint. De reliquis alibi dicetur.

HERM. ALEXANDRI ROELL DISSESSATIONES

Philosophica, de Theologia Naturali due, de Ideis innatis una, Clar. Gerardi De-Vries Diatribe opposita.

Franequeræ apud Johan. Gyzelaar, 1700, 8.
Constant 2 Alphab. 20. plag.

Cum Autor Clarissimus publice Theologiam ac Philosophiam, juxta principia Cartesii, in Academia Franequerana docere coepisset, adstruere, ut præfatur, laboravit divinam Rationis originem, infallibilitatem, autoritatem, & in cognoscenda ac dignoscenda Scripturæ S. divinitate ac sensu necessarium usum, eo fine, ut omnes perspicerent, quam bene convenientia Ratio & Scriptura, Theologia ac Philosophia, quam utriusque studium sit homine Christiano dignum; cum alterius sic altera poscat opem, ut nec sua revelationi sine ratione autoritas, neque sua rationi sine revelatione constare integritas possit. Et cum ratio ipsi sit idearum innatarum, & cum iis inseparabiliter conjunctorum axiomatum communium, complexio ac comprehensio, eaque sint omnis regæ ratiocinationis,

sci-

scientiæ ac sapientiæ naturalis principia, conclusit, aut ideas innatas pro ipsius Dei in mente hominis scriptura ac pictura, axiomata vero communia pro totidem Dei oraculis habenda esse; aut incertam dubiamque esse omnem ratiocinationem, scientiam, ac sapientiam humanam, & in discrimen adduci ipsam Divinitatis Scripturæ fidem.

Quam sententiam, tum in illa de religione rationali, tum in aliis de rationis in cognoscenda & demonstranda Scripturæ autoritate usu, dissertationibus prolixè propositam, multos invasisse conqueritur, qui eam rationalistarum, ut vocant, doctrinam omnium errorum, hæresium, vitiorumque fontem, & humani generis pestem, communibus bonorum suffragiis ad orcum damnandam censuerunt. Inter principes adversariorum suorum numerat clar. Gerhardum De-Vries. Contra hunc ergo Theologiæ Naturalis, sive doctrinæ de Deo & Religione, quæ ex principiis rationis deducitur, dignitatem, utilitatem ac necessitatem, singulari dissertatione assertere voluit. Cum vero dignitatem ejus atque autoritatem, non alia ratione melius ac facilius asseri putaret, quam si eam divinæ originis esse demonstraret, ideas, ex quibus ipsa tanquam ex principiis deducatur, innatas & ab ipso Deo menti hominis inscriptas atque insitas esse, demonstrare fategit. Hoc agens, ad examen vocavit Gerhardi De Vries, ideas innatas prorsus proscribentis, sententiam in spilla diatribe propositam. Isti ergo diatribæ suam, de ideis innatis dissertationem opposuit. In reliqua præfationis prolixiori parte, Antagonistæ præfamen ad libere philosophantem examinat, defendens Philosophiam Cartesianam, ut rationi Scripturæque sacrae maxime convenientem, a Spinozismo alienam, immo ei aduersam. Negat quoque, Cartesium & Cartesianos servitati adeo mancipatos esse, ut contradictionis impatientes, sui admiratione, aliorum despectu, se maxime defendere ament. Huetium, qui, quod in Cartesii dogmata censuram scripsisset, indignis modis a Cartesianis fuerit habitus, ipsummet modestiam, quam præstulerit, non observasse, sed acerbis & injuriosis dieteris, sarcasmis, cavillationibus Cartesium æque ac Cartesianos incessisse. Poireti, quem itidem in exemplum adduxit De - Vries, severem & intemperantiam in estimando Cartesio non abnuit

Roellius, optat vero ipsum ex perverso affectu in scripta Antoniae Bourignoniae deinde non fuisse abruptum. Interim cum adversario suo gratias agit Poireto, ob convulsa egregie Spinosisticae impietatis fundamenta. Tandem conviciari De-Vriesum conqueritur, nullum unquam Cartesianum doctorem, ante Roellium, tam nulla verecundia miscuisse sacra profanis, divina naturalibus, fidem ratione, gratiam natura, Theologiam Philosophia.

Sequuntur nunc Dissertationes tres, duæ de Theologia Naturali, tertia de Innatis Ideis, quarum hæc summa est. Prima Theologiae Naturalis, hoc est, doctrinæ de Religione, quam homo ex principiis naturalibus, & naturæ viribus addiscere potest, dignitatem, utilitatem & necessitatem adstruit. Dignitatem illi tribuens, & præstantiam ejus præ aliis disciplinis, & autoritatem, sive vim obligandi hominem ad fidem dogmatum & obsequium præceptorum, quæ tradit ac præscribit, intelligit. Præstantiam evincit ex natura objectorum, circa quæ versatur, tum primarii, Dei, tum secundariorum, Hominis & Religionis. Autoritatem derivat ab auctore Deo, per insitam menti humanæ sui ideam. Ideas dicit cogitationum modos & formas, quæ sint rerum in mente imagines, eodem modo, quo imago exemplar suum atque archetypum repræsentantes, & ad contemplandum exhibentes. Dei igitur idea esse innatam, probare nititur, quod nulla alia ejus causa esse possit; non sensus, & in specie visus; neque auditus; non institutio; neque mens per variarum perfectionum compositionem, earumque in majus auctionem. Jam aliorum, inter quos est De-Vries, fententiam examinat, statuentium mentem, ut aliarum idearum, ita ideae Dei causam esse. Contra vero ideas simplices rerum, vel aliarum, vel Dei, a mente non posse formari, probat tum a natura ideae, tum a natura mentis, quæ ex se nec ideae materiam habere possit, nec formam, nec ullo modo per discursum formare ideam Dei. Porro sine idea innata, nullam Theologiam naturalem, aut divinitatis sensum insitum, quem agnoscat tamen adversarius, certe nullam ejus certitudinem fore, comprobare nititur. Objicient, diversitatem idearum Dei in hominibus non fore, si innatae essent, respondet, diversitatem a defectu attentionis in plerisque provenire. Concludit ergo, Deum esse idearum innatarum auctorem,

torem, indeque axiomatum & conclusionum ex iis deductarum veritatem & certitudinem, Theologiæ naturalis veritatem & autoritatem pendere; atque ideo quæ ratio docet dictatque, Deum docere & dictare: id quod quoque Scriptura S. comprobet, & Theologi communī consensu statuant. Ergo nihil, quod est verum Philosophice, sive per rationem, falsum esse Theologice, sive per revelationem; & æque certum esse, quod clare & distincte cognoscitur per rationem, ac quod per revelationem; adeoque absurdè quæri, si ratio aliud quid doceat, quam revelatio, cui potius credendum? Revelari tamen aliquid posse supra rationem, & quod a Deo ita revelatur, credi debere.

Adstructa ita dignitate Theologiæ naturalis, cum ex præstantia tum ex autoritate, ad utilitatem progrederit, in eo sitam, quod hominem ad cognitionem Dei & sui ipsius ducendo, perfectiōnem & utilitatem ejus promoveat; quod reliquam Philosophiam, Metaphysicam, Ethicam & Politicam suffulcat; quod faciat in Jurisprudentia ad demonstrandam legum æquitatem, in Theologia supernaturali, tam ad principii ejus divinitatem probandam, quam ad dogmatum ac præceptorum autoritatem & æquitatem, eum naturæ dogmatis ac præceptis confessionem, partium omnium inter se nexus ac harmoniam cognoscendam ac demonstrandam; quod hominem convincat de statu suo misero. Denique, necessitatem Theologiæ naturalis evincit, quia Theologia revelata ejus opere carere non possit, in probanda Scripturæ S. divinitate, & speciatim in cognoscenda dogmatum *Geor̄psπεια*, eorumque vero sensu, item præceptorum sanctitate, & Prophetarum ac miraculorum divinitate, in disputatione contra Infideles, Atheos ac Libertinos, hoc in primis feraciorum sæculo.

Dissertatio II Theologiæ naturalis & principiorum ejus brevem delineationem exhibit, in genere doctrinam dispescens in partem Theoreticam & Practicam. Pars Theoretica agit de nomine Theologiæ, religione, Theologia naturali, principiis Theologiæ & religionis naturalis, de Deo & homine: & de homine quidem primum, ejusque tum mente, & iis, quæ ad eam pertinent, tum corpore, & iis quæ ad id spectant, tum utriusque conjunctione, & post de mentis a corpore separata statu: denique de Deo, ejusque

existentia, essentia, attributis. Pars Practica tractat de Dei cultu & religione, ejusque origine & fundamentis, de erroribus & vitiis oppositis, de exitu pietatis & impietatis, de insufficientia Theologiae naturalis ad salutem, de ejus usu circa revelationem. Juxta quem ordinem singula explicare incepit, sed non absolvit.

Dissertatio III vindicias primæ continens de Ideis innatis, cum valde prolixa sit, in sectiones divisa est. *Sectione I* narrat, occasionem disputationum deditæ antagonistæ sui De-Vries opprobria, in thesin de Scripturæ divinitate ex sola ratione adstruenda, evulgata; ideo eam breviter vindicat, & in Cartesianam Philosophiam, cuius secta perhibetur Spinozismus, dicta refellit, ostendens inter cætera, differentiam Cartesianæ & Spinozisticæ sententiaz. *Sectione II* paratur aditus ad conflictum, & per ideas innatas, interque eas Dei, de quibus disceptatio, intelligi dicuntur, non quas adversarius putet, actuales cogitationes, veluti picturas rerum, menti inde ab utero inhærentes, sed quæ ita proveniunt a sola naturali, quæ in nobis est, cogitandi facultate, ut nec ab objectis externis, nec a voluntatis nostræ determinatione pendeant. Atque hanc vocis *ideaæ* acceptionem ex communi usu probat. Eas autem formandæ vim mentem non habere contendit, quoniam eam ignorare non posset. Negat adversario, hanc sententiam esse enthuſiasticam; negat, Platonis reminiscientiam ea reduci. Dilemma: aut actu inesse ideas, aut potentia; non actu, quod ipse neget; non potentia, quia hæc sit communis contraria Cartesianis sententia: resolvit posterius assumendo, inesse potentia, non eo sensu, quod mens eas formet, sed hoc, quod mens vi naturæ suæ, ac ex se ipsa quasi, data quavis occasione, & quoties earum usus est, possit eas elicere, vel potius attendendo in se invenire, & a natura se determinatam sentiat, ad has potius quam alias ideas concipiendas, & in tantum patiatur magis, quam agat. Hinc infelt, Antagonistam operam perdere, quando probare nitatur, eas actu menti non inesse cum consoientia, & propria vineta cädere, nec idearum multititudinem obstat, quo minus innatae sint. *Sectione III* præmissa disceptatione, quomodo intellectus sit facultas & activa & passiva, non vere activa, ostendit adversarium male statuere, intellectum esse causam formatricem idearum: quippe si menti tribuatur vis producendi materiam idearum, quantum

tenus sunt modi cogitandi, sive cogitationes, vim creandi illi tribui.
 - Licet vero intellectus non efficiat ipse ideas, non tamen sequi fanaticum creaturarum omnium, etiam rationalium, quietissimum, & Deum per hominis mentem, tanquam instrumentum passivum, dici debere irasci, desiderare, tristari, metuere, sperare &c. Etenim, intellectum quidem esse facultatem passivam, voluntatem vero facultatem activam. *Sectione IV* ab idearum materia ad earum formam, quæ repræsentatione rerum æstimatur, progressus afferit, se non quaslibet quarumcunque rerum ideas, speciales quoque, sed tantum primigenias quasdam simplices & generales, animæ nostræ ab origine ingenitas esse docere, quæ occasione singularium excitentur; mentem autem nonnisi ex simplicibus & generalibus ideis compositas ac secundarias efformare posse. Et in hanc sententiam non quadrare difficultatem, quæ in contrariam antagonista quia per eam menti non tribuatur vis ex nihilo aliquid producendi. *Sectione V* inquietenti adversario, unde & quomodo idearum formæ rebus adeo similes humanae menti adveniant? respondet, ab unione animæ & corporis, quam tales Deus fecerit, ut ad certos motus corporis, certæ orientur in mente perceptiones, vicissima ad mentis certas cogitationes, certi in corpore motus: hocque non male a Cartesio illustrari exemplo literarum & vocum, variis cogitationes producentium. Nec ad Deum configere, in investigatione originis idearum, esse causæ desperatae, quod urgeat antagonista, sed veritatis & pietatis argumentum. *Sectione VI* examinans, unde mens hauriat, & quomodo, quaque facilitate effingat rerum materialium ideas, existimat, eas non nancisci formam a speciebus sensibiliibus ad sensorium delatis, neque difficultatem, quæ est in concipiendo modo, quo ideæ innatae sunt & excitantur, tam ex non perspecta corporis natura, & unione mentis cum corpore, quam ex non plene cognito divinae operationis modo oriri. Ab ideis rerum sensibilium *Sectione VII* ad ideas rerum intelligibilium procedit disputatio, in qua De-Vries. vult has a mente formari, Noster innatas esse contendit, & sensibilium specierum occasione tantum excitari: Spiritum etiam, dum fui intimam & innatam habet conscientiam, eo ipso quoque sui & rerum spiritualium ideam habere innatam, quæ non recte a sola facultate judicandi & discurrendi ab Antagonista derivetur. *Sectione*

Etione VIII de origine & causa idearum Dei disputant, quam Nostrum innatam esse tuetur, *Adversarius* mentis studio acquisitam; ideoque *Sectione IX* non formandæ, sed excitandæ innatae nobis idearum Dei subservire discursum, Autor ille asseverat, *Apostolum* sibi consentientem Rom. I, 19. 20. allegans. *Sectione X* insitam Dei notitiam, & cogitationum de Deo aliis rebus certitudinem, ab innatis ideis pendere; immo primitatem quoque naturalem adsentendi veritatibus per se notis, sine ideis innatis concipi & explicari non posse, *Sectione XI* monstrat. Multum vero notitiae Dei innatae detrahere negatam Dei ideam, *Sectione XII* contendit. Contra illas innatas ideas, eam speciatim, quæ mentis est, a multiplici earundem discrepantia frustra peti argumentum, & ideas innatas in omnibus eadem esse, fusi ostendit *Sectione XIII*, & quia innatae communes omnibus, ad eas in questionibus dubiis tuto recurri posse & debere, *Sectione XIV* eaque ultima concludit.

NOVA LITTERARIA.

IN vicina Aedemia Vitembergeniæ; nostræ Sorore, omnia ap-
paratu ad Jubilæum rite solenniterque celebrandum perstrepunt.
Cum enim decimus quintus Calendarum Novembri dies, quo Serenissimus Saxoniz Elector & Imperii R. G. Locum Tenens Generalis,
FRIDERICUS SAPIENS, Academiam illam hodieque Dei gratia
florentissimam A. 1502 condidit, in orbem proxime sit redditurus,
æquissimum utique est, ut tertio illo ejus Natali inaugurationis
memoria devote decenterque recolatur. Cui solennitati eo majus ac-
cedet decus, quod Illustris Academia Rectore hoc tempore Magni-
ficentissimo, Dno. **FRIDERICO AUGUSTO** juniori, Regio sum-
mae spei Principe ac Electoratus Saxonici Hærede, gaudeat. Cujus
etiam Serenissimo sub nomine cum Programma publicum eam in
rem jam compositum præloque commissum feratur, integrum illud
his Eruditorum Actis, mense proximo Septembri, ut posteritati eo
rectius conservetur, insertum iri, fidem Lectori benevolo facimus,
ut fauste omnia ac fortunate peragantur, ex animo voyentes.



ACTA
ERUDITORUM,
publicata Lipsia
Calendis Septembris, Anno MDCCII.

*MEDAILLES SUR LES PRINCIPAUX EVENEMENTS
du Règne de LOUIS LE GRAND.*

i. e.

NUMISMATA RES PRÆCIPUAS, QUÆ LUDOVICI MAGNI auspiciis gestæ sunt, representantia, una cum explicationibus historicis, curante REGIA NUMISMATUM ET INSCRIPTIONUM ACADEMIA.

Parisiis, e Typographia Regia, 1702, in 4. maj.
Constant foliis 293. Numi exhibentur 286.

EX quo nummorum studium majori in pretio esse coepit, nullis vel sumtibus vel laboribus pepererunt Galli, ut Historiam suam nummis redderent illustriorem. Quanquam vero hoc negotii datum esse soli illustri Academie Numismatum & Inscriptionum videretur, ut regnantis hodie LUDOVICI XIV Historiam numis exornatam ederet, hujus tamen propositum quedammodo antevertit Claudio Franciscus Menestrerius, cum Historiam Regis Ludovici Magni numismatibus aliquo publicis monumentis illustratam Parisiis A. 1689 in publicum emitteret, mox deinde in Belgio recusam. Interim & Academia institutum strenue prosecuta, candem Historiam, sed ad finem usque seculi decimi septimi, evenctumque ad sceptrum Hispanica, quo jure quave injuria, filium Regis Philippum deductam, & numismatibus exornatam nuper augusto volumine edidit. Haud vero cum dignum Rege munus existimat et Rex Galliz, exempla omnia ad se recepit, eaque inter Viros Principes aliosque, quibus bene vellet,

Aaa munifi-

manifice distribuit. Ut itaque ex tanto opere ad ceteros quoque fructus aliquis perveniret, novam hanc editionem, minore quidem forma, nec ineleganter tamen, optimo consilio Clarissimi Academie Socii procurarunt; in qua & nummi eadem plane magnitudine representantur, qua cuius sunt, & subjecta est singulis numinis explicatio brevis & concisa, unde tum de occasione eudendi numismatis, tum de genuino ejus sensu Lectoribus constet. Erit autem opera pretium, nummos quosdam ex toto opere collectos,

T A B. VI.
Fig. I. p. 4.

quos apud Menestrerium frustra quæsiveris, speciminis loco curiosis nostrorum etiam Lectorum oculis exhibere. In Figura I principium regni Ludoviciani singulari modo representatur. Francia nimirum & Providentia Regem, more veterum Francorum, in clypeum sublatum, circumferunt, cum inscriptione: FRANCORUM SPES MAGNA; infra autem legitur: INEUNTE REGNO.

Fig. 2.
p. 43

M.DC.XLIII. Figura II magnificentum Christinæ Suecorum quondam Reginæ, in urbem Parisiorum ingressum depingit. Tanto enim splendore excepta est, ut ad solennitatem augendam, viginti milia civium in armis esse juberentur, & prater Ducem Guisum aliquosque Magnates, quatuor Consules umbellam portantes obviam ei procederent. Itaque equo infidet Regina, & proxime post illam adequat Guisius, praecedunt cum umbella Consules, sub qua invehi scilicet modeste illa recusaverat. Addita sunt verba: REGINA SUECORUM IN URBEM REGIE EXCEPTA.

Fig. 3.
p. 73.

M. DC.LVI. Neque vero prætereundus nummus in Fig. III expressus. Nam cum hæc ipsa illustris Inscriptionum & Numismatum Academia, cuius auspiciis hic liber prædiit, A. 1663 instituatur, electis ex Academia Gallica viris nonnullis antiquitatum scientissimis, qui inscriptionibus, emblematis & nummis ad veterum majestatem concinnandis operam darent, numus hic cuius est in rei memoriam, in quo Mercurius stylo veteri more inscribit aliquid tabula æneæ; jacet ad latus urna numinis repleta, & ad pedes charta spissior, in qua colligari numismata ordine solent. Circumposita inscriptio est: RERUM GESTARUM FIDES; infra autem ista leguntur: ACADEMIA REGIA INSCRIPTIONUM ET NUMISMATUM INSTITUTA M.D.C.LXIII. Magnus quoque hic pre-

o. Sqq.

4.



5.



9.



10.



14.



15.



MENSIS SEPTEMBRIS A. M DCCHI. 371

prehenditur nummorum numerus, qui memoriam conservare captarum urbium debent. Hos inter eminet sua pulchritudine, quem in Figura IV sistimus. Hic enim Carolus Lotharingia Dux sub forma Protei spectatur, qui mutare faciem habitumque non nisi vi coactus desierit, circumscriptis verbis: PROTEI ARTES DELUSAE; quæ quo spectent, facile appetet, si inferius scripta, MAR-SALIUM CAPTUM. M. DC. LXIII perpendantur. Nimirum, ut paucis rem repetamus, sponte & ultro primum Lotharingus pactum iniverat cum Rege Galliæ, quo provincia se decessurum, & ne posset Rex de sua fide dubitare, Marsaliū ei traditum promiserat. At post signatum foedus, sententiam mutare visus est, Marsalio quippe monumentis & milite aucto. Quare Rex Metim se contulit, Marsaliū recta ducturus exercitum, quam ille procellam ut avertiret, ad Regem propere accesit, & Marsaliensibus, ut Regi se dererent, iustis, novas feederis conditiones iniit. Neque tamen inter belli apparatus nullam bonarum artium curam habuit Rex Galliæ, verum studia potius multorum largis præniis provocavit, ut merito *Protei artibus delufis jungamus bonas artes remuneratas.* Indicat hæc Fig. V, in qua stat in medio Liberalitas, quatuor infantibus circumdata, qui totidem artes referunt. Eloquentia lyram tenet, Poesis laurea cincta bucinam, Astronomia mensurando globo celesti dat operam, & Historia libris insidens literas exarat. Addita est inscriptio: BONAE ARTES REMUNERATAE, & infra Annus M. DC. LXVI. Proximus ab hoc nummus ad Academiam Scientiarum & Artium spectat, quæ Geometras, Astronomos, Physicos, Mechanicos, Chymicos excellentiores complectitur. Hi cum prinum in Bibliotheca Regia congregarentur, successu temporis magnificentum racti sunt in ipso palatio Regio receptaculum, ubi bis singulis hebdomadibus suas symbolas magno eruditorum fructu conferunt. Sedet in Fig. VI Minerva, inter sphæram, sceletum, & clibanum distillatorium, quæ Astronomiam, Anatomiā & Chymiam notant, additis verbis: NATURÆ INVESTIGANDÆ ET PERFICIENDIS ARTIBUS; infra legitur: REGIA SCIENTIARUM ACADEMIA INSTITUTA. M. DC. LXVI. Huic merito jungimus alium sub Fig. VII, qui in memoriam institutæ a Rege Academie Pictorum & Sculptorum cusus est. Hanc eo fine excitavit, ut qui præ ceteris excellerent, juvenes harum arti-

Fig. 4.
p. 75.

Fig. 5.
p. 87.

Fig. 6.
p. 88.

Fig. 7.
p. 102

um cupidos erudirent; & ne quicquam ad excolendas ornandasque eas decesset, eodem tempore Romæ quoque Academiam instituit, in qua illi, qui in Parisiensi præ aliis eminuerant, Regia munificentia ad maiorem perfectionem emergunt, ipsis quoque sumtibus itineris a Regi liberaliter suppeditatis. Representantur in nummo varia antiquitatum monumenta, quibus imitandis Genii incumbunt, superimposita inscriptione: SCHOLAE, AUGUSTAE, & scriptis infra verbis: ACADEMIA REGIA PICTURÆ ET SCULPTURÆ LUTETIAE ET ROMÆ INSTITUTA. M. DC. LXVII. Succedit ex hoc opere nummus elegantem Observatorii, quod vocant, Regi faciem referens, quem Melchiorius quoque, sed paulo minus accurate delineavit, eoque dignum existimavimus, quem curiosis oculis subjiceremus. Exstructum est in loco quodam editiori suburbii Parisiensis eo artificio, ut nihil desideretur, quod ad observandos accurate syderum cursus pertinet. En itaque in Fig. VIII faciem eius ad meridiem spectantem, una cum verbis: TURRIS SYDERUM SPECULATORIA. M. DC. LXVII. Tum & ad laudem Regis spectat maxime, quod ia urbem Parisensem, quā sunt qui a luto Lutetiam vocari credunt, elegantiam & puritatem quādam invixerit, & suspensis per noctem lucernis securitati publicæ quam optime consulerit. Hinc in figura IX spectatur urbs Parisensis, stans in pavimento, ac dextra crumenam securitatis indicande causa, lœva lucernam tenens, quæ dum splendet maxime, lumen multitudinem, quæ singulis noctibus per urbem accenduntur, designat; adduntur verba: URBIS SECURITAS ET NITOR.

Fig. 9.
P. 103.

Fig. 10.
P. 113.

Fig. 11.
P. 119.

M. DC. LXVIII. Subjicimus nummum, qui methoriam recepti Joannis Casimi, Poloniae Regis, conservat. Sistitur in figura X ara Jovis Hospitalis, arietum capita more veteri & aquilatn fulmen tenebentem referens; complicata dextræ, amicitiae & concordiae symbolum sunt; accedit superimposita Regia Francie corona, cum epigraphe: HOSPITIUM REGIBUS; addita infra explicatione: CASIMIRUS POLONIAE REX ABDICATO REGNO IN GALLIA EXCEPTUS. M. DC. LXIX. Sed a Jove Hospitali ad Apollinem Palatinum progredimur, quem in figura XI cernimus. Numismum ex quo Gallicæ Academæ, post protectores Richelium & Sugerium mortuos, tutelam Rex ipse susceperebat, eam in palatium Re-

MENSIS SEPTEMBRIS A. M DCCII. 373

Regium recepit & egregie auxit. Proinde Apollo depingitur, quem Palatinum vocant, quod ei templum in Palatio Augusti statum esset; is lyram tenet tripose suffultam: stat pone Regia Gallica, & adduntur superius verba: APOLLO PALATINUS; infra vero: ACADEMIA GALLICA INTRA REGIAM EXCEPTA. M. DC. LXXII. Cum tanta esset A. 1672 armorum Gallicorum in Belgio felicitas, ut certatum urbes deditioinem facerent, sat suppli- cii Rex videbatur ab ea natione sumptusse, quæ inter ipsos Reges arbitrium sibi sumptusset. Hoc ut in numismate exprimeretur, tro- pæum depingitur in figura XII, ex septem sagittis, exuvii leonis & corona murali compositum; formina in genua provoluta & im- mensum lugens Bataviam repræsentat, ut facile ex ceteris quoque signis conjici potest. Additur epigraphe: ULTOR REGUM; & subjiciuntur verba: BATAVIA DEBELLATA. M. DC. LXXII. Plures quidem in eam expeditionem nummi cusi sunt, ut cum Rhe- num Galli trajecissent spectantibus Belgis, Rex in nummo stat ad pedes Rheni fluvii, & a Victoria coronatur; supra: TRANATUS RHENI, infra: HOSTE RIPAM ADVERSAM OBTINENTE. M. DC. LXXII, legitur. Cum eodem tempore, quo Rhenum pars ex- ercitus Gallici transiverat, altera pars Belgas ad Isalam munimenta deferentes persequeretur, uterque fluvius lamentabili forma re- præsentatur, additis verbis: PERRUPTIS BATAVIAE CLAU- STRIS. Cum celeri victoriarum cursu quadraginta urbes fuissent captae, Rex depingitur in curru stans & celeres equos hasta insti- gans, praenente Victoria, circumposita inscriptione: BATAVIA VICTORIIS PERAGRATA, & additur in inferiori parte num- mi: XL URBES DIEBLIS XXII CAPTAE. M. DC. LXXII. Sed nos aliosque nummos malumus harum rerum affirmatores in ipso opere contemplari. Dignior nobis, quem ob oculos Lectoribus ponamus, visus est nummus in figura XIII delineatus. Proposi- tum ab his fuerat, qui Regis redditibus augendis studebant, do- mus antiquis urbis Parisiensis munimentis, quæ fossas flavas (*les fosses jaunes*) vocant, impositas ad Regem pertinere. Quonob- rem passim non pauci trepidabant in universa Gallia, qui, si res ea Parisis succederet, non magis tutas ejus generis possessiones in aliis quoque urbibus futuras prævidebant. Et diu disputatum in-

A a a 3

Digitized by Google

Fig. 12.

p. 125.

p. 123.

p. 124.

p. 126.

Fig. 13.

p. 192.

ter judices fuerat, hinc legibus antiquis, illinc longe possessione in causa patrocinium adductis. Tandem re exakte per decem horas deliberata, cum suffragia essent numero paria, Rex contra suamet commoda, pro subditis suis pronunciavit. Proinde Justitia in nummo magno altera veterum munitamentorum Parisiensem delineationem tenet, altera lancem offert Regi, qui eam sua manu inclinat, apposito lemmate: AEQUITAS OPTIMI PRINCIPIS; & additis infra verbis: FISCLUS CAUSA CADENS. M. DC. LXXXII.

Fig. 14

p. 268

Elegantissimus porro nummus est, quem in Figura XIV exhibemus. Postquam enim Carthago Americana facili successu expugnata, & adiecta inde in Galliam ingentes opes essent, cūsus est hic nummus, in quo turrita sedet Carthago juxta arborem Americanam, circumfusis thesauris, & addita epigraphe: HISPANORUM THESAURI DIREPTI; accedit infra: CARTHAGO AMERICANA VI CAPTA. M. DC. XCIVII. Tum notabilis est quoque nummus, in memoriam feudi, nomine Ducatus Barensem, Duci Lotharingico collati. Quemadmodum enim Carolus olim A. 1661 fidelitatem Regi, hujus Dueatus nomine, juratus promiserat: ita idem quoque iuramentum Regi hodiernus Dux, post restitutum sibi cum Lotharingia Ducatum Barensem, A. 1699 præstítit, quod quo modo factum sit, facile ex figura XV intelligitur. Sedet hic in sella honoratori Rex, & operto quidem capite; coram eo in genua procumbit Dux Lotharingicus, gladio nequitquam instructus, & audus caput, idemque junctas manus manibus Regiis inserit, cum inscriptione: HOMAGNUM LIGIUM LEOPOLDI LOTHARINGIAE DUCIS OB DUCATUM BARENSEM. M. DC. XCIX.

Fig. 15

p. 279

CAMPI ELYSII LIBER SECUNDUS, OPERA OLAVI RUDBECKII, Patris & Fili.

Upsalæ, 1701, charta augusta, pagg. 239.

CElebrius est Rudbeckianum nomen, quam ut a nobis hec condigne laudari possit. Quinquaginta circiter anni sunt, ex quo novis observationibus suis Anatomicis, & inventione vasorum serorum hepatis, orbi inclarescere coepit Dn. Olavus Rudbeckius pater. Quantum ingeniosissimis Atlantice sive Tomis III I pa-

patriæ historiam & canas antiquitatis illustraverit , neminem latet. **A.** 1658 prima vice edidit catalogum plantarum horti Upsaliensis , qui auctior prodit A. 1685 per Henr. Curio, in 8. Quem vero nunc recensemus librum , non unius horti , non urbis , non regionis unus , sed orbis universi plantarum catalogum & delineationem exhibere oeccepit. Sed o ! nimiam rerum humanarum inconstantiam , o ! infelicia litterarum & litteratorum fatig ! Vix lucem videbat , cum ferali isto incendio , quo die 16 styl. vet. Maji hujus anni florentissima urbs Upsala , cum templis , arcibus , & splendidioribus domibus consumpta est , præstantissimi operis hujus Botanici apparatus una in flamas abiit & favillas. Tomis autem XII decem vel undecim millia figurarum complexurum erat , ut testantur Clarissimi Auctores in Praefatione ad Tomum hunc secundum , sub finem anni superioris editum , cuius aliquot exemplaria , a curiosis in patria coempta supersunt , & aeternum Clarissimorum Auctorum diligentiam loquentur ac industriam. Verum par est , ut & rationem reddamus , cur Tomus hic II primi editionem prævenerit. Scilicet , multorum desiderii satisfacturi , qui hanc ferme ob causam herbas conquirunt , ut hortos suos oculis reddant jucundissimos , hanc vasti operis partem primo luci dederunt publicæ , completem iridum , narcissorum , hyacinthorum , tuliparum , liliorum , crocorum , atque alias ex bulborum genere figuras. Unde occasione habebunt curiosi , non modo , quæ ipsis attideant , e terris arcessendi peregrinis , sed & examinandi cavendique , ne a venditoribus nequam sibi imponatur. Methodum sequuti sunt Caspari Bauhini , nominibus , quæ Vir experientissimus singulis addita voluit , servatis , usque quæ apud alios occurriunt , & Saethicis simul adjunctis. Reliquis , quas partim ex regionibus transmarinis acceptas , partim ex instructissimo Herbario vivo Burseriano XXX. tomorum , (quod Malmogia adflatum , bibliothecæ Upsaliensi donaverat Illustris Cojetus , Cancellaria Regiae tum Consiliarius) partim in Septentrionalibus terris collectas , nunc primi in lucem publicam proferunt , ea indidere nomina , quæ singularium speciebus putarunt convenientissima. De cætero , cum tot de virtutibus herbarum commentarii dudum prodierint ; paucissimi accuratas dede-
runt delineationes , ne moles libit immensum excresceret , sine
ube-

überiori commentatione figuræ hasce dederunt, prolixo tamen catalogo eorum ad singulas notato, qui fusiū easdem descripserunt. Ad calcem vero operis, de virtute & sanandi efficacia singularis propria, agere eis constitutum erat, & methodum monstrare herbas transmarinas in borealibus terris conservandi commodissimam. Ligno incise sunt figuræ, quo sumptibus emptorum parcetur, sed pulchre adeo, ut dubium sit, an nitidius quidquam prodierit; justa quoque singularum servata est magnitudo. Sectiones liber hic secundus complectitur VI. In prima exhibentur iris bulbosa, iris tuberosa, sisyrinchium, gladiolus, hyacinthus, tigris, & singularium species: in II narcissus, leucodium, lilio-narcissus seu tulipa, fritillaria: in III crocus, colchicum, ornithogalum: in IV cepa, porrum, scilla, allium & moly: in V lily, martagon, corona imperialis: in VI orchis, satyrium, dens canis, ophyris, orobanche. Hæc Tomo II. Primus itidem non exiguum partem impressus erat, sed exemplaria omnia cum typographia, quam habuit Dominus Rudbeckius propriam, consumta sunt, unico excepto, quod ab operarum alterutro forte ablatum erat. Interim servatis in interiori ædium conclavi ipsis ad vivum mire expressis delineationibus, spes est, Augustissimi Regis munificentia, & publicis sumatibus, aliquando præclarum hoc opus olim proditum.

*JOHANNIS MESSENII SCONDIA ILLUSTRATA, SELL
Chronologia de rebus Scondia, b. e. Suecia, Dania, Norwegia, atque
una Islandia, Grönlandiaeque, tam Ecclesiasticis-quam Politicis, &
mundicas aclysmo usque annum Christi 1612 gestis. Primum
edita & observationibus aucta a JOHANNE
PERINGSKIOLDIO.*

Stockholmæ typis Olavi Enzi, annis 1700, 1701, 1702, fol.
Tom. I ad annum Christi 1150, pagg. 98. Tom. II ad an. 1320, pagg.
96. Tom. III ad an. 1448, pagg. 79. Tom. IV ad an. 1520, pagg.
92. Tom. V ad an. 1560, pagg. 120. Tom. VI ad an.
1568, pagg. 60.

Quam dudum optavit orbis eruditus Scondiam Illustratam Jo-
hannis Messenii, nunc tandem eura Clarissimi Viri & de Hi-
sto-

istoria ac antiquitatibus patriæ suæ immortaliter meriti Johannis Peringskiöldii, publicam adspexisse lucem, merito gaudemus. Etenim ex quo vidimus illam a Clarissimo Scheffero memoratam in Suecia Litterata p. 85, ed. Stockh. ab illustri Puffendorfio in sua ad Historiam Sueciae Introductione toties laudatam, item a Clar. Dn. Vertot in tractatu Gallico de Mutationibus status Sueciae, id nobis in votis fuit, ut tandem opus præstantissimum claustra frangeret. Moræ rationes, ut speramus, nobis reddet Amplissimus Dominus Peringskioldus in suis, quas in frontispicio promittit, Observationibus, ad calcem integri operis addendis. De Auctore monuisse suffecerit, non ipsum in carcere Cajanaburgensi mortuum esse, ut dicit Ioeo memorato Schefferus, nec conjurationis in Christinam Reginam reuera Stockholmiæ supplicio capitali affectum, ut dicit Clarisinius Johannes Mollerius in notis ad Schefferum p. 380, sed ex vicennali custodia liberum in urbe Finlandiæ Ublaensi supremum diem obiisse. Et Clar. Mollero quidem infelicissimus Filii cognominis, & Arnoldi Messenii nepotis casus imposuit. In X tomos cum Auctore ipsem opus suum distribuerit; nec sibi eosdem immutare fas putavit adcuratissimus Editor; singulis vero præfixit dedicationem ad Augustissimum Sueciæ Monarcham Gustavum Adolphum, quæ & hic exhibentur. Per XX annos huic operi se insudasse, fatetur in dedicatione tomij I, & ex amplissimis Scondiæ regnis permultos ipsorum conquisiuisse Chronographos, typis & calamo exaratos, priscos & neotericos, solutæ & ligatæ orationis, indigenas & alienigenas, qua Latine, qua Scondice scribentes; et horum crebris & fœcundis hallucinationibus correctis, absolutissimam hanc conscripsisse historiam. Tomo I p. 1 ad annum post diluvium 193 afferit, Thuisconem primos expeditissime in Scondiam colonos, Magogio potissimum ortos, sub auspicio & imperio Getæ, alias Gedi & Gogi, Noæ de Semō abnepotis, eosque sensim per Sueciam, Gothiam & Norvegiam propagatos. Hinc Scondiotis illam linguæ & morum cum Thuisconibus similitudinem profluxisse, quæ nostram usque tempestatem nonnihil variata utrobique perseveret. Memorabile prorsus est, quod ad annum 253 post diluvium memoret, eundem Thuisconem borealibus, puta Sarmatis, Getmanis & Scondiis, leges tradidisse & prima litterarum elementa, quibus

Bbb

istuc

istæ sint usæ nationes, donec ex Latio, una cum religione Christiana, Romanos acceperint characteres. Thuisconem proinde, non Ulphilam, hujus scripturæ inventorem esse, quæ Gothica & Runica vulgo audiat. P. 2 proximis post diluvium seculis, Scondiam primum effudisse memorat colonorum agmen in vicinas Oceani insulas, Selandiam, Mæconiam, Falstriam, Fioniam, Jutiam & Lalandiam. Secundam emigrationem censeri ait p. 3 Scondiorum ex his insulis, vel potius Norvegia, in Orcades, Hebrides, Grönlandiam, Ferogiam & Islandiam. Tertiam contigisse annis 1430 ante natum Christum, ductu Berici, vel potius Erici Scondiae Regis in Gothlandiam, hinc in Uthmerugiam, qua posthabita Cimmerios incurserint. Inde Ponti accolas infestasse; Mœsiam postmodum & Thraciam, & postquam ad Danubii ripas concedint, Thraciam iterum repetiisse, & hinc denuo progressos, Italianam & Hispaniam occupasse. Pag. 92 queritur, Régibus per annos 800 a nato Christo in Scondia dominatis, certum temporum calculum adnotatum non esse; interim ne Lector ipsa Regum historia defraudetur, paginis seqq. primariorum exhibit seriem, eorumque res domi forisque præclare gestas succincte describit, & primo quidem Regum Upsalensium in Suecia Gothiaque, dein de Letrensi in Dania hinc Trunvangelium seu Trunhemensem in Norvegia. Hinc p. 57 ad primum a nato Christo seculum reversus, intermissos repeatit calculos rerum aliarum, ac per eosdem 800 annos & seqq. fuse deducit. Et primo quidem seculo, non regnante in Assyria Nino, velut quidam asleverarunt, Upsalam a Freyero Rege conditam esse memorat. Hoc nomine autem insignitam, quod Upplandorum esset forum primitarium, siquidem in prisco Gothorum sermone, *fatu* locum exercendæ assignatum mercaturæ significet. Etiamsi suspicetur, prædicatione Valerii, Elsatice Saxonique Apostoli, iam seculo secundo nonnullum accepisse Scondiotas gustum fidei Christianæ, certiora tamen ad annum 690 memorat religionis Christianæ in Scondia tunc receptæ documents. Scilicet Britannorum adhuc in Scondia dominio perseverante, Regem Gothie Christianum, & hujus conjugem, suam magna opere deplorantes orbitatem, Deo castimoniam auncupasse, si filium modo unicum consequerentur. Divinitus autem exauditos, filium genuisse beatum Sebaldum,

quæ

qui ad Parisensem postmodum transmissus scholam, insignem navauerit operam literis per trienium sublimioribus. Hinc varia primorum ex Anglia passim & Germania adventantium Christianorum, conversionem Scandinavorum operantium fata docet, Regumque facinora & expeditiones, annis adcurate notatis. Tomo II Regum Sueciz, Daniæ & Norvegiae-sævos bellorum tam externorum quam civilium motus explicat. Ad an. 1151 de Suecorum & Norvegorum ad Pontificem Romanum legatione & precibus, ne tam illustria regna diutius Archiepiscopali dignitate carerent, multa memorat, & quo pacto inauguratio Archi-Episcoporum Sueoniz Lundinensibus diu concessa fuerit Archimythis. Ad an. 1154 de S. Erici Regis Suecæ in Finlandiam expeditione, & quomodo ethnicam hactenus & ferocem gentem Christi & suo subiecta jugo, disserit. Porro ad an. 1160 ejusdem Regis per Danos trucidati historiam, & Sueonum de his vindictam exponit. Ad an. 1189 de Scandiorum ad recuperandam Terram sanctam expeditionibus & fortitudine disserit. Anno 1190 docet Saxonis de Regibus Daniæ historiam ad calcem perductam esse, & Viri facundia commenda ta, id solum in eo reprehendere scriptores, qua Danos, qua Germanos & Scandianos, quod plurima commemoret paradoxa, fabularum scorias pro historiis passim lectori obtrudat; nec allegoricas veterum relationes ab historiis distinguat, plus æquo suæ faveat nationi, triumphos illi adscribat incredibiles, alias gentes non minus encomio dignas foedis oneret saepius convitiis, & solidis contentus rerum monumentis, temporum negligat ubique momenta. Ad annum 1227 pluribus exponit historiam excusæ a Lubecensibus servitutis Daniæ, & restituta Imperio Romano-Germanico urbis suæ. Ad annum 1304 natales refert inclytæ fœminæ Birgittæ, in Sanctarum postea numerum adoptata! Nata autem est parentibus Birgero Petri filio, & Ingeburge Benedicti filia, aviam vero habuit Sigridem pulchram, quam pulchre errantes quamplurimi vita sanctæ Birgittæ scriptores matrem dixerunt. Tomus III (ut Auctoris in dedicatione ad Gustavum Adolphum Regem verbis utamur) serie annorum adcurate observata docet, quomodo florentissimum plurimis seculis regnum Norvegiae, post Haquini Regis obitum, caput inclinare occuperit, cum Suones ali-

quamdiu sint deinceps Norvegia dominati, & tandem a Danis iudicem subjugati: porro qua ratione Dania progressu temporis non modo Norvegia, sed etiam Suecia Gothique regimen invaserit. Quippe Regem Valdemarum primum in pedes exesisse labescentem, postquam magnam illius partem ab Hollatis recuperavisset, a Sueciis autem Scaniam, Hollandiam & Blechingiam. Ei vero succedentem Margaretham filiam Norvegiam in primis, & hinc Speciam occupasse, cognato suo Erico Pomerano totius Sondiaz ita transmittendo dominium, quod, ipso propter tyrannidem hinc exturbato, Christophorus Bavarus, anteceloris genitus sorore, demum obtinuerit. Nec vero ecclesiastica hic Messenius noster pratermittit negotia, sed more suo diligentissime adnotat. Tomo IV mox edisserit, quantas contentiones & bella excitarit novi Regis Sueciae Caroli post obitum Christophori electio. Contra Crantziū evincit, non insimo fuisse nobilitatis gradu oriundum Carolum, sed priscis Sueciae, Danie & Norvegia Regibus, Erici III & Rechisie trinepotem. Eodem tempore, postquam sceptrum recusaverat Danicum Adolphus Hollatiae Jutiaeque Princeps, Danis persuasit Christiernum Comitem Oldenburgensem eligendum, ex quo ad nostra haec tempora augustissimum stemma Oldenburgicum iis in terris regnat. Quæ bella & quam atria extiterint, per annos postea LXXIII, Carolo Regi, Stenoni seniori, Suantoni & Stenoni juniori Sturiis, cum Danie Regibus thronum Suecia affectantibus, quæ cum Polonis & Moschis dissidia, quæ status ecclesiastici mutationes, quæ Episcoporum contra Gubernatores regni molitiones, & quanta demum suecia regnum Christierni Tyranni immani levitie pressum sit & ferme oppressum, nisi praesens Numen virtute instruxisset heroicæ gloriofissima memoria Gustavum Erici, docet, cuius miranda prorsus facinora tomus Messenianus V complectitur. Et primo quidem quantis is perieulis Christiernum e patria fugarit, Archi-Episcopo, Dalekarlis & Smalandis passim rebellantibus, exponit: die autem 24 Augusti anni 1521 in Gubernetorem ob Ordinibus Sueciae acceptum memorat; nec mitioremem expertum in Dania Christiernum fortunam, anno 1523 throno excusum successorem habuisse. Fridericum Hollatiae Principem patruum suum. Ad eundem annum.

MENSIS SEPTEMBRIS A. M DCCII. 381

num refert p. 12 exordia incepta in Suecia reformationis Evangelicæ, idque non modo per negotiatores exoticos, qui libros simul Lutheranos cum mereibus invexerint, sed & studiosos indigenas Viteberga reversos. Horum præcipuus Olavus Petri Neri-
cius Vitebergæ Lutheri discipulus fuit, & A. 1518 suprema illuc philosophia laurea donatus. Quum enim unieam S. Scripturam docendi vivendique normam proposuisset, non difficulter multorum animos sibi & gratis dogmatibus faventes invenit, in primis autem Laurentium Andreæ, Regis postea Cancellarium, qui etiam Lutheri causam ac dogma Gustavo primus (ut Noster affirmat) manifestavit. Iniquius aliquando dum judicat de religionis mutatione, & celeri ab Augustissimo Rege facta reformatione Historicus, ignoscendum Viro Romano-Catholico, suisque faventi partibus, & laudanda prorsus celeberrimi Editoris fides, qua non mutilum castrumve orbi obtrusit opus, more sectarum quarundam hominibus perquam familiari. Ad annum 1524 de Friderici Regis Hafniæ die 7 Aug. celebrata coronatione agit, & causas, ob quas profugus Suecorum Archi-Episcopus Gustavus ei diadema imposuerit, expонit. Eodem anno de Anabaptistarum in Suecia furoribus disquirit. Ad annum 1525 varias refert Regis & Clericorum de decimis Ecclesiæ concertationes, item Olavi Petri cum Romanensibus de conjugio Clericorum controversias, postquam ille palam in ecclesia Stockholmia uxori copulatus, multorum animos irritasset. Ad eundem annum primordia repurgationis Evangelicæ in Dania refert. Braschii Episcopi Lincensis in Suecia varias de impediendo reformationis progressu admonitiones memorat, & quam ægre tulerit, Archi-Episcopum Johannem Magni bibliorum translationi consensisse, cum non ignoraret, ut Noster ipse fatetur, incrementa hinc doctrinam Lutheri sumpturam. Severini Norby & Bernhardi a Mœlen perfidia & rebellionis exempla, utramque hoc anno & sequentibus paginae faciunt. Ex his constare putamus, quanta diligentia Messenius in explicandis patriæ suis rebus versatus sit, ut suo jure absolutissimum hoc Seconde Chronicon audire possit, & cum nobis plura recensere longum foret, his non nisi gustum ejus dare voluimus. Tomus VI Erici XIV mores, studia, regimen, lites & ab imperio remotionem depingit. Et

quidem ad annum 1561 primum varia Erici hujus de itinere in Angliam suscipiendo consilia deserbit, & quanto primum ardore Elizabethæ Angliae Reginæ nuptias expetierit, nec dissimulat Mellerius, id in primis fecisse Regem sui olim præceptoris impulsu Dionysii Beuræi, Calviniani, qui ratus fuerit, cum Regina sua pariter sectæ dogmata Regi regnoque Sueciae familiaria reddi posse. Verum ingentem fuisse oportet Regis hujus levitatem, ut qui uno eodemque tempore ternas ambierit sponsas, Scotiam videlicet, Lotharingam & Anglam, quarum numero postea accessit Hesiaca. Ad annum 1562 belli cum Lubecensibus, Danis & Polonis gesti causas memorat, item Johannis III, Ducis tum Finlandiae, iter Polonicum, nuptias, redditum in Finlandiam aliaque. Ad annum 1563 de Suetorum in Livonia armorum successu, Legatorum apud Landgravium Hessiz negotiis, & Johannis Ducis captivitate agit, & memorabile prorsus est, quod p. 19 de Erico Rege memorat, quod nimurum prævidens ex Astrologia observationibus, quarum erat peritisimus, iisque deditissimus, suo Principem Johannem exitio vivere, ad illum quandoque in carcerem ingressus sit interficiendi animo, verum ipso conspecto ad fraterna prolapsus genua ita cum compellaverit: scio, Frater, scio regni mei Te expectare gubernacula, & me mea fata manere; sed Te rogo & obtestor, cum ad regium perveneris culmen, & in Tua fuero potestate, ut mei Te misereat, neque propter copulam sanguinis a deo propinquam, turpi quoipiam me letho patiaris occumbere. Ad annum 1564 Sueonum & Danorum de Norvegia concertationes exsequitur, item varios cum iisdem & Vandalicis urbibus conflictus maritimos, quorum aliorumque eventuum narrationem per annos sequentes continuat usque ad A. 1568, quo Ericus a Ducibus Johanne (anno superiori fratri reconciliato) & Carolo captivatus, omni ei a regni Ordinibus subjectione renunciata, in perpetuos abducitur carceres.

Kort Beskrifning af Provincien Nya Sverige uti America som nu
förl tyder af the Engelske Pallas Pensylvania.

i. e.

**DESCRIPTIO NOVÆ SUECIAE IN AMERICA, NIINC AB
Anglis dictæ Pensylvaniæ, auctore THOMAS CAMPANIO Holm.
Stockholmie typis Wankianis. 1702. 4
Constat paginis 190, tabulis &cneis 9. Quot**

Q uot quantasque Scandia, regionum fertilissima, olim eduxerit colonias, veterum loquuntur monumenta, asserunt historiæ, linguae, legum, morum similitudo testatur, aliaque veterum Gothorum de præcipuis Europæ partibus triumphantium reliquiae. Ex insula illius gremio velut examen apum in alias erupit gens Gotbica terras, initio Historiæ suæ ait Ravennatensis Præfus, qui & convenientissime hinc illam appellare sibi visus est officinam gentium, ac velut vaginam nationum. Nec nostra & patrum memoria infrequentiores fuisse comperiemus, si perpendamus, quantos finitimorum populorum tractus, partim armis occupaverint, partim in ditionem recenter intyti Suecorum Reges, suosque passim in eosdem eduxerint Sueonas. Sed nec remotissimas adire recusarunt gentes, & novum, ut vulgo audit, Orbem, quamvis, Clarissimum Auctorem libri hujus si sequamur, Scandinavianis & olim haud ignotum. Verum enim vero pauca hactenus de Suecorum in Americanis oris colonia innotuere, coque gratior nobis est & esse debet Clarissimi Holmij hic labor. Occasionem scribendi sibi dedisse memorat in Præf. ad lectorem desiderium, ab oblivione vindicandi Augustissimorum Succiæ Regum de propagatione veræ religionis, una cum regni sui ac subditorum incrementis, immortaliter merendi studium, ut & subsidia, quæ in amicorum seriñis repererit, præcipue vero inter adversaria avi sui Johannis Campanii, Pastoris in Frösthult & Herenwy Uplandizæ, qui non exiguo tempore in America versatus, popularium illie Pastor fuit. Quatuor absolvitur opus hoc libris. Primus de America in genere agit, ejusque caput I de situ Ameriez, divisione in septentrionalem & meridionalem, & quibus Europæorum & quo tempore præcipue incolas acceperint provinciaz, & quibus nunc pareant; nec memorare neglit de inventa a Ludovico Hennepino, anno 1680, contermina Ameriez vastissima terra, cuius & notitiam iteratis idem Hennepinus descriptionibus orbi non invidit, insulas hinc Ameriez proxime adjacentes describit. Capite secundo modus & tempus docere pergit, quibus America Europæis primum innouerit. Et Columbi quidem ac Americi Vesputii itinerata, quam nostris temporibus propiora certioraque postquam descripsit, eorum recusat, sed non approbat sententiam, qui a navibus

bus Salomonis Americam aditam esse dicunt; ut nec illorum, qui Platoni & Diodoro Siculo sub nomine Atlantices memoratam fuisse existimant; multo verius statuisse ratus Clarissimum Rudbeckium in Atlantica sua, hanc non aliam esse quam Sueciam. Anglorum quibusdam persuasum memorat, anno Christi 1:90 Americam advise Principem Cornvalliae quendam Mandoc, Oven Guisneths filium, ab eoque in Virginia vel Mexico fortalitium exstructum esse; hinc & Mexicanæ ac veteris Britannicæ linguarum affinitatem esse, & primo introitu rituum Christianorum indicia non obscura reperta esse ab Hispanis. Tandem operose id agit, ut probet, sub finem seculi X post Christum natum, quinque diversis vicibus, terrarum harum septentrionalium incolas in Americam navigasse, & ab iis tunc vocatam esse Winland thet goda/ uch Gerdlinge-land. Testes advocat VI diversa capita historiz Regis Olavi Trygwæ filii, T. I a pag. 329 ad 348, editionis Peringskioldii Stockholmensis 1697; indeque notat non modo nomina & numerum eorum, qui diversis vicibus adierint, sed & præcipua terræ ab Historico descriptæ, seu bonæ Winlandiæ, indicia, quibus cum Virginiaz situ, fructibus, fertilitate &c. comparatis, nihil unquam similius. In eadem sententia fuisse docet magnum Sueciæ quondam decus, & rerum septentrionalium peritisimum Olavum Verelium, in notis ad Historiam Hervoræ p. 27. Quum autem ex Grönlandia navigationem illam instituerint, cuique considerandum exhibit, quanta facilitate fieri potuerit; adducto pariter testimonio ex Johannis Wolfii Norrigia Illustrata, Hafniæ 1651 edita, ubi duorum mentio fit itinerum, jussu Serenissimorum Daniæ Regum, Frider. II & Christiani IV in Grönlandiam susceptorum, navibus autem per errorem in Americam delatis. His ita monstratis, cap. III de Americanarum gentium disquirit origine, & qua via reliqua animantia in novum orbem devenisse censenda sint. Multorum conjecturis persensis, verosimillimum sibi videri fatetur, terrestri itinere sub Polo Arctico id factum esse, consentientibus Geographis ferme omnibus, illic antiquo orbi novum cohædere, homines autem non uni originem debere nationi, sed forma, statura, sermone, moribus, politia diversissimos esse, luculenter evincentibus. Capite IV fertilitatem describit, & aeris in America temperiem ac salubritatem. Liber secundus specialem exhibit descriptionem provinciæ in America, quæ prius

prius nova Suecia dicta, nunc Pensylvania audit. Capite I de Virginia, in qua sita est Nova Suecia, postquam aliqua disquisiverat, docet tantam arborum præstantissimarum, frugum, ferarum, animalium & piscium illic copiam esse, temperatum adso aërem, ut Moysaico illi Paradiso nihil similius in orbe reperiri credant, qui illie diutius versati sunt. Hinc & tractui, in quem primum adventantes descenderant Sueci, Paradisi nomen inditum fuisse, idemque adhuc retinere. Jucunda lectu sunt, quæ de natura tritici Indici, incolis Magis dicti narrat, ut & de plantatione tabaci, quo vel solo Europæis Virginia est notissima. Auri & argenti minas illic & reperiri docet. In sequenti capite ex adversariis MS. Petri Lindströms Sueci, qui longo tempore in Virginia egerat, præcipuorum dat novæ Suecæ locorum nomina, & descriptionem prolixam & prorsus egregiam eorundem proventus explicantem, quæ singula exscribere nimis longum foret; chartas etiam addit Geographicas. Caput III singulatum anni tempestatum, imo mensis cujusque in Virginia naturam exprimit, variasque observationes Mathematicæ & Physiologis non ingratas. Capite IV docet, quo anno determinata sit Virginia, ac finitima regiones, nova Anglia, nova Hollandia & nova Suecia, novos ex Europa acceperint colonos. De harum postrema quia præcipue agere constituerat, capite seq. tempus & occasionem eductæ Suecorum in Americam colonias fuisus enarrat. Et factum quidem dicit initio seculi modo elapsi, regnante glor. memorie Gustavo Adolpho, suauo in primis Wilhelmi Usselingii Batavi, cuius etiam de instituenda Societate Indica in nova Suecia Americae discursus, ex versione Erici Schröderi, prodit A. 1626 Stockholmiz in 4. Hujus itaque anni die 2 Julii Regiis litteris omnes in Societatem vocati sunt, nec segniter negotium illud promotum est in Comitiis anni sequeatis. Quæ Frans. Dan. Pastorius in sua Pensylvaniæ descriptione, ante biennium edita Francofurti apud Ottomem, 8, invita veritate in Suecorum hanç coloniam effutiverit, refutat, & ex supra dictis constat, falsissimum esse, Virginiam primum anno 1665 detectam esse, quod dicat Pastorius, idque regnante in Anglia Carolo Stuarte I, qui XVI annis antea e medio sublatus erat, item permittente Duce Eboracensi Suecis apud se otioso agentibus, usque dum plures ex Anglia advenire possent;

sent; quæ quidem deliriis proxima sint. Iis vero, quas spargat, calumniis refutandis sufficere legisse testimonium. Wilhelmi Penns, provinciæ illius nunc gubernatoris & domini.. Cap. VI hodieporicon exhibet Johannis Printzii, anno 1642. Stockholmia ad Americam navigantis, & mira narrat de reditu avi sui Johannis Campanii, qui anno 1648 die 16 Maij Elfsburgo in nova Suecia solvens, die 3 Julii anni ejusdem Stockholmiam appulerit. Capite VII. de Suecorum Indorumque mutuis foederibus & amicitia agit. Cap. VIII catalogum pertexit exstructorum a Suethica colonia oppidorum ac munitamentorum, additis variis notatu dignissimis.. Capite IX, qua ratione Sueci eam iterum amiserint, & quibus postea subjecta fuerit, exponit. Cap. X iteratas exhibet Coloniarum preces ante annos aliquot, ut doctos & pii ex Suecia mitterentur. Sacerdotes, sollicitudinem Caroli XI, & religiosum propagandæ veræ religionis studium ; item Archi-Episcopi Upfälensis Olavi Swébilii literas ad Ecclesiæ in America Suethicas ; hinc Misiorum felix iter, & exspectantium lætitiam. Capite XI nomina recenset præcipuorum, qui illic Pastorum Ecclesiæ Evangelicæ munere functi sunt, & prolixe memoriam avi sui Johannis Campanii Holmensis, qui illic per annos plures vixit, ut supra diximus, & laudib[us] prorsus industria D. Lutheri Catechismum minorem in linguam verit Virginio-barbaram, qui jussu Regio Stockholmiae impressus anno 1696, &. Libri III, cap. I de indigenarum Virginianorum ortu. specialiter disserit, nec absconum sibi videri fatetur, a Judæis oriundos esse, linguarum. etiam quandam esse affinitatem. Cap. II de indole corundens : cap. III de vestitu : cap. IV de esculentis & potu : cap. V de ædificiis & varia suppelæctili : cap. VI de connubiis & liberis educandi ratione : cap. VII de exercitiis variis, & navibus ex truncis arboris igne excavatis, item naviculis ex corticibus arborum: cap. VIII de mercaturâ, commutandi ratione & nummis: cap. IX de Magistratu politico, & justiciam administrandi modo: Cap. X de armis, bellorum apparatu, & in hostes crudelitate : cap. XI de religione & impedimentis, quominus ad fidem convertantur Christianam : cap. XII de sepultura, & luctu de mortuis agit. Libro IV exhibet vocabularium. & dialogos lingua utriusque Virginio-barbara &

MENSIS SEPTEMBRIS A. MDCCII. 387

& Suetica. Ad calcem pauca addit de Munckisis eorumque sermone, & rebus Americanorum alijs observatione dignis.

INSTITUTIONUM PHYSICÆ AD USUM SCHOLARUM a FRANCISCO BAYLE Med. Doct. & in Studiorum Uni- versitate Tolosana Liberalium Artium Professore accommodatarum, Tomus Primus.

Tolosæ apud Joh. Paulum Douladoure, 1700 in 4to.

Constat tomus hic I Alphab. 3 & plag. 8, cum fig. æn. tab. 3.

VARIIS jam tractatibus Clarissimus Bayle suam in Physicis pariter ac Medicis peritiam atque dexteritatem Orbi literato comprobavit. Ante bienium vero Systema Physicæ integrum, quod nuper demum, nec nisi ipsiusmet dono, ad nos pervenit, publici juris fecit; in quo methodo accuratissima, eaque Mathematica, omnia tractat, ex præjudiciis ortos errores demonstrat, nonnulla, de quibus altum hactenus silentium, detegit, & varias Philosophorum sententias ad unum principium revocare nititur.

Postquam igitur in Prolegomenis, diversa Naturæ acceptance explicata, evictum fuerat, corpus naturale, quatenus est naturale, i. e. quatenus est mobile, seu variis mutationibus sensibilibus obnoxium, objectum Physices; rationem vero, sub qua hoc consideratur, mutabilitatem esse: ad exemplum Aristotelis primum generales corporum affectiones expenduntur, deinde corporum particularium proprietates investigantur, eaque de causa dispescitur Physica in partem generalem, quæ corpus naturale generatim fit, & in particularem, quæ de corporibus particularibus differit; hæcque iterum subdividitur in duas partes, quarum prima corpus inanimatum, secunda animatum examinat. Tribus integrum hoc Systema includitur tomis, quorum primus, quem hic sistimus, partem Physices generalem, & librum primum partis Physicæ speciales continet.

Physica generalis X continet disputationes, in quarum *prima* principia corporis naturalis evolvuntur, quæ licet vel corpus quod generatur, vel quod genitum est, respiciant, ac sub priori respectu Materia, Forma & Privatio, sub posteriori Materia & Forma tan-

tum audiant; hoc tamen in tractatu corpus naturale jam factum præcipue consideratur, hinc de Materia & Forma potissimum disseritur. Quod ut commodius fiat, eam servat methodum Vir Clarissimus, ut varias opiniones, quæ aliquam inter se habent affinitatem, in eandem redigat classem, atque primum sententiam Peripateticorum referat, tum placita eorum, qui Peripateticæ doctrinæ adversantur, aut aduersari creduntur, explicet, sub qua classe comprehenduntur sectatores Epicuri, & Democriti, ac qui parum discrepantem ab eorum doctrina sequuntur Philosophiam, ut & novi hujus seculi Philosophi, inter quos primatum tenent Cartesiani. Atque hoc modo in Materiæ primæ & Formæ substantialis naturam & essentiam inquiritur in *disputatione II & III*, ubi inter alia queritur, num anima rationalis dici possit forma hominis vel corporis humani? Quanquam autem ex Aristotelis mente, forma hominis totum illud, aut essentia ratio aut partium habitudo sit, per quam est id, quod est formaliter, adeoque una compositi pars tantum, qualis est anima rationalis, in homine pro forma assignetur, cum homo non constituerit in sua essentia adequata per solam animam rationalem: nihil tamen vetare putat Noster, quin appelletur forma utriusque, quoniam forma est rei perfectio, species & pulcritudo, pars compositi perfectior, magis activa & magis formosa, quæve vi unionis, qua cum reliquis compositi partibus neicitur, aliquid de sua pulcritudine, perfectione & activitate illis communicat. Hinc de principiis intrinsecis corporis naturalis doctrinæ, juxta ordinem ab Aristotele servatum, eadem methodo subjungitur quæstio, quæ sint variarum mutationum, quæ corporibus accidunt, cause? Quæ dum sub nomine Naturæ veniunt, agitur *disputatione IV de Natura & Arte*; ubi natura principium & causa motus ac quietis, & naturale omne illud dicitur, quod fit secundum ordinem in natura universaliter accepta constitutum. Cum autem eadem sint parvorum corporum & universi leges, mutationes, quæ parvis corporibus accidunt, respective ad eorum constitutionem consideratae, dici debent naturales, & non minus est naturale homini senescere & mori, quam nasci & adolescere, ita ut nihil contra naturam, nihilque violentum, ut quidem Aristoteli visum fuit, detur. Hæc tamen nominis, violentum,

con-

contra & præter naturam, convenienter usurpari possunt juxta hominum estimationem, qui putant, singulis corporibus certum quendam competere statum, quia in eo ut plurimum constituta sunt, aut ad eum sponte tendere videntur; quod ita creditur, quia causa externæ, a quibus moventur, sunt abstrusa & incognitæ. Tum in *Disputatione V de Loco & Vacuo tractatur*, cum loci natura ignorata, dignosci nequeat, quid sit motus; & quoniam circa vacuum in tres sectas divisæ sunt Philosophorum scholæ, quarum alia vacuum impossibile, alia necessarium esse, alia denique non vi naturæ sed divina induci posse autumat, harum sententiae seorsim exacte examinantur. Excipit igitur hanc *Disputatio VI*, in qua eo accuratius, doctrinam ipsam de Motu persequitur Autor Clarissimus, quo negligentius eam tractarunt contra monitum Aristotelis Peripatetici, & quo magis necessaria Physico existit, utpote qua ignorata, naturam ignorari necesse est; & inquirit in easam, differentias & proprietates motus, ipsiusque causam formalem in acquisitione formæ, seu in transitu a privatione ad formam rei, quæ potestatem habet ad illam formam, consistere prohibet; motum enim non esse formam acquisitam, ex eo probat, quod subiectum non sit in potestate ad illam; nec esse formam, quæ acquiritur, ex eo deditur, quia ad eam tenditur, & subiectum habet potestatem ad eam; cui accedere dicit, quod nec forma acquisita, nec acquirenda, per se sint mutationes. Probat porro, Deum esse primam motus causam, nullumque corporibus, quæ moveruntur, concessum esse impetum distinctum; tum permutationem motus & quietis explicat, & præcipua partium genera, in quas per motum materia necessario dividitur, subtilis nempe materia seu ætherea, globulosa, & ejus quam tertium elementum recentiores vocant, constituit, eaque veteribus non fuisse incognita, adstruit. Quia vero maxime miranda, quæ in hac rerum corporearum universitate, ac præcipue in plantis & animalibus observantur phænomena, & quodam mechanismo dependent, de principiis Mechanicis in *Disputat. VII* duobus articulis fuse agit, in quorum priore solidorum, in posteriore fluidorum æquilibrium demonstratur. Ut alia mittamus, in propositione IX de motu muscularum agitur, ad quem præstandum futuram sentientiam musculi ventris qualecumque

& longitudinis diminutionem fieri docetur, vel si spiritus animales in musculi ventrem per nervos influant, & fibrarum interstitia occupent, vel si iidem ipsam fibrarum carnearum substantiam ingrediantur: qui ultimus modus dum sit, alia accedit contractionis causa, dum scilicet fibræ spiritum affluxu crassiores redditæ eriguntur supra tendines, & angulos in iis constituant, qui magis sunt rectis affines. Nec Propositio XX, in qua problema, quare in exilioribus siphonum cruribus liquor modo altius ascendet, modo inferius subsistat, quam in latioribus, dupli demonstratione resolvitur, minori vel jucunditate vel utilitate Lectoribus se commendabit. Post hæc ad status corporum fit progressus, qui conjuncti sunt cum motu vel quiete particularum insensibilium, ex quibus constant. Agit igitur *Disp. IX* de Corporibus Tactilibus, & de Motu solidorum aut durorum corporum in liquidis; & *Disp. IX* de Corporibus Elasticis, ubi elater tensus tribus modis reduci statuitur, 1 per intrusionem particularum liquidi in meatus sensiles corporis elastici. 2 per compressionem ab ambiente factam in totum ambitum corporis ejusdem. 3 per compressionem factam circa particulæ ejusdem a particulis aliorum corporum, quæ satis tenues sunt, ut per meatus exilissimos penetrant, & interius particulæ insensiles immediata sui applicatione premant; materiam vero ætheream, per se solam, ad elateris redditum aliquid conferre negatur; ut taceamus, quæ de liquidorum vi elastica & permutatione motus & quietis, in occursum corporum elasticorum & mollium, disseruntur. Tandem in *Disp. X* de subjecto Lucis, Corporibus perspicuis & opacis, raris & densis tractatur: ubi Lucis subiectum materiam esse globulosam, ad motum vibratorium a particularum lucidarum motu vertiginis impulsam; corpora diaphana meatus insensiles rectos continere, opaca vero lucem vel reflectere, vel absorbere, vel extinguere, hancque doctrinam cum Aristotelis placitis quam maxime congruere, docetur: hacque occasione telescopiorum & microscopiorum structura atque usus expenditur, atque Perraltii objectiones, quibus hanc de diaphaneitate doctrinam invertere, & rationes, quibus propriam opinionem, qua lucem ultra corpora lucida per motum particula-

MENSIS SEPTEMBRIS A. M DCC II. 391

cularum ipsorum corporum pellucidorum promoveri adstruit,
defendere studet, evolvuntur & refutantur.

Hinc progreditur Autor Clarissimus ad Physicam particularem, cuius partem primam, in qua de corporibus inanimatis disputatur, in tres dispescit libros, in quorum primo de Elementis, de Temperamentis corporum mistorum, de Fermentatione & de Mixtis simplicibus tractatur. In *Sectione I* igitur libri in Elementorum inquiritur multitudinem, atque proprietates communes, & rejectis variis variorum Physicorum sententiis, elementa vel in se, vel in ordine ad sensus, examinantur. Sub priori respectu in tria dividuntur genera, a recentioribus Elementum I, II, III appellata; quæ licet vera sint elementa, neutquam tamen sufficiunt, nisi multipliciter subdividantur; hinc consideranda sunt eadem in ordine ad sensus. Primo igitur loco a Nostro elementa in ordine ad tactum examinantur, & quia siccorum corporum nihil communius quam terra, frigidorum nihil frequenter quam aqua, humidorum communissimum aer, & inter calida ignis notissimum est, inque his omnibus insignis excessus primarum qualitatum observatur, more veterum de his corporibus füssus tractatur. Hinc perpenduntur elementa in ordine ad gustum, odoratum, visum, auditum, & sensus internos. In *Sectiōne II* exhibentur temperamenta mistorum, tam actualia, quam potentialia. Quoniam autem solæ qualitates activæ possunt temperari, hincque temperamentum improprie dicitur de proportione elementorum in mistis, nisi dicatur respective ad eorum qualitates, seorsim de temperamentis in ordine ad tactum, gustum, odoratum &c. ait. In *Sectiōne III* de fermentatione, infinita phænomena præducente, sermo est, adeoque de ipsius subjecto, conditionibus, causa proxima, (quæ materia ætherea constituitur,) effectibus, & de fermentis disputatur. Tandem in *Sectiōne IV* Mista simplicia sistuntur, quæ in eo ab organicis differunt, quod omnem suam vim & proprietates habeant ab elementis, quibus constant: hinc differentiae eorum, vires, proprietates, generatio & corruptio sedulo examinantur. Atque hæc ex tomo I. utilissimi operis repetita sufficerint. De reliquis dicentes alihi.

HER.

*HERMANNI DEUSINGII DEMONSTRATIONES
Allegoria Historica, seu Historia Allegorica V. & N. Te-
stamenti, Pars I.*

Accedit Revolutio Mysterii SS. Triados.

Franekeræ, typis Jacobi Horrei, 1701, 4. Alph. 2.

Quod post Origenis ætatem præmodum emereuit Allegoriæ Biblicæ studium, id Reformatos inter aliquot abhinc annis uberiorius efflorescere & antiquam præmodum faciem recuperare videtur, postquam Coccejo præunte, Gronovius, Beermannus, Hildebrandus, Biemannus aliisque in hac palestræ graviter desudarunt. His comitem se dedit Hermannus Deusingius apud Groninganos, qui pluribus abhinc annis Allegoricum lapidem volvit, edita jamjam anno 1690 Demonstratione Allegoriæ Historicæ, sed suppresso nomine, quam ille, cum pseudodoxiæ arguetetur, auctam nunc illustratamque, præscripto nomine suo publicavit. Vastum ille opus animo concipiens, nempe sacram codicem allegorice explicandi, materiam omnem in tres partes divisit, quarum prima allegoricum sensum demonstraret toti sacro codici a capite ad calcem convenire, summeque necessarium quæsitu esse; secunda exemplis allegoriæ insignioribus & speci minibus clarissimis rem illustraret; tertia sciagraphiam totius Historiæ sacræ in allegoriam resolutæ daret: sed præter partem primam nihil hactenus prodiit. Ea tribus libris constat, quorum primo rationibus allatis ultro citroque res disputatur, tandemque pro allegoria concluditur. Initium facit Auctor, allatis refutatisque argumentis, quæ contra institutum suum citari possint. Nam primo novitatem sibi immerito & ab invidis aut tenebraruin amatoribus opponi putat; omnes enim Christianos prophetas esse, ac revelationes habere, multaque cernere majoribus ignota: Ecclesiam, quæ Apostolorum ætate, infantis instar fuerit, sensim scientia crescere, & ex novis doctrinæ incrementis alimenta capere. Porro Judaismi & Origenismi convitium ad se suamque causam non pertinere arbitratur: Judæos tamen veritatem allegoriæ in mediis tenebris palpando deprehendisse, ac Origenis conatum, eti in multis impegerit, laudandum esse; ea autem, quæ de voluntate

voluntaria ejus castratione narrantur, conficta omnino esse, forsan a Demetrio Alexandrino, ejus perduelli. Nec literalem sensum extirpari cultura allegorica explicationis existimat, cum haec anima, ille corporis vicem gerat, inter quae arctissima unio intercedat: in literali hactenus ita desudatum, ut novi nihil produci queat; igitur ex allegorico palmam querendam esse. Insigne præterea discrimen inter allegoriam & accommodationem Scripturarum dari, notat; ad istam enim requiri 1) αληθινα, seu antecedentium & consequentium seriem, tam in litera, quam in allegoria apte cohærentem, 2) ut circumstantiae omnes sine distorsione apte ad allegoriam quadrent, 3) ut σύγχρονα omnium verborum æque, imo magis in allegorico, quam in literali sensu eluescat, 4) ut analogia Scripturarum comprobet allegoriam, imo faciem preferat: quo pacto sufficietes obices positos putat, quo minus Scriptura ad lubitum torqueatur. Calvini denique testimonia contra allegoriarum studium haud magni facit, cum Irenæi, Clementis aliorumque Patrum auctoritatem illi opponi posse, & reformationem, non secus ac resurrectionem Ezech. XXXVII descriptam, ejus quippe typum, per gradus fieri debere existimet.

His exantatis, suas pro allegoria rationes affert. Nam præ ceteris glorijs Dei eadem augeri censet, cum omniscientia ejus & omnipotentia exinde claris patescat: hominis enim esse res gestas referre, Angeli gerendas prænunciare, solius Dei vero iidem verbis res gestas prædicare, & gerendas prædicere; allato testimonio I. Pet I, II. 12. ubi τὸ παρακλήψα Angelorum huc trahit, nec non Psal. CXXXIX, 5, ubi τὸ retro & ante formare, de litera & allegoria exponit. Justitiam Dei magis manifestam eodem modo fieri putat, dum mysteria per τὰ αληθεύματα reprobis occultentur, gratiam vero, dum singulari dono allegorico electis, præsertim ultimis temporibus, revelantur. Præterea salutem hominum hoc studio juvari opinatur, cum & cognitionem rerum divinarum ubiorem det, & credeentes confirmet, & Paganes atque Judæos de divinitate S. Scriptura convincat. Adit totam naturam esse allegoricam, & nihil ferme in illa extare, quod non spiritualiter in Scriptura explicetur; analogiam macrocosmi & microcosmi in eadem toties urgeri; lectorem Scriptu-

re non solum corporeis ad literam noscendam, sed mentis etiam oculis ad allegoriam concipiendam, prædictum esse; Orientalium sapientiam, ad quam se Deus accommodaverit, mysticam fuisse; tautologias quoque & multa, quæ inutiliter in Scriptura narrantur, non rectius excusari posse, quam si pondus corundem in allegoria ostendatur. Speciatim de allegoria V. Testamenti monet, illud tempus talibus proprium fuisse, & a Novo Foedere vel eo nomine distinctum; istud celandis, hoc investigandis arcanis datum; Christum & Apostolos Judæis neglectum allegorici sensus cumulatim exprobrasse, Matt. XIII, 13. 14. Gal. IV, 21. Rom. VII, 1. 2. 1. Cor. X, 1.

Libro II expressa Scripturae testimonia allegat, præfertim Gal. IV, 22. quod prolixè enucleat, omnesque vel minimas circumstan-
tias ejectionis Hagar cum Ecclesia Judaica, præ Christiana merito
repudiata, convenire, indeque Spiritus S. historiam istam narran-
tis intentionem manifestam esse tradit, eaque occasione vulgare
axioma, Theologiam symbolicam non esse argumentativam, ex-
plodit. Affert præterea Rom IX, 7, 10, ubi pari ratione per Esavum
& Jacobum Pontificios ac Protestantes designari conterdit: 1. Cor.
X, 1. u, ubi per finem seculorum, exitum veteris Testamenti intelligi
putat: Psal. LXXVII, 1. 2. seq. coll. cum Matt. XIII, 35. quem Psalmum
ipse integrum explicat: Hebr. XL & XII, ubi nubes testium
ipsi tota allegorica videtur.

His testimoniorum Auctor Lib. III aia minus dilucida & ex
consecutiis petita addit, quibus iis præcepue obviam ire vult, qui
non alias allegorias, quam quas Scriptores S. in N. Testamento ex-
presso agnovere, admittunt. His respondet, pauca a Spiritu S.
clare notata, ut plura quæramus, clavemque traditam, qua reliqua
recludamus: hæc esse mirabilia legis Psal. CXIX, 18, & huiusc sapientia
divinae Prov. VIII, 30. 31. Adducit etiam Eec. I, 9. III, 14.
15. Rom. XV, 4. Luc. XXIV, 25. 27. Ezech. XXXVII, 16. 17. Act.
III, 18. 21. Apoc. X, 7. Col. II, 2. Petr. I, 20. 21. Afferuntur
quoque exempla allegoriarum & personis Biblicis petitarum,
notaturque, Adamum typum esse Ecclesiam Judaicæ legi subje-
cta, sed labentis, Eam Ecclesiam Christianam, itidem labentis,
Henochum Ecclesiam migrantis, Ephraimum & Judam Ecclesiam
Ori-

Orientalis & Occidentalis, Davidem Ecclesiz militantis, Salomonem vero quiescentis, Tandem allato testimonio Psalmi CXXXVI integri concluditur.

Sed cum pleraque hactenus enotata ad allegoriam solius Veteris Testamenti spectent, nostro autem Auctori etiam N. Testamenti scripta allegorica videantur, placuit ipsi, hoc speciatim sub finem libri demonstrare. Quod ita aggreditur: Christum ait fuisse Sapientiam eminentissimam, cui proprium sit plura in recessu habere, quam pandere: facta ejus distingui in σημεῖα, quæ fata Ecclesiæ futura præsignent, τιμῆται, quæ vices hierarchiæ futuras indicent, & δυνάμεις, quæ res abolita hierarchia gerendas prænuncient: conciones fuisse parabolicas, atque adeo ad quoddam allegoriz genus pertinere: totam Palæstinam, omnesque ejus partes, typos Ecclesiæ Christianæ esse, neque minus iter Christi per eandem, typice Ecclesiæ migrationes indicare: Apostolos vero ut Spiritu S. actos, citra dubium futura præsentibus representasse, ideoque eorum doctrinam typum appellari. Hoc consilio afferuntur oracula El. XXIX, 18. coll. cum Matt. XI, 2-6 El. XLII, 1. seq. coll. cum Matt. XII, 16-21. Joh. V, 20. XIV, 10. Joh. III, 31. 34. VI, 60. 63 de Christi factis & dictis; de Apostolorum vero factis Jo. XIV, 12. Hebr. II, 4. deque eorundem dictis Joh. XVI, 12. seq. 2. Petr. III, 15. 16. Hebr. XIII, 21. Postremo ad locum Joh. XVI, 25. respondet, hæc de ultimis N. Testamenti temporibus intelligenda esse, quo demum allegoriae defineat.

Accessit libro huic alias ejusdem Auctoris, sub titulo *Mysterii SS. Triados*, quod Auctor allegoriæ saecula fundamentum esse censet. In hoc nova methodo explicando totus est, ita tamen rem aggreditur, ut oppugnare rectius quam demonstrare sanctissimum istud mysterium dici possit. Nam eum in opusculo hactenus recensito passim, cum primis p. 25. docuisset, Deum Patrem ad V. Testamentum solum pertinere, Filium complementum ejusdem esse, & Spiritum Sanctum in V. Testam. non fuisse, nunc remoto sapientia mysteria sua pandit. Sententia ejus de S. Triade summatim hæc est. *Quemadmodum anima hominis ad imaginem Dei trini condita, Gen. I. 26 27, constat tribus distinctis facultatibus, Intellectu, Judicio & Voluntate, eisque finitis, quæ tres*

D d d 2 facul-

faeukates unam constituant animam : ita Essentiam Dei contineri hisce tribus subsistentiis , Intellectu , cui propria sit conscientia & præscientia, Judicio,cui propria sit sapientia & veritas,& Volunta- te , cui competitat potentia & charitas, eisque infinitatis, quæ tres sub- sistentia unam Dei essentiam similiter absolvant. Adeoque per tres personas divinas , Patrem , Filium & Spiritum S. in sacris literis intelligi Deum , 1. qua Intelligentem , hoc est, qua semet ipsum (ju- dicium suum & voluntatem suam, sapientiam & potentiam, veri- tatem & charitatem , Filium & Spiritum S.) plene perfecteque co- gnoscentem, & manifestationem sui ipsius similiter præoscentem ab æterno , atque hanc sui manifestationem in tempore sufficienter prænuntiantem,cum per promissionem,tum per typos & figuras ve- teris Testamenti : 2. qua Judicantem,hoc est, recte ab æterno æti- mantem statuentemque, se esse verum Deum & vitam æternam , & decere sese , ut tales, manifestare, idque adeo in tempore secun- dum promissionem Patris , tam vere quam sapienter demonstran- tem ac comprobantem per Jesum Christum , hominem cum sapien- tia sua arctissimo atque indissolubili nexu junctum , eumque ra- to tempore mortuum & suscitatum, ad justificationem peccatorum : 3. qua Volentem, hoc est, præscientiam & veritatem suam,Patrem & Filium , ab æterno enixe amantem , eumque amorem in tempore potenter exserentem , per charismata sua, propter justitiam Filii in Novo Testamento effusa , ad vivificationem , vel sanctificationem peccatorum , cum ex Judæis,tum ex gentibus electorum, qui vera promissionis & veritatis fide Patrem & Filium glorificant. Hinc Auctor in hoc & præcedenti libro dicta Scripturæ S. omnia, quæ de Patre & Filio agunt, in hanc sententiam explicat, ut neutiquam per- sonas divinas, sed per illum prædictiones rerum futurarum,per hunc veritatem clare manifestatam intelligat. Non igitur est, quod Auctor conqueratur, se inter adversarios SS. Triados connumerari, cum re ipsa eam evertere allaboret , passimque , cum primis p. 36, 38, 46, 70, 80, plures in Divinitate personas dari neget , doceatque, quotquot de Trinitate , Patre, Filio & Spiritu S. in S. Codice oc- currant phrases , ἀνθρωπα γε esse positas „Deumque ad captum humani ingenii se composuisse.. Tribus vero Dissertationibus Tri- da suam demonstrare tentat. Et prima quidem tradit , mysteri- um

um trium in uno non esse impervestigabile, sed potius esse γνω-
τόν istud Rom. I, 19. satis Φανερόν, nec indecens esse, Theologum
illud ipsum timari, quin potius omnibus injunctum mandatum
que; voces autem personæ & essentiaæ in eodem prorsus noxias
esse, meritoque abrogandas. Secunda in Mierocosmo, qua cor-
pus & animam, hujusque præsertim tres facultates; in Macrocosmo
vero per coelum, lucem, & aerem, Triada manifestatam ac repræ-
sentatam, affirmat. Tertia ex convasatis quibusdam dictis Biblicis
hypothesin Auctoris stabilitum it, reliqua vero omni arte ita dis-
torquet, ut Servator noster merus homo videatur, in quo veri-
tas divina se luculentissime, juxta prædictiones in V. Testamento
factas, demonstraverit, Filii autem appellatio & generandi phrases
mere allegoricae censeantur. Atque haec est Allegorica ista Tri-
as, cui statuminandæ universum opus τὸν ἀλληγορικὸν ser-
vire videtur. Adjecit Auctor sub finem testimonia Theologorum
quorundam, maxime Wesseli Groningensis, quem plane consen-
tientem sibi gloriatur.

THE DUTY OF INFERIORS TOWARDS
their Superiors &c.

i. e.

OFFICIUM INFERIORUM ERGA SUPERIORES,
quinq[ue] discursibus practicis expositum; quibus prefixa est
Dissertatio de Jure Principum Divino. Auctore
WIEH. NICHOLS, T. D.

Londini apud E. Evets & T. Bennet, 1701, in 8.
Constat plagi. r7.

Officia Inferiorum erga-Superiores expositurus Rev. Auctor,
conclaves quinque a se subinde habitas in hoc libello exhibit,
quarum prima ex Rom. XIII, 5, quid civēs imperantibus; altera
ex Coloss. III, 20, quid liberi parentibus; tertia ex Coloss. III, 22,
quid servi dominis; quarta ex Coloss. III, 18, quid uxores maritis;
quinta ex 1 Thess. V, 13, 14, quid auditores doctribus suis atque pa-
storibus debeant, eruditæ explanat. Quamvis vero sacros ejus-
modi discursus in Actis nostris recensere, in more nobis positum
D d d 3 haut

haut sit, hujus tamen libri mentionem facere vel solius præfationis causa non dubitavimus, utpote quæ de divino Principum jure accurate agit, & ea, quæ in prima concione brevius pertractantur, latius deducit. Includit autem laudatus Auctor rem omnem tribus præsertim aphorismis, & cum ratione vel inventionis, vel institutionis, vel designationis, juris divigi aliquid dici posse adfirmasset, præcipuas imperandi artes non a populo, sed ipso Deo inventas esse, primum ostendit. Licet enim Lucretius aliique Gentilium olim crediderint, sponte sua genus humanum sub leges atque jura propterea cecidisse, quod ex bellis perpetuis languesceret; potius tamen magistratus originem Deo adscribendam esse dicit, qui cum de rebus levioris momenti, uti de victu & amictu, primis parentibus prospexerit, ea, a quibus omnis vita tranquillitas dependet, multo magis illos docuisse videatur. Istorum nimis sententiam, qui utilissima ac præstantissima quæque non simul cum genere humano originem cepisse, sed multis demum post annis forte fortuna excogitata fuisse autumant, vanam ac sacrae Scripturæ contrariam esse ait, quæ quod Deus omnibus rebus, quibus vita hæc beatæ efficitur, hominem principio statim instruxerit, nos doceat. Urget præterea, Numen ter optimum maximum religionem hominibus revelasse, quæ uti æque ac imperandi ratio & necessaria & difficilis sit, ita hanc perinde uti illam a Deo primum profluxisse statuit, præsertim cum imperantium potestas religionis pars quædam esse videatur, ac utraque tam arcto vinculo conjuncta sit, ut ab invicem nequaquam separari possint. Tempus autem, quo regnandi arte homines a Deo fuerint imbuti, in ipsam Adami etatem rejicit; id quod tum Caini exemplo confirmat, cui Deus jam ante fratris cædem Genes. IV, 7 poenam minitatus fuerit, tum prisca Gentilium traditione illustrat, qua mortales in seculo aureo iustitiam ab Astræa didicisse fingebant.

Deinde supremam imperantium auctoritatem non a populo, sed ipso Deo, ratione quoque institutionis originem trahere, eosque adeo munus suum divino jure exercere, exinde Nicholsius comprobat, quod & sacrae litteræ Prov. VIII, 15. Ps. LXXV, 67. Jes. XLIV, 28. Rom. XIII. aliisque in locis id expresse adstruant, & imperantium leges conscientiam obligent, & magistratus vita necis-

que

que jure gaudeat, quod cum populus non habeat, in alterum con-
ferre non possit. Evidem objici hic a multis multa monet, im-
primis illud, quod Apostolus i Petr. II, 13 *κτίσιν ἀνθεπίνη*
adpellet magistratum; verum cum ostendisset, phrasin hanc ambi-
guam admodum esse, & Apostolum τὸ ἀνθεπίνορ ποτίους *παντα-*
τικῶν opponere, constitutiones a mundanis ethnicisque regibus
protectas respiciendo, rem alterius Apostoli dicto declarandam
esse censet, qui ad Rom. XIII, non esse potestatem nisi a Deo, cla-
rissimis verbis adfimet. Pari ratione eorum sententiam refellit,
qui imperantibus a populo auctoritatem conferri ideo censem,
quod absque consensu illius nemini imperium gerere juste lice-
at. Quamvis enim hunc consensum ad legitimū regīmen requiri
non inficias eat, eo tamen populum solum declarare monstrat,
quod auctoritati a Deo imperantibus concessā lubenter se submit-
tat.

Denique summos imperantes ratione designationis quoque
divino jure uti, singularique Dei providentia juvari atque conser-
vari docet, quod illud & sacra Scriptura adserat, & providentia,
quod Deus mundum moderatur, evincat, & sapientissimorum ho-
minum, Gentilium pariter ac Christianorum, testimonia confir-
ment: quibus ex Homero, Hesiodo, Menandro, Platone, Xe-
nophonte, Cicerone, Irenaeo, Tertulliano, Gregorio Nazian-
zeno, Augustino aliisque auctoribus prolatis, hanc de jure Princi-
pum divino sententiam liberæ nationis jura nequaquam infringere,
Deum imperantes providentia sua magis, quam alios tueri, pri-
mamque reipublicæ formam monarchicam fuisse adfimat, tan-
demque ostendit, eos, qui has opiniones foveant, non ea malitia
esse, qua a quibusdam ipsis adfingatur.

EXEGESIS PHILOLOGICO-THEOLOGICA PSAL-
MI Decimi sexti. Autore DAVIDE HOLZHALBIO, in Sche-
la Patria Tigurina Professore Biblico.

Lugduni Batavorum, apud Jordanum Luchtmans, 1702, in 4.
Plag. 20.

Foetus hic juvenilis quidem, sed admodum formosus est, quo
Clarissimas Autor eruditioñem suam Academicam publico
speci-

specimine apud Lugdunenses Batavos, sub celeberrimorum Theologiarum Professorum, Jacobi Triglandii, Johannis Marckii & Herm. Witsii præsidio, luculenter comprobata dedit, ac singularem in exponendis sacrarum literarum oraculis dexteritatem universo quoque orbi nunc palam exhibuit. Et Psalmum quidem hunc, quem explicandum sibi sumit, nec de Davide cum Judæis & Judaizantibus, nec cum aliis de Ecclesia, nec pro diverso respectu modo de isto, modo de hac intelligi posse, admittit; sed principaliter potius, literaliter, ac primario in eo Messiam loqui ait, quanquam honori Messiae nihil penitus detrahi concedat, si verba ejus ad vera simul & viva Ecclesia membra, quale etiam David, applicentur & accommodentur. Unde argumentum ejus facit hoc, quod Filius Dei, constitutus jam a Patre victima pro peccatis totius mundi, roget eundem, velit ipsum servare, quo devicta morte, hostibusque cunctis superatis, Ecclesiam valeat colligere. Et quia id ipsum firmiter sibi ex Dei Patris benevolentia potentiaque persuadeat, securum cum esse in mediis malis ipsaque morte, ac velut πρὸ τῆς νίκης canere ἐπινίκιον, affirmat. Sunam vero istam mentem sigillatim probat ex Apostolica autoritate Petri & Pauli, illius Hierosolymæ, Act. II, 25-31, hujus Antiochenæ Act. XIII, 34-37, hunc Psalmum ad resurrectionem Christi comprobandam allegantium: deinde ex Psalmi totius σύναψει & connexione: porro ex sublimitate rerum in eodem obviatur: denique ex ἀληλυχίᾳ locorum, quorum unum producit Psalmus huic parallelum, caput puta Johannis decimum septimum, ubi habeatur oratio, quam Christus effuderit inter eundum, cum tempore passionis instantis ad hortum Gethsemane contenderet. Nam quod optimus Salvator in praesenti Psalmo oret ac optet, ut in passione & morte conservetur, id ipsum ibi vocabulo glorificationis exigi arbitratur. Quod de obedientia sua heic ille concionetur, id ibi hisce verbis exprimi: manifestavi nomen tuum hominibus. Quod heic de propensa erga sanctos & magnificos suos voluntate & passione pro ipsis predicit, id eum ibi ita eloqui: Ego pro iis sanctifico me ipsum, ut sint & ipsi sanctificati in veritate. Tacemus reliqua. Partes Psalmi duas constituit, priorem Christi cum malis collectantis ejulationem, v. i. seq. posteriorem ejus-

MENSIS SEPTEMBRIS A. M D C C I I. 401

ejusdem e malis eluctantis jubilationem, v. 5. ad fin. In parte priori hanc observeare jubet propositionem: *Serva me DEUS!* quæ confirmetur argumentis a fiducia, v. 1, a decenti subjectione v. 2, a fine, bono nempe in sanctos, quibus Christi meritum paretur, offeratur & conferatur, redundaturo, v. 3.4 petitis. In posteriore parte enumerari refert bona a Patre Messiae data dandave, quorum alia ipsius subditos, alia Messiam ipsum respiciant. De subditis in regno gratia duo celebrati, dominii proprietatem, & peculii amoenitatem. De seipso autem Messiam grato animo commemorare Dei gubernantis consilium, v. 7, sustentantis auxilium, v. 8, & hinc exortum solidissimum gaudium, v. 9. Effecta horum statuit resuscitationem ex mortuis, vitaque perpetua ac latitiae aeternae donationem, v. 10,11. Singula haec exegesi primum Grammatica, quam verborum proprietas & phrasium qualitas exigit, ac deductione postmodum Theologica uberioris declarat. Nos aliqua speciminis in vicem delibabimus. In titulo, pro cuius *אַוְדָתִיא* pugnat, vocabulum *מִזְבֵּחַ* de aureo insigni, ornature ex purissimo auro contexto interpretatur, & hanc translationem postulare monet non thema solum simplex, unde istud descendat, quod fit *מִזְבֵּחַ*, massa auri nativi, cocti & mundissimi; sed materia etiam subjectæ dignitatem, quæ tanta sit in sacro isthoc carmine, ut potiori jure, quam Pythagoræ aut aliis cujusvis veteris carmina, aureum id appellaveris. In vers. 4 idololatras insinuari docet, Gentiles pariter ac Judæos, quorum libamina *ex vel de sanguine*, aut sanguinea vocari observat ideo, quod Gentilium *אָרֶז*, tumuli, maria sanguine cæsarum victimarum rubuerint, & feralis *אַוְדָתִיא* ritus apud ipsos tantum non in consuetudinem abierit; Judæorum vero sacrificia sanguine innoxio fraude & violentia nequissime fuso, commaculata, & sine fide, cum perversa opinione, quod per se valeant ad satisfactionem pro peccatis, oblata fuerint. vers. 6. verba: *funes ceciderunt mihi in amoenitatibus, ex antiquo more illustrat, juxta quem agri mensores debitas terræ portiones funiculis suis metiri docti fuerint.* Per amoenitates vero Ecclesiam ex Judæis & Gentibus Christo collectam intelligit, totaque phasi latitudinem simul & præstantiam hereditatis Christi designari addit. *Conflito Domini* v. 7. celebrato duo momenta

Ecc

tri-

tribuit. Primum æternum , quatenus Pater Filio redēctionis opus injunxerit ; & alterum, quod idem in tempore tum per quiescentem super ipso Spiritum, tum per externas revelationes , tum per internas fugitiones suppeditarit. *Castigationem renūm* ibidem allegatam ita exponit, ut Messiam demonstrare doceat , corpus suum adeo semper ordinatis instructum fuisse motibus, ut animam ne quidem de nocte, sive propria , concupiscentiæ cæteroquin exercenda accommodata , sive impropria , ultimæ ἀγωνίας, ad malum extimulaverint aut seduxerint, sed mentem potius in appetitu recto juverint, imo coercuerint per motus metus & σωΦροσύνης plane contrarios concupiscentiæ carnali. Per obviam in v. 10. vocem ΛΙΝΩ sepulchrum indigitari existimat.

D. *HIERONYMI WELLERI A MOLSDORF*
Opera omnia.

Lipsiæ, apud Stockium & Emmerichium, 1702, fol
Constant Alphabetis circiter 30.

Hieronymi Welleri, Theologi per varias tentationes exercitatis simi, scripta divinum prorsus Spiritum referentia dudum est, quod temporum injuria conspectui homitaum fere subtraxit, usque adeo, ut celeberrimæ etiam Bibliothecæ vix unum eorum alterumque in forulis suis reconditum aſſervarint. Et quamvis Serenissimus Saxoniz Elector AUGUSTUS eadem, in certos tomos digesta, suis olim suuntibus in lucem denuo protrahere decreverit, atque eapropter mandata jam peculiaria hominibus huic negotio idoneis impertitus fuerit, mors tamen optimi Principis spem isthanc decollare fecit. Imo nec *Antidotum* quidem, quod vocavit Autor , & aliud paracleticum opusculum, quod suis animadversionibus locupletatum publicis usibus Magnificus D. D. Jo. Frid. Mayerus dare sibi proposuerat, ob varia præclari hujus Theologi negotia, prælo committi orbique velut innovatum sisti potuit. Quamobrem eo magis habemus, cur nostris his temporibus gratulemur, quod typis adeo elegantibus, ordine tam concinno, & quod rei caput est, numero tam perfecto, desideratissima hæc opera piis quibusque atque eruditis talium æstimatoribus redditæ sint.

In

In duos autem ea tomos dispartiri visum est, quorum alter scripta Latina, alter vero Germanica complectitur. Ille commentarios primum in libros Sacri Codicis, & selectiora aliquot illius dicta exhibet, utpote in Librum Samuglis & Regum utrumque, in Job. XXIII, 2.3, & Cap. XXILX, 13, in plerosque Psalmos Davidicos, in dicta quædam ex veteri novoque Testamento selecta, in Epistolam D. Pauli ad Ephesios, & ad Philippienses, in utramque ad Thessalonicenses, ad Philemonem, priorem & posteriorem Petri, Jac. V, 13, & Apoc. XIV, 13. Sequuntur dehinc enarrationes pericoparum Epistolico-Evangelicarum, quæ diebus sacris festisque exponi per annum consueverunt. Explicationes porro capitum quorundam Christianæ religionis præcipuorum, de passione Christi, de fide, S. coena, libero arbitrio, infirmitate Sanctorum, invocatione Sanctorum, de conjugio, de piis ex hac vita emigrantibus, de cœmeteriis, epitaphiis, eclipsi Solis ante diem novissimum. Opuscula peculiaria de officio Episcopi & virtutibus ejus, de officio & virtutibus Diaconorum, auditorum verbi, magistratus civilis, de jure regio, de officio subditorum, maritorum, uxorum, parentum, liberorum, patrum & matrum familias, servorum, ancillarum & operariorum, juniorum, viduarum, praecettoris, discipuli. De oratione ad Deum. Antidotum adversus tentationes omnis generis, quibus pia mentes exerceri solent. Historiae quædam Martyrum, e. g. Polycarpi, Luciæ Virginis, Chrysanthi & Dariæ, Anastasiæ, Agnetis, Mauriti & siorum, aliorumque. De modo & ratione concionandi. Ratio formandi studii Theologici. Duæ disputationes inaugurales pro Licentia & Doctoratu Theologico, quorum illa, sub Lutheri præsidio habita, dictum Dan. IV, 34 explicat, hæc vero propositiones varias de fide, deque lege, complectitur. Varia judicia de D. Luthero, Phil. Melanchthon, Justo Jona, Crucigero, Pomerano, atque aliis: ut præfationes & precatio[n]es singulares silentio prætereamus. Argumenta denique claudunt epistola, cum a Wellerio ad alios, tum ab aliis ad Wellerum scriptæ, quarum equidem pleræque passim jam antea typis expressæ fuerunt, sed & non paucæ ex autographis Authorum aliisque manuscriptis exemplaribus primum heic publicatae sunt. Alter tomus opera Welleri Germanica continet, non ea

quædem, quæ ab aliis ex Latino idiomate translata fuerunt, sed quæ ipse sermone vernaculo concepit. Et in his ordine dispensendis eadem, quæ in priori tomo, methodus observata est, primum locum occupantibus iis commentariis, qui vel libros Biblios integros, vel certa quædam dicta respiciunt, Genesin nimurum, Exodi partem, Bileam historiam ex Num. XXII, Jobum, aliquot Psalmos, dictaque Psalmorum primaria, Cantici præcipuos textus, Jesaiæ item, Jeremiæ, Ezechielis, Danielis, Hoseæ, Amos, Jonæ, Michæ, Nahum, Habacuci, Zachariæ, Malachiæ, dicta classica, locum Sir. XL, 1.2.3. & orationem Manasse, & ex Novo Testamento loca quædam Evangelistarum, Paulique & reliquorum Apostolorum. Hinc sequuntur articuli fidei Christianæ potiores illustrati, puta de nativitate, passione, morte, descensu ad inferos, resurrectione Iesu Christi, de Deo triuno, seu commentarius in Symbolum Apostolicum, brevis expositio præcepti primi, doctrina de sacramentis, &c. Accedunt variorum exemplorum ad ædificationem facientium farrago, præfationes diversis concionibus, libellis & tractatibus præmisæ, præservativum contra pestem ex Scriptura Sacra, canticorum aliquot ecclesiasticorum expositiones, & quæ alia. Sub finem rursus variæ Welleri epistolæ, & ea maximam partem consolatoriz leguntur. Sicut autem jam dñli in Actis nostris (mense Junio 1700, p. 296,) augurati sumus, opera hæc verbi divini ministris & sacrae Theologiz cultoribus utilissima fore, ita ne nunc quidem a sententia hac recedimus, & si dem nos nuspia non inventuros esse, certo nobis pollicemur.

Quibus autem volupe fuerit, plentissimi Theologi, a cuius industria singula hæc scripta profecta sunt, natales vitamque integræ cognoscere, ii satisfactum sibi sentient in prolixo satis recensu, qui tomo primo inter alia præfixus est a docto quodam Viro, q. i. nomen suum non nisi initialibus literis B. K. innuere consultum duxit. Nobili Wellerus noster stemmate ortus est, ex generosissima videlicet Molsdorfforum stirpe, & anno 1499, die 5 Septembris lucem adspexit Freibergæ. Numburgi artibus liberalibus in schola triviali imbutus, Academiam post Wittebergensem salutavit, ubi Græcarum quam maxime literarum notitia inelauruit. Verum malitia tutorum ejus, qua ii prædia Welleri vili nimis

MENSIS SEPTEMBRIS A. MDCCII. 405

mis pretio distraxerant, ad inopiam ferme redactum eundem studia Academica immature abrumpere coegerunt. Cognatorum tamen consilio & beneficentia adjutus, Wittebergam repetuit, Juris studio vacatus. Tum vero Academica, quam multi putant, libertate, & malorum, ut ipse conqueritur, consortio in vitiiorum devia abruptus, ad exitium perrexisset suum, nisi B. Lutheri fulminans in peccatorum gravitatem virtus eum perculsum attonitumque reddidisset. In Lutheri itaque convictum transit, & eum tanquam patrem reveritus, ac ab ipso vicissim tanquam filius dilectus est, adeo, ut ex illius exemplo, quod per annos octo ante oculos habuit, alium plane spiritum aliosque mores Noster sumeret. Doctoris dignitatem A. 1535 a Facultate Theologica obtinuit, Decano Luthero, Promotore D. Jona. In sequente anno ex generosa Steigiorum stirpe Annam in matrimonium duxit. Wittebergae ut plurimum ex eo tempore commoratus, sed aliquando tamen & in aula Principis Anhaltini versatus est. Interea Freiberga, & Pontificiis erroribus purgata, coelesti veræ religionis luce resplendens cœperat. Patria ergo filium suum reposcente, autoritate Henrici Ducis Saxonæ, ad suasum Lutheri, a Senatu Freibergensi Wellerus primus ibi Theologiae Professor constitutus est. Scholam ille tunc trivialem in Gymnasii florentissimi fastigium sua eruditione evexit. Singulis enim diebus per unam horam in auditorio superiori docuit, variasque de controversiis fidei articulis disputationes instituit. Quibus exercitus non tantum civium filii literis dediti, sed & ministri Ecclesiæ, aliquique viri docti, tumque etiam ex aliis locis huc affluentes studiosi interfuerunt, adeo, ut sapienti mille auditores & ultra docentem circumfuxerint. Ecclesiasticam vero cathedram nunquam ascendere ausus fuit, se necessariis sacro oratori dotibus destitutum questus. Att nihilominus virtutis ipsius & eruditionis fama longe lateque sparsa multorum admirationem & favorem ipsi peperit, ut plurimi Principes atque urbes eum sibi Doctorem effugitarent. Sed evocatum a Maximiliano II Imperatore, cui quosdam libros dedicaverat, Christiano II. Danorum Rege, & Senatu Norimbergensi, & Academia Lipsiensi, patriæ amorem & quietem poscens corporis imbecillitas retinuit. Natas duas totidemque matos ex uxore Anna Steigia genuit. Casterum cum

cum variis subinde gravissimisque temptationibus conflictari necessum habuit, quæ ipse etiam effecerunt, ut postremis vitæ annis missionem peteret obtineretque, non amore etii, sed ut liberius cum Deo ageret, afflictis tentatisque, a quibus certatim adibatur, solatio aspiceret, precibus etiam assiduis & commentando intra musei claustra publice prodesset, ac se se ad beatum ex hac vita transitum ad meliorem rite præpararet. Contigit hic ipsi, apoplexia correpto, cum annos tres supra septuaginta exegisset, anno 1572, die 20 Martii, postquam præcedente vespere plura de morte beata, æternâ vita & felicitate electorum, suaviter disservisset, lectumque & somnum latus petuisset. Corporis exuvias templum cathedralē Freibergense fovet.)

Quemadmodum itaque ex modo dictis constat, Wittebergensem Academiam sibi hunc Theologum non unis nominibus merito vindicare posse; ita hæc erga beatos ipsius Manes memorem se adhuc grataenque exhibuit, dum operum ejus editioni præsenti benignam præfixit approbationem. Sed prolixa magis est eruditissima Summi hodie in Aula Electorali Saxonica Theologi, *Samuelis Benedicti Carpzovii*, præfatio, in qua, posteaquam occasione tot temptationum, quibus Wellerum exercitatum subactumque ante memoravimus, de temptatione, juxta Lutheri effatum, una cum oratione & meditatione Theologum faciente solide disservisset, de Nostro judicium adeo exactum fert, ut, quin istud huc derivemus, temperare nobis haud valeamus. Deprehensurum nempe Lectorem ait in his scriptis Theologum, in penetrandis Scripturæ sensibus profundum, in excitanda pietate precibusque devotum, in confirmandis dogmatibus solidum, denique in erigendis affictorum animis salutaris succi plenum. Evidem haud ire vult inficias, in hodiernis bonorum autorum commentariis omnes Scripturæ particulas distinctius resolvi, sensum uberiorum e contextu declarari, & collato locorum parallelismo emphases vocum curiosius velut enucleari; præterea rejectis per idoneas rationes aliorum, tum veterum tum recentiorum, sententiis confirmari; denique & vindicari contra adversariorum strophas copiosius, quam in his Welleri lucubrationibus factum deprehendatur. Non tamen ideo improbadum addit piorum Thæologorum laborem, qui paraphra-

phrastico fere commentandi genere usi, inque verbis Spiritus Sancti non tam verba fuerint sectati, quam spiritum ipsum & vitam exhibuerint. Sic enim sibi persuadet Magnificus Carpzovius, quotquot Welleri istos commentarios legerint, plane ad Lutheri genus elaboratos, mentem Spiritus Sancti sic expressam deprehensos esse, ut, quod alii laudabili diligentia eruerunt, eadem facilitate assicutum eundem videant, nisi quod ipsum ἐνέμα seu inventum sensum divinum petius, quam media, quibus usus eundem indagavit, diserte representet. Evidem fore fortean alacubi, ubi a consueta Ecclesiarum nostrarum phrasí recedere Wellerus videatur. Sed & per pauca ea esse, &, si æquus fuerit interpres, nil a sensu Ecclesiæ alienum continere respondet. Duo ex his loca annotat. Qui nimirum meminerit, quæ Eutychis olim fuerit de persona Christi sententia, unanimi Ecclesiæ judicio rejecta, affinem illi fuisse beatum Virum suspicaturum, cum in Symboli Apostolici explicatione naturas in persona Christi non unitas modo, sed *permixtas* scribat, (Tomi Germanici Parte II. p. 22. a.) quas tamen ἀσυγχύτως unitas Christianorum fides teneat. Adhibuisse vero Wellerum respondet vocem, qua Irenæus, Nazianzenus, Theodoreus, & ex Latinis Tertullianus, Cyprianus, Vigilus, Augustinus, Boetius, Casianus, Bernhardus usi, non ad confusionem aliquam naturarum, sed unionem arctissimam ac intimam penetrationem significandam, qua tota plenitudo Divinitatis habet in assumta carne, eo modo, quo ignis penetrat ferrum, & undique ei, sine confusione tamen naturæ ferri & ignis, miscetur, ut nulla pars ferri expers sit ignis; vel quomodo anima totum corpus permeat, & sine confusione naturæ sic ei miscetur, ut nihil sit corporis, quæ illi insit anima. Interim ut priscos illos religiosis Christianæ Antistites nemo Eutychianismi accusaverit, licet phrasin usurparint, que postea errorem suum expressit Eutyches; sic Wellerum, ubi de mente sana conset, ab heretico labo immunem penitus agnoscit. Deinceps cum de Petro scribat Noster, virtus cum infirmitate carnis Christum abnegasse, nec fidem tamen, nec dilectionem ejus erga Christum profusa in ipso existimat fuisse, sed mansisse linum fumigans, unde post Spiritus Sanctus in die Pentecostes ingens incendium excitaverit;

(Ex-

(Explicat. Pf. CXLV. Tom. German. Parte I. p. 728 a.) videri eum a partibus Bezae, Walei & Masonii stare, qui, ut evincant, electos non posse fidem amittere, exemplum Petri, quo istud dogma penitus evertatur, clevent, quasi ejus abnegatione non amissa fides fuerit. Sed mirum haud esse dicit, | antequam adversariorum factio illud dogma suum faceret, securius locutum Wellerum; mentem tamen haud dubie sanam ipsi fuisse inuit, cum haud neget extinctam in Petro fidem, sed subito asperitu Christi redaccensam statuat, sicut lucerna venti adversi halitu extincta (quod simile sit Dannhaueri,) altero halitu cœconomi statim repensemetur: ita Petrum puncto desertum, puncto renovatum esse. Nullum tamen se ambigere, si ævo, quo Wellerus vivebat, error iste Calvinianorum ea animorum contentionem, ea pertinacia, qua postea defensus fuisset, aliis cum verbis mentem suam fuisse elocuturum. Denique, si quid forte, cum res gestas veteres recenseat, circa fidem historiaz, vel in judicio de miris quibusdam sui temporis eventibus desiderari posit, non exprobrandum venire ait Viro pientissimo odiose, cui non ~~angustias~~ sectari ubique, ubique vero pistatem promovere propositum fuerit. Patere autem ex hoc exemplo, non illico injurios esse in famam meritisimorum Theologorum, qui ante motas lites securius forte locutos eos perhibeant. Homines enim nos esse, quibus non datum fit, prævidere omnia, quæ τῶι σεβλήστων improbitas turbatura fit. Neque sane ex una alteraque phrasi, quæ forte minus commoda aut heterodoxis faventior videatur, judicandum esse probæ monetæ Scriptorem, sed ex doctrina, quam alibi inculcat, iis potissimum in locis, ubi ex instituto argumentum tractet. Famae potius bonorum virorum detrahi ab iis, qui incommodam locutionem, si quæ per ineutiam exciderit, in patrocinium erroris trahere haud vereantur.

Sed minime pritereundus tandem est, cuius curæ atque studio singula hæc lucem ordinemque debent, Editor *M. Christopherus Fridericus Lämmelius*. Is eniun singulari prorsus erga opera Welleriana amore ductus, omnem movit lapidem, ut integra ea comptaque & perfecta in lacem prodirent. Nullis ergo percit sumtibus, nullas detrectavit molestias, itinera quoque ad

ur-

urbes academiasque satis disritis suscepit, & Bibliothecas per-
reptavit plurimas, ut editioni huic nihil penitus deesset. Idem
& complura addidit, quæ ad ornatum & commendationem ope-
ris conferre quiequam posse arbitratus est. Unde tot Theolo-
gorum Virorumque aliorum celebrium elogia judiciaque de Wel-
lero, Latina pariter ac Germanica coacervavit; Epitaphia ejus retu-
lit; sex Chronosticha, ejus vitam, ætatem ac mortem breviter
complexa, & autore Michaeli Hempelio concepta repetit; Con-
cionem funebrem a M. Samuele Gauchio, Pastore & Superinten-
dente Freibergensi habitam, aliaque ejusmodi addidit: nec de-
mique indices accuratos desiderari passus est. Liberalitatis quo-
que, gratiarum & benevolentiarum, sibi in colligendis hisce scriptis occu-
pato præstite, haud immemor, ad Principes Serenissimos atque
Comites S. R. I. Celsissimos, quorum gratia editio hæc proces-
sit, itemque ad Ministros Principales Excellentissimos, & Viros ce-
leberrimos, de eadem immortaliter suo adjutorio commeritos,
humillimam debitamque gratiarum actionem direxit.

*DISQUISITIO DE SUBSTRATIONE ET PIGNORATIONE**Vestium. Autore JO. NICOLAI.*

Giesse, apud Henningum Müllerum, 1701, in 12.

Plag. 6.

Quemadmodum eruditissimus Autor (qui Antiquitatum hodie Professorem & Contubernii Rectorem Tubigensem agit,) ante paucos annos de *Phyllobolia, seu sparitione florum in ingressu Principum solenni*, tractatum luci publicæ dedit, ea opinione & mente, ut locum Matth. XXI de Christi in urbem Hierosolymitanam ingressu illustraret, simulque ritus varios Gentilium in me-
diuum produceret, ex quibus facile licet colligere, haud infimum fuisse honorem, quem Regi Christo populus per ramos in via di-
spersos præstiterit: ita nunc eadem instructus mente, ad substrationem vestimentorum pergit, cui vestium quoque pignoratio-
nem addit. Et vestes quidem prætereuntibus Imperatoribus ster-
ni olim solitas, istiusque ritus vestigia & Hebrais nota fuisse, ex
2 Reg. IX, 13. probat. Ast in templis etiam ad aras in Deorum ho-

Fff

no-

norem vestes prostratas, & ad corum genua ac pedes projectas, quin & eorum simulacra his ipsis induita fuisse monstrat, istaque ratione locum Ezech, XVI, 16 illustratum dat. Sigillatum vero Jovis, Junonis, Apollinis, Diana, Mercurii, Minervæ, Proserpînae, Bacchi, Cereris, Saturni, Cybeles, Veneris, Vulcani & Neptuni, sive vestimenta, sive ornamenta recenset atque explicat. Singulari igitur consilio divino factum esse innuit, ut humani generis Redemptor hoc ipso horaore mactatus ab Hebreis fuerit, quem neape Gentes ad agnoscendam ejus divinitatem ac imperium hoc testimonio manuducerentur. Judæos enim ad Gentiles hoc quasi „ direxisse statuit alloquium : videtis heic, nos eundem ritum exerce „ cere, quem vestris Diis Deabusve præstare soletis, quando hono „ ratis illos, & vobis propios esse vultis. Ex qua re facile conji „ cere potestis, nos non simplicem terrenum Regem eum agnosce „ re, sed Mesiam & verum Deum. Apprehendite & vos fide, „ ac excipite eum, ut verum Mesiam & Salvatorem mundi. Soiti „ ad genua Deorum posita fuisse vestimenta, ut signum pietatis, & „ misericordia impetranda; quod & nos perficimus. Offerimus „ ipsis vestimenta in signum humilitatis, quam exercere omnes debent, qui participes hujus Messiae fieri desiderant. Offerte & vos „ vestes vestras maculatas peccato, & querite misericordiam, tunc etiam erit vester Salomon, Princeps pacis. Præterea Sacerdotes idololatricos non pellibus solum mactatarum hostiarum pro vestimentis uti, sed & iis in templis Deorum incubare, & super iis somnia rerum futurarum prænuncia captare consueuisse ostendit; atque exin denuo mysticum significatum studio turbæ Christo vestimenta substernentis tribuit, ita eam loquentem ad Gentiles intro „ dueens: nostis, quod Sacerdotes vestri coram idolis vestibus & „ pellibus incubuerint, somniorum inspirationumque capiendarum „ causa, quæ voluntatem Deorum indicarent, quid factum velint „ sibi. Jam autem & nos quasi vestibus incubamus ante pedes hum „ jus cœlestis & omnipotentis Dei, humiliime petentes, ut Spiritu „ suo Sancto illuminet intellectum nostrum, ut & ea perficiamus, „ quæ Spiritus veritatis nobis revelaverit. His ita pertractatis, ad vestium pignorationem accedit, deque hac ea occasione agit, quod Dens Amos II. g. admodum in Israélitas super vestimentis pigno

pignoratis accumbentes invehitur. Quo quidem in loco expli-
cando haud cum iis facit, qui per vestes pignoratas intelligunt ve-
stimenta pauperum pro pignore oblata, nec cum iis, qui moechis
sunt adulteris tanquam prostitutæ pudicitæ notam a Judicibus tri-
butas vestes heic indicari credunt, sed viam calcans prorsus ali-
am, vestimenta pignorata dicit illa, quæ Diu oblata & consecra-
ta fuerint, cumque &c in conviviis vestes hospitibus accumbentibus
substernere mos tulerit, eos heic taxari refert, qui ex vestibus, quas
idolis iniciati dicarint, sedilia seu cubilia confecerint, vel fornicationis,
vel epularum causa, istoque pacto Gentiles manifeste imita-
ti fuerint.

NOVA LITERARIA.

Quam in Novis Literariis mensi proximo Augusto subjunctis fidem
Lectori Benevolo fecimus, exhibutros nos Programma inte-
grum, quo illustris Academia Vitembergensis solenne Jubileum erat
indictura, eam nunc exsolvimus, dictumque Programma, no-
mine SERENISSIMI ET MAGNIFICENTISSIMI ACADE-
MIÆ RECTORIS, a celeberrimo Polyhistore *Conrado Samue-
le Schurtzleisblio*, Eloquentia in eadem Inclita Universitate
Professore eloquentissimo compositum, omnibus, quibus lubet,
perlustrandum communicamus.

*DEI GRATIA FRIDERICVS
AVGVSTVS IVNIOR, REGI-
VS PRINCEPS, ELECTORATVS
SAXONIAE HERES, DVX SAXO-
NIAE, IVLIACI, CLIVIAE, MON-
TIVM, ANGRIAЕ ET VVESTPHAL-
LIAE, LANDGRAVIS THVRIN-
GIAE, MARCHIO MISNIAE, ET SV-*

*PERIORIS AC INFERIORIS LVSTA
TIAE, PRINCIPALI DIGNITATE
COMES HENNEBERGAE, COMES
MARCAE, RAVENSBERGAE ET BAR-
BY, DOMINVS RAVENSTEINII, ETC.
RECTOR ACADEMIAE VITEM-
BERGENSIS, OMNIBVS ET SINGVL-
LIS, TAM EXTERIS, QVAM INDI-
GENIS, PRAESERTIM EIVSDEM
ACADEMIAE CIVIBVS, GRATI-
AM, ET FAVOREM CLEMENTI-
AM QVE SINGVLAREM.*

*Quod bonum, faustum, felix, fortunatumque sit rei Christianae
in universum, ac in primis patriae communis Germaniae, signissim
Saxoniae, secundum inaugurationis Academiae Vitembergensis
seculum, ritu solenni, et laero infraauratae eruditionis auspicio,
sua et posteritatis causa, celebrandum signi-
ficantia.*

*Adventat tempus, secundo Academiae natali sacrum, quod
cum illius renovat memoriam originis, tum suae quem-
que admonet pietatis, & omnino aeternitatem promittit literis,
quarum hic sedes, beneficio gentis nostrae, ducentis abbatis
annis constituta, et benigne ac liberaliter ad hunc usque diem est
conservata. Quae res ut Dei immortalis providentia contigit,
sic magnum in omnium animis excitavit gaudium, et felicitas
post aliquor menses fruendae desiderium commovit pasim,
et prosperi exitus spe fiduciaque, coetum in primis eruditum magnopere
erexit. Pios enim laudabilesque patrum conatus non frustra-
tur fortuna, neque ulla remoratur difficultas. Nam disiecta super-
riorum temporum caligine, et discussis fuligore tenebris, lumine veri-
tatis*

tatis accenso, in plena luce versantur, ipsumque adeo solem, nulla obducta nube, intuentur. Hoc praesidium est viris, in amore et gratia cum Deo constitutis, coelestique auxilio corroboratis, quorum pectus est domicilium emendatæ virtutis. Iacent Romanis ancile Numae, et ignem Vestæ perpetuum extollant, Graeci Palladium, et in eo arcem propugnaculumque fibi exterritum credant: nos tuiore scuio nosmet muniamus, et devina ope auxilioque freti, animos sincera voluptate, ac perenni laetitia compleamus, nec cives modo, sed exteris etiam, gaudii socios, doctrinæ famam, ex literato orbe excitatos, ad solemnia invitemus. Olim ea quidem praecennis Romani vox erat, ad ludos seculares populum convocantis. Nunc valeat ista Quiritium superstitione, cui omnia semper adversa contigerunt. Nobis ad existimationem publicam nihil gratius, ad honorem gentis nihil pulchrius, ad gaudium nihil efficacius accidere unquam potest, quam si ea, quae in nos divina contulit bonitas, et magna Regis confirmavit benignitas, ad patriae utilitatem referamus, et legum emendatricem, literarumque parentem Academiam, multo et constanti amore prosequamur, illos etiam, qui honori eruditæ sodalitatis favent, ab eaque dignitatis suae accessionem, et novum studiis decus petunt, charos nobis acceptosque fore profitemur. Non hic ancilia e coelo delapsa videbitis: nam ista levitas, et impietatis licentia, ad sacra, et ritus Christianorum non pertinet: non foras et compita ludendi causa circuibitis: alios mores solennis ille congressus depositit: non delubra intrabitis Quiritium, sed aedem, sanctae et castae religioni, instituto Saxonum, dedicatam. Hic patres vos expectant, et pietatis virtutisque ornamenta offerunt vobis, et ultro liberaliterque concedunt: hic praemia divina humanaque merentibus decernunt, in eo sane, et perpurgato divinitus loco, ubi doctrina coelestis non inventa, sed instaurata, Germaniam splendore suo complevit, finitimasque oras, et longinquas regiones pervasis oxyus, ac illustravit. Agite, igitur omnes, quæquæ adfici, animos afferte, Deo, et nostro RECTORIS imperio obsequentes: simul REGIS et EL. Patrique nostri singularem in literatos indulgentiam cognoscere, po-

sterisque commemorate: tum mores comprobate, in primis ad modestiam compostos, ac humanitatem perpolitos, praesertim ante aram, a nostris quondam meioribus, solennis sacri gratia, extructam. Supplicare praecotentis patriae Statori, votisque et precibus coeleste auxilium efflagitate, ut procul bello, in pacis otiumque artibus, tranquilla novi Academiae seculi solemnia, quae decimus quintus Calendarum Novembris afferet, in hac urbe, legum et literarum atrice, celebremus. Quam obrem ut Deo, qui omnia regit, curse simus, conspirantibus ad salutem publicam animis, procamur, atque ut Saxoniam, Regalem perinde, ac Principalem somum, a periculis, et temporum iniuriis defendat, pacemque et tranquillitatem, aequis Europae rationibus, constitutae, et constitutam propitiis conservet, secundis patreie auspiciis, persancte, in sanctissima munera publici perfunctione, Numen obtestamur. P. P. VIII. Eid. AVGUSTI. Dominica V^{III}. TRIN. Anno recuperatae salutis eis I^o CCII.

Cum ex Italia libri novi ad nos tarde admodum hoc tempore deferrantur, ob motus bellicos & intuta itinera, juvat interim indicasse nonnullos, quorum justum recensum instituemus, quamprimum ad nos pervenerint. Nolumus enim Lectorem Benevolum ex silentio nostro augurari, in Italia, bello nunc flagrante, bonarum literarum studia jacere prorsus aut torpescere. En! itaque librorum indicem, quos non ita pridem in lucem publicam produisse, et si nobis nondum visos, ex Amicorum literis compertum habemus.

Cremona Literata, seu in Cremonenses doctrinis & literariis dignitatibus eminentiores Chronologice Admirationes, Auctore Franciso Arisfo, Nobilissima Patria sua Ordinum Conservatore. Tomus I, prisorum temporum monimenta complectens usque ad A. 1501. Parma, typis Alberti Pazzoni & Paul. Montis, 1702, fol.

De Loci Solidis Secunda Divinatio Geometrica in quinque Libros injuria temporum amissos Arisai senioris Geometra, Auctore Vincenzo Viviani, magni Galilai notissimo Disci-

MENSIS SEPTEMBRIS A. M DCCII. 43

Discipulo &c. Florentie, typis Regia Celsitudinis, apud Petrum
Ant. Brigonci, 1701, fol.

Ars Memoria vindicata, Autore D. Jo. Brancaccio, JCto Panor-
mitano. Accesit Artificium Poeticum ad Scripturas Divinas
in prompte babendas accommodatum &c. Panormi, typis Jo-
sephi Gramignani, 1702. 12.

Geometrica Demonstratio Theorematum Hugenianorum circa Lo-
gisticam seu Logarithmicam Lineam, qua occasione plures
Geometrica Methodi exhibentur circa Tangentes, Quadratu-
ras, Centra gravitatis, Solida &c. Autore D. Guidone Gran-
de Cremopensi, Monacho Camaldulensi. Florentie apud Pe-
trum Antonium Brigonci, 1701. 4.

Luca Antonii Portii Opuscula & Fragmenta Medica varia. Nea-
poli ex officina Bulifoniana, 1701. 12.

Della Patria d' Ennio Dissertatione di Domenico de Angelis dell'
Accademia degli Arcadi. Roma, 1701. 8.

Georgii Baglui Specimen quasuoer librorum de Fibra Matrice &
Morbosa. Editio secunda. Rome, sumptibus Jo. Andreoli, 1702. 4.

Commentarii sopra l' Historia della Volgar Poesia, di Gio. Maria
de' Crescimbene, Collega dell' Imperiale Academia Leopoldi-
na, e Custode dell' Arcadia. Roma, 1702. 4.

Francisci Maria Constantini Observationes Forenses, seu Commen-
tarii ad capitavaaria Statutorum Urbis, cum Decisionibus. Ro-
me, 1701, 3 voll. fol.

Josephi Ricci Soc. Iesu Fundamentum Theologiae Morali, seu de
Conscientia Probabilis. Opus, in quo summa concordia & do-
ctrine uniformitas maxima inter omnes Doctores Catholicos, tam
Probabilistas quam Probabilioristas, in assignanda regula bone-
ficiatis &c. ob oculos proponitur. Neapolis, 1702, 8.

Jo. Vincentii Gravine de Ortu & Progressu Iuris Civilis Liber,
qui est Originum primus. Neapolis, 1701, 8.

Petri Marcellini Conradini de Civitate & Ecclesia Setime, olim
Suffice Ponetia, Dissertationes Historicae. Rome, 1702, 4.

Petrusca Picatis Origines, sive de prima Thuscia Christianitate,
Francisci Maria Florentini, Nobilis Lucensis, opus posthumum.
Luce, 1701, 4.

30

Josephis Lanzoni Philosophi & Medici Ferrariensis Exercitatio Medico-Physico-Anatomica de Saliva humana ejusque natura, usu, proprietate. Ferrarie, 1702, 8.

Thecopompi Reginerii de Poesi & Eloquentia Libri duo, sive Prolegomena ad Sileni carmen. Roma, 1702, 12.

Inter eos, qui Germaniae, aut singularum ejus provinciarum, Antiquitates illustrare, aut componere Historiam nituntur, Christianus etiam Junckerus, Sleusingensis in Hennebergica ditione Illustris Gymnasii Corrector Clarissimus, sepiusque in Actis etiam hisce ex merito laudatus, iisque subinde operatus, nomina suum profitetur. Comitatus enim Principalis Hennebergici uberiorem descriptionem justamque historiam molitur: cuius instituti sui stationes, operisque delineationem, ipse nuper edito Sleusingae programmata publice exposuit. Quinque nimurum partibus constabit opus illud, quarum prima Geographicam regionis illius notitiam, altera rerum Naturalium cognitionem, tertia Ecclesiasticam Historiam, Civilem Historiam quarta, & quinta denique Biographiam ac Genealogiam Comitum Principumque Hennebergicorum complectetur. Tametsi vero ad opus illud ex dignitate perficiendum, amplissimo jam apparatu instructus est, impetratis undique manuscriptis aliquique monumentis, & ipsis Archivis secretioribus, Serenissimorum, qui hoc tempore Hennebergicis ditionibus imperant, Principum indultu, multo studio evolutis, & numismatum insuper Hennebergicorum non contennenda copia collecta: noa dubitavit tamen, publico isto programmate universos ac singulos, qui documenta quæcumque, ac in primis nummos, quibus illustrari uberior ac exornari Historia ista Hennebergica posse videatur, possideant, humanissime rogare, ut communicare ipsi ea haud graventur. Quod officii genus ut negatum diligentissimo Viro a nemine iri confidimus: ita ut institutum ipsum feliciter & ex voto cedat, ex animo precatur.

Prodiit non ita pridem Sectio XII eaque ultima Tomi III Supplementorum. Ut vero deinceps aevum Supplementorum Tomum auspicioemur, consultum non ducimus, tum ob causas alias, tum ne in nimiam molem opus hoc Astorum Eruditorum cum tempore excrescat.



A C T A
E R U D I T O R U M ,
publicata Lipsia
Calendis Octobris, Anno M D C C I I .

ZACHARIAE HUBERI JC. ET ANTECESSORIS
*Dissertationes Juridice & Philologice, quibus explicantur ac
 observationibus humanioribus illustrantur selecta con-
 troversiarum atque legum capita.*

Franequeræ, apud Henr. Amama & Cons. 1702 4.
 Constant 2 alph. 7. plag.

Qui celeberrimo atque incomparabili patri, Ulriço, in am-
 plissimo Juris docendi munere nuper successit apud Frisi-
 os, Zacharias Huberus statim etiam ad scribendum ani-
 mum appulit, editis Dissertationibus hisce duodecim v-

arie doctrinæ pariter ac argumenti. Nam in prima

secunda, tertiaque & quarta, dogmata quædam, e sacris scriptoribus
 de promta, secundum analogiam Juris Civilis excutiuntur; reliquis ar-
 gumenta partim historia civilis suppeditat, partim fontes ipsi tex-
 tum quorundam Juris Romanorum aperiuntur, sparsis ubique flo-
 ribus literaturæ amoenioris. Negat ergo in prima, Judæos tem-
 pore Christi Servatoris habuisse atque exercuisse merum imperium:
 Judæa enim in provinciæ formam redacta, Senatum Judæorum ni-
 hilo plus potestatis habuisse quam magistratus municipales; nulli
 autem magistratui competere merum imperium, nisi cui lege aut
 constitutione speciali datum fuerit, nec contineri in jurisdictione
 mandata. In provinciis igitur fuisse id apud solos Praesides Roma-
 norum, & in historia Christi adeo apud Pontium Pilatum. Sub
 Augusto equidem concessum fuisse Judæis, τοῖς πατεροῖς Ἰσρα-
 ἥλι ἵροῖς χρῆνται, patris moribus & sacris uii, testante Josepho;
 id autem factum diu ante, quam Praesides mitterentur in Judæam,

Diff. I.

G g quo-

quorum adventu tota rerum facies fuerit mutata, legibusque & libe-
tate destituta provincia. In hoc statu sitas res Judæorum tempore
Christi, obsoleto tunc priore privilegio. Et cum voluisse Pilatus
iis velat restituere jurisdictionem, ipsos palam & ingenuo profes-
sos, non licere sibi quenquam ultimo suppicio officere, Joh. 18. 3,
sed ius gladii proprium Präfidi Romano. Discedit ergo Noster
a sententia Scaligeri, Pilatum locutum esse κατ' εἰρήνην, magisque
credit, ipsum tam liberali dicto voluisse defungi, ne Judæi, nimis im-
portune sollicitando, invitum adigerent ipsum ad sumendum sup-
plicium.

c. 3. Neque illos solum crucis supplièlum in responſione
ſua excipere, ut impleretur Cbrifti dīlūm, ſignificans que mor-
te moriturus eſſet, v. 32, ſed verum vatem fuīſſe Christum, remota
a Judæis condemnatione, mortis totam cognitionem ac defini-

tionem translatum iri ad Präfidem Romanum, qui more Romano
pararet ſupplicium, legitimo jure magistratus prædictus, Joh. 19.
10. Certe pronunciæ afflores Synedrii, ipsum ἐροχον θανάτον,
mortis reum, Matth. 26, 66. Marcum vero addere, κατίγουν δο-
τὸν, condennarunt ipsum, 14, 64. Neque tamen cum Caſaubono
ſentit Noster, fuīſſe hanc privatam opinionem istorum, non ſer-
tentiam judicialem. Sic enim luforia fore omnia, que in enia
Judæorum cum Christo acta. Imo vero fuīſſe hoc officium &

has partes ipsorum municipalium magistratum, ut ſecundum ſu-
am jurisdictionem reos omnes apprehenderent, in euſtodiā da-
rent, de cauſa delicti cognoscerent, teſtes & legitima probatio-
num indicia examinarent, de iis omnibus deliberarent, & no-
centes, quaſi poena dignos, in anteēſſum damaarent, talique præ-
judicio gravatos & tantum non condemnatos remitterent ad Präfi-
dem province cum elogio, ſive cum epiftolis informatoriis. Tunc
autem instituiſſe Präfidem, quaſi re integra, novam ἀνέργοιο,
h. e. quaſtione & exame nōi, neque credidisse adeo epiftolis
municipalium. Nihiligitur novi adferre historiam Evangelicam,
ſed quod in provinciis ubique receptum fuerit, & Judæos, jam
ſtrenue pérfunctos officio ſuo, produxitſſe Christum ad Pilatum, ut
ſubjicerent eum τὴν αἰχὴν τῷ Ὑψοῦν, imperio Präfidiſ Luc. 20,
20, qui præcepta legis Judaica ſerio tueretur. Eodem ſenſu intel-
ligendum Philonem Judæum, de Legat., ad Cajum, capitulo de-

ma-

nationem id temporis habuisse Judæos, qualem scilicet habuerint omnes magistratus municipales, ut damnatos reos Præsidi cum elo-gio, quid meriti essent, traducerent. Vocem Pilati, *accipite vosmet illum, & crucifigite*, fuisse simulatam, Joh. 91, 6. Textum Oratorem in historia Pauli dicere, Senatum Judæorum voluisse illum a se captum *judicare secundum legem suam*, simili simulatione, Act. 24, 6. Quanquam enim in hoc essent, ut impia cæde trucidarent, nisi Lysias eum cruentis illorum manibus eripuisset, lenitatem Præsidis tamen ambitione voluisse captare, quasi animus fuit id tantum agere, quod jurisdictionis suæ & municipalis officii ratio postularet, prehensum scilicet Paulum, & secundum legem ipsorum judicatum, remittere ad Felicem, ut ipse exemplum adversus eum statueret. Hanc legem municipalem recte Judæos appellasse *legem suam*. Sic apud Ausonium magistratus municipales dici *regere urbes suas*, et si tribunal ipsorum purum esset sanguine. Sic Antiochenes habuisse *sua lege* jus pignoris in bonis defuncti debitoris L. 37. d. reb. aut. jud. possid. In historia Stephani deprehendi poenam quidem, & executionem, non judicium, nec condemnationem, neque sententiam, atque adeo meram usurpationem sub specie juris Act. 6. Noluisse igitur hic Judæos meri imperii formam ordinare, nec potuisse. Eadem Stephani vestigia pressisse procul dubio alios plures fidei Christianæ cultores, idque indigitare Paulum Act. 22, 5, & 26, 10. neque pluralem istucponi pro singulari. Constantem denique fuisse opinionem Pauli catervarumque Apostolorum, ad magistratus Ethnicos pertinere cognitionem de sacris Judæorum & jure Ecclesiastico, nec unquam forti declinatoriam ipsis opponere. In vaticinio Jacobi, *non recessurum scepterum a Iuda, donec Schilo venerit*, Gen. 49, 10. non hoc dici, remansurum Judæis merum imperium, quamdiu Servator superesset in rebus humanis, sed qualem qualem regiminis politici formam & statum. In oratione Titi ad Judæos, apud Josephum lib. 7. Bell. Jud. referri, non quid liceat Judæis jure meri imperii, sed extra ordinem in sacrilegum in flagranti delicto deprehensum, ut iræ & indignationis publicæ victima in continentia & impune caderet. Cælos autem Apostolos fustibus & flagellis a magistratibus Judæorum fuisse, Math. 10, 17. Act. 5, 40, 2. Cor. 11, 24, per modum modicæ

C^o 7.

dum modicæ castigationis, quæ magistratibus etiam naunicipalibus comperat, L. 12. ff. de juris ditt. L. 10. ff. de pæn. non tamē usque ad necem, quod esset meri imperii, L. 7. d. t. ubi Præsidi tributur etiam fustium admonitio & flagellorum castigatio, non verū pars meri imperii, sed quia hoc non excludat quamlibet corporis coercionem. Philippensibus denique assignari ἀεγορτας & σπαρηγας, quorum iussu Paulus & Silas publice virgis castigati, Aet. 16, 19, &c 20. Eos vero non licere interpretari cum Wissenbachio ad Tit. de Jurisd. n. 27. Præsides provincie cum mero imperio. Fuisse Duumviros, magistratus municipales. L. 6. §. 16 ff. de excus. Tit. & alibi.

Diss. 2.
c. 2.

Locus porro D. Pauli Epistola ad Philemonem commate 18 & 19 occupat secundam tertiamque Dissertationem. Ibi enim quum Hugo Grotius, Scipio Gentilis, Wissenbachius, atque ipse Ulricus Huberus asseruerint hactenus, contineri *constitutum* Pauli pro Onesimo, Ulrici filius nova ratione demonstrare conatur, veram solidamque *expromissionem*, non simplicem obligationem constitutoriam subesse. Sic autem ait: Paulum locutum more Romano hoc egisse, ut Onesimus omnino liberaretur ejusque obligatio tolleretur. Quodsi nihil aliud scripsisset, quam quod commate 19 dixit, Ηγώ αὔτοις, εγώ περσέλυμα, in proclivi fore constitutum: at plusveulum desiderare ista comm. 18. τέτοιο ἐμοὶ ἐλόγει, hoc imputamibi. Probe enim noverat, Onesimum non esse solvendo. Voluisse igitur, ut Philemon se haberet novum & delegatum rem; quod non sit in constituto. L. 15. ff. de in rem vers. L. 5. §. 3. L. 28 de Const. pec. L. 4. §. 1. de Manumiss. Dubium ex L. 1. de V. O. natum, *expromissionem* & *novationem* fieri *stipulatione*; que non contrahatur per epistolam, sed inter presentes & verbis, ita solvit: *novationem* celebrari etiam inter absentes, & delegationem fieri posse etiam scriptura, L. 13. §. 10. de acceptil. L. 17. ff. de novat. & deleg. eique postea quoque accedere stipulationem conceptis verbis, interposito procuratoris officio. L. 24. ff. de pec. const. Paulus Lib. 5. Sent. Tit. 8. Postquam enim respondisset Philemon ad epistolam D. Pauli, gratam & ratam habere se expromissionem ipsius, integrum ei fuisse Romanum mittere procuratorem speciali mandato instructum, ut Paulum adiret, & Philemonis verbis ab illo stipulare-

Iaretur, *Spondes? Spondeo*, dicebat Paulus. Et sic intercessit stipulatio, perfecta jam ante novatione ac liberatione, per quam hic ex promissionem fieri constat. Quinque illa habeat vim solutionis, colligit Noster, tranquillam reddi conscientiam debitoris, etiam ante realem solutionem. Solam enim superesse conscientiam debiti jam perempti & dudum præteriti. Evidem pendente nova obligatione expromisoris chirographum primi debitoris dici *ūtior quodammodo contrarium* scriptori, qui illud edidit, sed non nisi *ex parte*, & satis tenuiter, *subcontrarium*, retinente creditore authenticum, & manente debito, liberato tamen primo ac vetere reo. Secuta deinceps solutione, utique majorem oboriri in animo illius letitiam & effusum gaudium, nihilo autem plus acedere securitatis & tranquillitatis.

Quarta nunc Dissertatione Zacharias Zachaei locum apud Lucam 19, 8 excutit. Eumque ait inter suos quidem cives sati spectate fidei, cunctis tamen popularibus instituti novitate & indignitate fuisse exosum; quod *Judas*, nondum assueta frenis servitatis, tumida elataque cervice impositum nuper jugum Romanorum recusaret. Hincque adeo non potuisse ipsum evitare infamiam avare, & improbe gesti officii. Insolitum enim & inauditum narrare Suetonium de Sabino, *manebantque imagines a civitatibus posse sub hoc titulo*, καλῶς τελωνίσκτι. Non levem autem dubitationem moveri, quo jure, qua lege Zachaeus tenetur quadruplum reddere? Interpretes Belgas respicere ad legem Mosaiam, quadrupli poenam furibus imponentem. Ethuic obtemperasse Zachaeum, ceu furti reum. Asfentiri illis Grotium, non quidem ex lege ipsa, sed imitatione illius. Nec difficitur Noster, cognitum habuisse Zachaeum legis Mosiae præceptum de poena furti, atque hac ratione legem politicam Judeorum potuisse imitari; negat tamen, hanc interpretationem absolvere veram & genuinam hujus loci sententiam. Debebat, inquit, ratios vectigalium reddere Fisco Romano, a quo conducebat. Respectu munera ergo obnoxium censet fuisse legibus Romanis, & Edicto Prætoris, contra publicanos proposito in L. i. ff. de Publ. & Vectigal. Poenamque adeo ei non descendam ex Mose, cuius sanctio proprie non pertinet ad maleficium a ipsa qualitate of-

ficii publici admissum. Nec furem se designasse Zachæum, sed sycophantam, qui prætextu publicæ autoritatis, partim vi aperta, partim sine vi, sycophantiis & malis artibus vexarit alios. Porro versionem Bezae adversus censuram Sculpi, quem fecutus Quistorpius, defendit Noster: *Si quid per calumniam eripui*, i. e. quidquid eripui; quasi non affecutus esset Beza, gloriari Zachæum & ostentare voluisse, ad reddendum quadruplum se juris necessitate non teneri. Gloriam enim illam in hoc potius consistere, quod præter necessitatem juris, medietatem patrimonii donaret pauperibus, ac præterea circa litis contestationem, nullaque judicia sententia damnatus, quadruplum redderet, cum sufficeret hoc casu duplum ex Edicto, vel etiam simplex restitutio. L. 1. §. 4. L. 5. eod. imminentे aliis petitione quadrupli. Nec tamen poenitentiam criminis potuisse delere delictum, eumque absolvere ab accusacione criminali poenaeque extraordinaria. L. 9. §. 5. cod. L. 16. ex C. quib. couf. infam. irrog. L. 65. de furt. L. 17. §. 1. ff. de Æd. edict. nisi ad Christum configisset. Sic enim non fuisse, quod extimesceret judicis severitatem & humanæ legis vindictam. Quumque Principes, venia critinis data, reum eximant tantum poenæ civili, folius divinæ Majestatis esse, veram præstare conscientię pacem & securitatem, quæ Zachæo contigerit.

Jam vero ad maximorum Imperatorum, Jul. Cæsaris, Augusti, Tiberisque Testamenta ascendit Auctor, eaque secundum enarrationem Suetonii, tribus Dissertationibus expendit. Julii Cæsaris testamentum igitur, per æs & libram haud dubie conditum, quandoquidem post cedem ipsius, turbatoque statu civitatis, recitari apud Prætorem non potuerit, privatum coram honestis personis apertum, in ædibus Antonii, lectumque fuisse. Morrisque ejus, quo testamentum hoc, ceu alia, in æde Vesta deponebatur, vestigia etiam extare in Jure nostro, L. ult. de Tab. exhib. L. 3. §. 3. eod. L. 5. fam. excise. Duo autem testamenta condidisse Cæarem, atque in priore heredem scripsisse Cn. Pompejum, usque ad initium belli civilis. Inde exortis iniuriciis gravissimis, deletas, incisas aut quoquo modo extinctas istas tabulas. Quodsi enim supervixisset Pompejus, & illibatum ostendisset hoc testamentum, mansurum fuisse heredem, seu justam seu injustam adversus testatorem iram exequiisset. Legata equidem isto casu non debe-

ri, & nuda voluntate adimi. L. 3. §. fin. de adim. leg. Hereditarias vero actiones non denegandas, quod testamentum nuda voluntate nec constitutur nec infirmetur. L. 22. eod. L. 1. §. 4. de his quæ in test. dec. ac præterea odio intestati. Novissimo testamento tres sororum nepotes instituit heredes, C. Octavium, L. Pinarium, & Q. Pedium, Octavium etiam in ima cera in familiam nomenque adoptavit. Ignorari Jure Romano hanc speciem civilis adoptionis, & adoptantem non consequi per eam patriam potestatem, in id tempus, quo ipse jam vivere desit. Ideoque Suetonius non simpliciter adoptionem, sed tantum *in familiam nomenque appellare*. Quumque Octavius hereditatem adiisset, confirmatam itam adoptionem, utpote non jure factam, Lege Curiata, & tune de num ei quæsitum jus filii, apud Dionem Lib. 46. Sic ab eodem postea Livia *in familiam* Julianam, *nomenque Augustæ adiumpra*, ceu accuratius Tacitus, i. A. 8. *ut nomen suum ferret*, uti noster Vita Aug. c. ult. In eadem ima cera tutores dedit Cæsar filio, si quis sibi post mortem naseeretur. At inquit Huberus, posthumum hunc nullo honore testamenti persecutus erat? Receditque a Cujacio & aliis, qui exheredationem illius præsumunt. Tam enim nobile caput testamenti omisurum non fuisse Suetonium; votum etiam pietatemque paternam repugnare huic malignæ suspicio ni. Silentio præteritus potius videtur. Civilius enim agnatione postumi præteriti rumpi testamentum, quam resleindi ceu improbum, ac hominis furiosi, & inofficium, posthumo impie exheredato. Ac licet rupto ista ratione testamento, ipsa etiam tutoris datio irrita fuisset, succurrere tamen Prætorem, nisi justa causa interveniret in pejorem partem cogitandi de Tutoribus a patre nominatis. Quod in percessores Julii Cæsaris, quorum plures in tutoribus filii nominaverat, exacte competit: nisi rem totam Dio Cassius dubiam redderet. Is enim, nulla mentione postumi facta, C. Octaviodatos ait επιτρόπος, (Lib. 44.) qui puberem ac justam etatem jam pridem attigerat. In recitando ergo testamento errasse Dionem nimirum brevitatis studio, ac penitus omissendo posthumum, Huberus autem. At idem Dio tamen laudem statim eximiam retulit, diserte significans, Brutum aliosque non posthumo, sed ipso C. Octavio filiale a Julio Cæsare, quod Suetonius.

tonius non & que expresserat, substitutos. Ita vero liquet, non pupillarem eam, sed vulgarem esse substitutionem. Postremo in ima cera collocantur legata; nam & eo pertinent. L. 34. §. 1. de Usu leg.

Diff. 6. c. 1.

Cæsaris Augusti testamentum fuisse per *æs* & libram, constare dicit Huberus ex Suetonii Vita Neronis c. 4. ubi Domitius *emper*or *familia pecunieque* in eodem hoc testamento. Insolens autem hoc testandi genus quum ineptiæ arguerit Plutarchus de sera Numinis vindicta, Vinnius ex Briffonio illum castigasset, utpote Juris Romani imperium, in alia est sententia Huberus. Probe enim intellexisse Plutarchum hocce argumentum, & false exagitate ac ridere fictitiam & prope scenicam agendi methodum. Testamentum Augustus fecerat duobus codicibus, sive duobus exemplis, L. 3. §. 1. ff. de tab. exhib. L. 24. ff. qui test. fac. poss. quorum alterum ipse propria manu, alterum liberti, eo jubente, conscripserant. Et hoc suffecisse ait Noſter apud Romanos, si a testibus circa tabellionum operam signarentur. Nec movet ipsum, testamentum vocari *instrumentum publicum*, L. 2. fin. pr. ff. quemad. testam. aper. Nec enim propterea sic appellari, quod a persona publica prescribatur, sed quia publice omnibus, quorum interest, patet ad inspiciendum ac describendum. Extra ordinem apertura hoc fuit, coacto scilicet Senatu, jususque signatoribus, si qui essent Senatorii ordinis, in curia agnoscere signa, reliquis extra curiam. Quamvis enim in testamento per *æs* & libram negligere licuerit signa testium, maluisse tamen Augustum omnia completere solenniter. Et quandoquidem is tres heredum gradus ordinavit, commode Huberus producit similem Juliani speciem, ubi testator etiam tres gradus heredum fecerat, L. 30. de Vulg. & pupill. subst. quem dispectioni uberiori relinquunt. Jussit Augustus heredes primo, ordine vocatos *nomen suum ferre*, quod plane ita evenit, non item in hereditate M. Gallii Senatoris. Ulbi Tiberius hereditate adita, *max nomine abstinxit*, apud Suetonium Tiber. c. 6. putavique Noſter, sententiam hujus loci adversus Marcellum Donatum obiter sibi tuendam fuisse. Ex legatis aliud populo, aliud plebi relictum. Populi legatum intelligi, quod publice datum est cunctis ordinibus ciuium Romanorum. Plebis, quod in singulas tri-

c. 2.

c. 3.

tribus collatum, ac inter plebejos divisum. Dubiam istam legandi rationem facore Ulpianum Tit. 22. §. 4, quod legata non relinquantur personis incertis, corporibus puta ejusmodi. At istam prohibitionem legibus nostris non esse insertam, imo contraria sententiam extare in L. 32. L. 73. §. 1. L. 122. de Leg. 1. Præter hæc Augustus diversas pecuniarum summas militibus prætorianis, cohortibus urbanis, &c legionariis legavit, easque representari jussit: reliquis legatis solvendis *annuum diem* finiit. Hic non necesse habuisse herodes, una vice integra præstare legata, & terminos solvendi forte in certas pensiones tributos. Quod non fiat in representatione, §. 14. J. de leg. L. 1. §. 2. ff. d. dot. præleg. Nam & *confiscatum semper repositumque*, ait Suetonius, *babuerat banc summam*, i. e. in fisco vel area sua reconditam. Ultimum caput sanctionem continet adversus filiam neptemque testatoris, quas vetuit sepulchro suo inferri. Licuisse enim Iure Romano in præceptis testamenti de hoc cavere, in tantum ut sepulcri violati quis teneretur, etiamsi heres esset, L. 3. §. 3. ff. de sepulchr. viol. & contra recte inferrent etiam exheredatos, nisi id testator vetuerit. L. 6. ff. de Relig.

Cæsar Tiberius quem testamentum dicatur obsignasse etiam Diff. 7. c. 1.
humilliorum signis, statim notavit Huberus superstitionem veterum, nefas esse testibus alio instrumento signare, quam annulo. L. 22. §. 5. ff. qui testam. fac. poss. Et quanquam copia daretur honestorum virorum, visum tamen Tiberio fuisse, testes vocare *bumillimos*, i. e. viliores, imo infima sortis personas, non tamen servos, infames, aliosque turpitudine & improbitate notabiles. Faram enim aliquantum de honestate, suoque honori parum consuluisse, nihil tamen fecisse, ex quo vitii aliiquid testamento accederet. Omnes enim, quamvis abjectæ sortis, integræ fuisse frontis & fidei: alioquin autorem Tiberium futurum fuisse testamenti injusti. Ubique ad heredis institutionem ventum est, fatetur Huberus, ea cura diligenterque, qua testamenta Cæsaris, atque Augusti, non exponere Suetonium Tiberii, quod nunc habemus. Certo certius enim esse, illum scripsisse tres heredum gradus, perinde ut Augustus fecerat. Vestigium adhuc extare in Vita Claudi c. 6. ubi video, Claudiū inter alios fuisse ex tertii heredibus auncupatum.

Hhh

tum.

c. 3

c. 2. tum. Nunc ita recitat Suetonius : *Heredes equis partibus reliquit Cajum ex Germanico, & Tiberium ex Druso, nepotes, substituitque invicem.* Querit Huberus, an verbis tantum, an re verbisque simul sint conjuncti ? Si prius sequamur, iterum querit, an altero nepote deficiente, habuerit superstes jus accrescendi ? quumque satis operose disputasset, afferit, jus accrescendi potuisse exerceri cum effectu. At pene otiosam reddi subtilitatem hanc, inserta *substitutione*, cuius longe potentior sit autoritas. L. 2. §. 8. ff. de Bon. poss. sec. tab. Circa legata Tiberii expenditur, quomodo ea dederit ? an sic, ut a singulis heredibus legata sibi seorsim essent praestanda, an vero ambo in solidum onerati ? Utrumque fieri potuisse. Quod autem in substitutione placuit, ac perinde in coheredibus observatur, ut portionem adercentem, legatis gravatam, cum suo onere cogantur agnosceret. L. 6. §. 1. de Leg. 2. ~~ad~~ductum domum fuisse per rescriptum Severi & Antonini, nec tempore Tiberii usu forensi cognitum, sed improbatum, vel adhuc dubium. Quumque Tiberius testamentum duplex fecerit eodem exemplo, incidit quæstio, quid si testator uno codice plus, altero minus legaverit eidem personæ ? tractatque eam Proculus L. 47. de Leg. 2. legatarium habiturum tantum summani minorem, & heredi hoc casu parendum. Tentat Huberus, utrum heres prior offerat & persolvat legatum, an legatarius prior exigat illud. Illo modo debitori non esse auferendam electionem summæ minoris : hoc recte petere legatarium majorem. Satius tamen esse, in hac re dubia, quæ magnam habeat *αναθεσησιν*, *ἐπέχειν* & amplius deliberare. Dum porro legata Tiberius plerisque dedisse commemoratur, succurrit lex Falcidia, & miratur Huberus, tempore Triumvirali, in tanta rerum civilium confusione, tamque lubrico Reipublicæ statu de Jure emendando actum fuisse. Idem Tiberius quando ipsis etiam *Virginibus Vestalibus* legavit, templo Vesta legasse intelligitur, L. 20. §. 1. de Ann. leg. & lex Flacidia eo quoque extenditur L. 1. §. 5. ff. ad L. Falcid. quem textum tuetur Huberus adversus illos, qui pro *vel etiam* legunt *non etiam*. Appendicisque loco meminit etiam testamenti nuncupativi Horatii Poetæ, quo Augustum Cæsarem instituit, eamque hereditatem ab illo suscepit, ob singularem amicitiam, censet, ex eodem Suetonio, vita Horatii.

Se-

Sequuntur enarrationes textuum nonnullorum e libris Juris Diff. 8. e. 2.

Romani. Sed præmittendus est alias iterum locus Suetonii, Vita Augusti c. 33 : *manifesti parricidii reum, ne culō insueretur, quod non nisi confessi afficiuntur hac pena, ita fertur interrogasse, certe patrem tuum non occidisti?* Laudat hie equidem Suetonius Caesaris Augusti summam lenitatem & clementiam erga miseros reos. Huberus tamen paulo aliter consuit. Enimvero si hæc ars cunctis placet aut permitteretur judicibus, magnam nequitæ & audacie fenestram aperiri. Ita vero multum mutatum cum fuisse ab illo Augusto, qui vehementer olim sollicitus fuerit, ne videretur *legibus reum cripere.* Vita Aug. c. 56. Causam præterea tam rare facilitatis, quam afferat Suetonius, inanem esse & fictam. Nuspiam inveniri, non nisi confessos affici pena parricidii. Nam & eos condemnare solebant Romani, qui vel idoneis testibus, vel indiciis luce clarioribus essent convicti. Si causa dubia, tormenta adhibebant. Quin Augustum magis függerere medium salutis, quam requirere veritatem delicti voluisse: ita vero insuper habuisse ac neglexisse penitus officium judicis; siquidem vera sunt, quæ sparsa de Augusto fuere. Notanter enim Suetonius: *fertur interrogasse.* Et hac occasione excutit Huberus textus de pena parricidii uno plures. Dixerat Modestinus L. 9. ff. de L. Pompeja de parricidiis, *more majorum* poenam hujus criminis culeum esse. Eandem *novam* vocat Tribonianus §. 6, I. de publ. judic. Rejicitur hic opinio quorundam, lege Pompeja sublatam fuisse poenam a majoribus receptam, ac postea in usum revocatam. Docere enim Pauli fragmentum Libr. 5. Sent. Tit. 24, poenam L. Pompejæ durasse usque ad Hadrianum. Postea ita habuisse locum, si mare proximum esset: alioqui vivos exustos, vel ad bestias datos. Vix enim aliter idoneum capere sensum oppositionem Pauli, τὸν ἀντεα & bodie. Confirmare hoc Modestinum, textu eodem. Ulteriori dubium fit, quid sibi velint Modestinus & Tribonianus, præter culeum Legi Pompejæ tribuentes canem, gallum, viperam, simiam? Esse autem hoc οὐβλημα Tribonianum, fontemque querendum in Constantini L. un. C. de his qui par. vel lib. Paulo altius repetit Noſter, quod Marcianus parricidii reum teneri sit poena, quæ est *Legis Cornelie de Sicariis*, L. 1. ff. de L. Pompej. de parric.

§. 8

§. 9.

§. 5.

H h h 2 i. c.

i. e. exilii, non culei adeo. Perelegantem esse conjecturam ait D. Noodtii, Probab. Jur. L. I. C. XI, scriptum a Marciano, Legis Cornelie de parricidiis, arg. L. 2. §. 32. ff. d. O. J. At Nostro religio est, communem Florentini codicis lectionem absque necessitate extrema deferere. Tum vero Interpretes Basiliacos neutrām legem exprimere; Scholium autem Gracum & Fabrotto minus recte translatum, atque ita potius vertendum: *Lege tenentur de homicidis vel sicariis.* Tentat ergo: a L. Cornelio Sylla legi huic iaserta varia capita, ac forte inter illa caput de parricidio, ejusque passa, culeo, atque rursus aliud de poena sicariorum, exilio.

Diss. 9.

c. L. §. 1

c. 2. §. 1.

c. 3. §. 2. 3.

c. 4.

Negat lex Regia, inquit Marcellus L. 2. ff. de mort. infer. mulierum, qua pregnans mortua sit, bumari, antequam partus ei excidatur; qui contra ficerit, spem animantis cum gravida peremisse videtur. Notat Huberus, hanc legem a solo Marcello literis mandatam, ejusque nullum verbum, nec ullam mentionem apud Plutarchum, Dionysium Halicarnassensem, aliosve Romanorum scriptores. Non levem tamen conjecturam, eam, ceu Regiam, originem suam debere unice Regibus Romanorum, seu Numis, seu alii. Quum enim hac ratione nitatur, ne proli sperate jacturam temere res publica faciat, origo rei ab Aegyptiis ad Gracos, ab his inde ad veteres Reges Romanorum translate existimat, consensu Diodori Siculi, Plutarchi, Aelianique. Mens legis: qui scias dolo malo mulierem, quae gravida & ad pariendum vicina erat, mortuam, partu non edito ante funus elatum, humasset, & tumulo dedere ausus esset, pariter teneri, & ultimum sustinere debere supplicium, ac si & mulierem gravidam, & infantem speratum occidisset. De duplicitate inquam cæde tenebitur, matris & infantis. De cæde matris, utpote iam antea fato suo defunctæ, poterat dubitari. Nostro autem in hoc placuit subsistere, an idem supplicium foret statuendum, si dixisset Lex Regia, solam spem animantis videri peremptam? Haud, inquit, censeo. Nam & matrem, quæ partum conceptum abigeret, tulisse veteres Romanos, nec punivisse, usque ad tempora Severi & Antonini, qui denum in temporale exilium eam dandam rescriperint. L. 4. ff. de extraord. crim. atque ita factum id crimen extraordinarium. Spectare co Tryphoninum L. 39. ff. de poen. in verbis: *ut ab optimis Imperatoribus nostris rescriptum est.* Ac derogare igitur sententia an-

tecedenti de poena mulieris Milesie, cum esset in Asia. Pertinere id enim ad consuetudinem vel legem istius loci, non perinde autem trahi in argumentum de moribus & jure publico Romanorum; cuius inventi laus debeatur Cl. Noodtio, *de Exposito partus c. xli.* Perperam vero & inconsiderate retulisse Tribonianum textum Ulpiani L. 8, ubi Praeses jubetur in exilium mittere mulierem istiusmodi, ad *Legem Corneliam de Sicariis*, quasi rea esset perpetui exilii, i. e. deportationis, quæ erat poena ordinaria illius Legis. Debuuisse enim ad Titulum de *extraordinariis crimibus*. Atque ita L. 4. pariter & L. 8. intelligi uniformiter de temporali. Rursus peccare Tribonianum §. 5. l. de publ. jud. *Legem Corneliam de Sicariis ultore ferro persequi homicidas*. Istius enim poenam fuisse insulae deportationem. L. 3. §. pen. ff. ad L. Corn. de Sic. usque ad imperium Augusti. Postea quum capite puniri coeperint homicidæ, arte emblematica usum Tribonianum, gladii poenam Legi Corneliae tribuere, secta suæ etatis. Sed & distinctione Wilsenbachii inter foetum formatum & informem, quod probatio ejus deficiat, deseritur: laudata tamen sententia Tertulliani, Minucii Felicis, & Augustini, secundum officium hominis pii & justi, atque sinceritatem disciplinae Christianæ.

c. 3. §. 6.

c. 4. §. 2.

§. 4.

Diff. 10.

c. 1. §. 2.

§. 8.

Decima Dissertatio duos nobis exponit textus Juris Romanii, cum iisque duas leges Græcas Solonis. Sic enim habet Gajus L. fin. ff. fin. regund. *Sciendum est, in actione finium regundorum illud observandum esse, quod ad exemplum quodammodo ejus Legis scriptum est, quam Athenis Solon dicitur tulisse: nam illicita est: Εὰν τὶς αἰγασίοις &c. Si quis sepem juxta predium alienum foderit &c.* Statim emendat Huberus initium hoc versionis Latinæ, si quis maceriam foderit. Nam αἰγασία Hesychio est cumulus e multis lapidibus congestus. Maceria autem species muri, quo ad instar valli vel septi eingitur hortus aut ager. Quumque absurdum quibusdam visum sit, maceriam fodi, quæ potius ducitur vel ponitur, adiectione levijovat rem Noster, si quis fodiendo maceriam duxerit. Nam & fossam promiscue fodi & duci. Forte conditionem soli Attici talera fuisse, ut vix aliter, quam effossis fundamentis terræ, muri extrui potuerint; atque ita recte retinaci lectionem antiquam vocis Græce, εἰν τὶς αἴγασίαν ἀγύην.

Hh h 3.

etc.

ACTA EDITORUM

430

- §. 10 &c. Pergit lex: εἰς δὲ τάφον, si sepulchrum. Hunc locum sit procul dubio corruptum, ac legendum τάφον. Plutarchum enim Vita Solonis eandem partem Legis ita scripsisse: Βόθεις δὲ καὶ τάφους τὸν θελόμενον ἐκελευσσεν ἐρύσσειν. Notare autem τάφον, τὸ παρὰ τῆχας ὄχυρα, fossam ad munitionem comparatam. Alter textus Gaji extat L. ult. ff. de Collig. & corp. atque sic incipit: *Sodales sunt, qui ejusdem Collegii sunt, quam Greci ἑταῖροι vocant.* Post pauca: Sed hec lex videtur ex *Lege Solonis* translata esse; nem illuc ita est: Εὖ δὲ δῆμος, η̄ Φράτορες, η̄ ιερῶν ὄργιων, η̄ καυταὶ, η̄ σύνοιτοι, η̄ ὄμόταΦοι, η̄ Θιασῶται, η̄ εἰς λείαν ὀιχόμενοι, η̄ εἰς ἐμπορεύεσσαν &c. Omnia sigillatim ponderantur; ferme enim totidem occurunt hic, inquit, mendæ quo sunt vocabula. Δῆμος est corpus civium ex eodem vico vel tribu delectorum, ec adeo plebs juxta versionem Latinam. Apud Platonem Φυλὴ καὶ δῆμος. Φυλὴ tribus, quales erant Athenis duodecim, & dividebantur ita δῆμος & Φράτερες. Quomodo hic copulantur δῆμος & Φράτορες. Verba, quæ sequuntur, η̄ ταῦται, dñe ait Interpretes Basilicos tanquam spuria, & substituere ιερῶν ὄργιων μηνύται sacrorum mysteriorum interpres. Posse tamen tolerari nauas, sicut olim collegia naviculariorum. Alios legete, η̄ ιησονοι, η̄ ὄχυροι. Tentat Huberus, η̄ ιερῶν ὄχυροι, *Sacrorum antiphiles*, puta collegia Pontificum, Augurum. Θιασῶται propriæ ipsi sunt, qui simul choros exercent, a θιασος, chorœ, saltatio. Miscentur his ὄμόταΦοι, ejusdem sepulchri conforites. Hi videntur a proposito alieni; præterea altum de iis silentium apud scriptores rerum Atticarum. Scribit igitur, ὄφογαλοι, qui Athenis & ὄμογάλαχτοι & γενῆται, dicti sint, & corpus fecerint triginta hominum. Quælibet Φράτερι habebat triginta γένη, γένος triginta γενῆται, atque adeo his bene congruere, qui antea nominabantur, Φράτορες. Postrema societas est τῶν ἐπὶ λείαν ὀιχόμενων. Notat primo, hallucinari Interpretē vulgatum, qui multum simul habitantes sunt, quasi scriptum foret, ἐπὶ λείαν ὀιχόμενοι. Simplex versio & plana, qui ad p̄dām eunt. Aliter Salmarium: cum enim societas prædantium illicita fit, expungere verba, ἐπὶ λείαν, ac legere, τῶν εἰς καπηλεῖαν ὀιχόμενων, ut sic vox ultima, καὶ ἐμπορεῖαν, pari passu ambulet. Sed retinet Huberus communem lectionem, intelligitque de sociate
- c. 2
- §. 4
- §. 5
- §. 6
- §. 7
- §. 8

MENSIS OCTOBRIS A. M DCCII. 431

tate illa prædatoria, qua fas olim erat impune latrocinari, i. e. excurrere in exteris, neque bello, neque pace nobis cognitos, diripere barbaros, i. e. omnes non Græcos, quod Aristoteli sit Φύσει δίναοι, planeque conveniens L. 5. §. 2. de captiv. & postlim. rev. Honestiorem titulum esse illorum, qui eunt εἰς ἐμπορίαν, ad mercaturam, in exteris oras. Basilios pro ὀιχόμενοι, legere ἐξο-
μενοι, at nulla fide, vel necessitate etiam. Innui enim consuetudinem eundi & redeundi animo negotiandi vel prædandi. Qui-
quid hi inter se disponent, inter vivos aut mortis causa, τέτο κύ-
ριον εἶναι, jubet lex Solonis ratum, firmum, immutabile esse. At-
que hinc factum, ut ιξόχως appellantur τὰ κύρια summae potestates,
& οἱ κύριοι. Hoc caput legis a Solone conditæ nullibi ait Noster
reperiri apud Plutarchum & Diogenem Laertium, vite Scriptores.

§. 9.

§. 1

Diss. II. c. I.
§. 6

In L. 63. ff. de ritu nuptiarum, hoc thema propofuit Papi-
nianus : Prefectus cohortis vel equitum aut tribunus, contra in-
terdictum, ejus provinciae duxit uxorem, in qua officium gerebat.
Dicit, non esse hic matrimonium, aut ipso jure nullum esse, ut
pote contra mandata Principum contractum. L. 65. h. L. 2. §. 1. L. 13.
de his, quæ ut ind. L. 4. de rit. nupt. L. 6. C. de interd. matrim.
Et hanc speciem ait porro *pupillæ comparandam esse*. Sicut e-
c. 2. §. 2. & 4
nim non est matrimonium, si tutor vel curator pupillam dux-
rit, ita perinde stare nequit inter eas personas, quas dixerat. Hic
vero circa assignandam rationem nullitatis, recedit Huberus a Cu-
jacio multisque aliis Doctoribus. Hi enim quum utroque casu
eandem allegassent, metum scilicet *potentatus*, (ex verbis textus,
cum ratio potentatus nuptias prohibuerit) opponit Noster SCtum,
cujus meminit Callistratus L. 65. §. 1. h. inter pupillam & tutorem
ideo vedutum matrimonium, ne tomere mulieres in re familiari cir-
cumscribantur ab his, qui tenentur tutelæ reddere rationem. Lu-
benter enim ambire vellent istas nuptias, ad tegendum admini-
strationis suæ dolum. Hunc autem metum reverentia, quo pupil-
lae ducuntur erga tutores suos, nusquam legi inducere speciem po-
tentatus. Voce hac usos etiam tertios scriptores, Cæsarem, Livi-
um, Arnobium : sed & Impp. L. 5. C. de Test. L. un. C. de rept.
virg. Et metum potentatus subesse etiam recentiori jure in L. un. C. Si
rect. prov. L. un. C. si quac. præd. pot. Considerari autem vel contem-
pla-

§. 2

§. 5

c. 5. §. 2

§. 4

platione Principis, vel ipsorum provincialium: ne tales Præfecti semet insinuarent apud factiosos & potentes, iisque freti ambirent nuptias virginum nobiliorum, atque adeo præcipuis provincialium familiis se insererent; deinde rebus novis studentes, improbo imperio provincias vexarent.

Diff. 12.

Ultima Dissertatio, occasione L. 101. ff. de V. O. illustrat textus Juris Romani uno plures, tum vero L. 3. C. de in integr. restit. min. Ceterum abunde jam satisfactum est aviditati Lectoris, neque quicquam restat, nisi ut prædicemus tum rectum illud ac felix Illustrissimorum Fratrum Procerum consilium, quo Zachariæ huic post obitum Patris vix primam egresso juventam, Juris doceandi in Academia Francquerana mandarunt provinciam, tum gratalemur nobis de libertate mesis, qua futura est, ac prope instat, quando primum ver tam bene se monstrat.

DICTIONNAIRE HISTORIQUE ET CRITIQUE,
Par Monsieur BAYLE.

i. c.

*DICTIONARIUM HISTORICO-CRITICALM, Auctore PETRO BÆLIO. Tomi III. Editio secunda
ab Auctore revisa, correcta & aucta.*

Roterodami apud R. Leers, 1702, fol. Alph. 36. chartæ augustæ.

Magnam atque utilissimam operam collocavit doctissimus Auctor Petrus Bælius, vir Reipublicæ Litterariorum commodis nunquam nona inserviens, quando opus hoc excellentissimum intra quatuor annorum spatium in ordinem digessit, ac A. 1697 publici primum juris fecit. Quod cum in plurimum hactenus manibus fuerit, supervacaneum foret, omnem hujus editionis rationem prolixè exponere; illud tamen non tacemus, quod propositum Auctori fuerit ea præterire nomina, quæ aliis Lexicis jam publici juris factis, vel enox prodituri in lucem, aut inserta essent aut inserenda, tum vero Morerii imprimis errores diligenter, ubi occasio daretur, adnotare. Jam quod speciatim ad secundam hanc editionem attinet, multo haec priore & prope dimidio auctior est: qua in re idem quadammodo haic operi, quod Moreriano Lexico accidit, cuius novem editiones intra annos viginti quinque prodierunt semper auctio-

suctiores, decimata vero omnium locupletissimam parat Gaterius (*Gantier*), qui idem opus Parisii A. 1699 recudi curavit. Præterea id egit imprimis Auctor, ut qui in priorem editionem irreplicant errores, tollerentur, & si quando de his monitus ab amicis esset, id addita nota vel ipso quoque nomine apposito indicavit, ne ingratuus erga eos videretur, per quos profecisset. Quin & que licentius paulo dicta videbantur, a Consistorio Ecclesie Valonensis, que Roterodami est, monitus emendavit, que præcissima quidem fuere, si ea demas, que sub voce *David* deprehensa sunt, ad finem hujus editionis nibilominus adjecta. Ceteram sollicite nonnullis signis adnotatum est, si que vel nova nomina, vel animadversiones in hac editione accelerarunt, ne lectores, quanta facta nunc sit accessio, ignorarent. Sed his præmissis ipsum opus paulisper perlustressem, ut quibus in rebus industrien suam Auctor Clarissimus impriminexceruerit, luculentius paulo apparet.

Ne Lector prolixa rerum serie obruatur, ita opus hoc instituit Auctor, ut in ipsis articulis breviter res notatu digniores exhibeat, easque postea subiecto paulo longiori commentario illustret. Cumque Historico-Critici titulum, Dictionarie præfixerit, consulto a rebus Geographicis abstinet, & si qui articuli tales videntur, ut sum Acarnanie, Japonie, Lemni, Lesbi, Mecenæ, Tiburis &c. mentionem facit, eos potius Historicos vocaveris & Criticos, in quibus nempe de historia & proprietatibus locorum multa referuntur, refutatis multorum erroribus & illustratis auctorum testimoniis. Inter Reges, quorun nomina, præterquam quod a Morerio magno numero congesta sunt, longe plura Noster exspectat a doctissimo Gallo *Chappuzeau*, eminent hic præcipue Alfonsi tres, Castelle alter, alter Neapolitanus, tertius Lusitanie Rex idemque moderni Regis frater, Eduardus item IV Angliae, Ludovici VIII, XI, XII, XIII, Henrici III & IV Gallæ Reges. Et de hoc quidem Henrico IV obseruat Auctor p. 1534, unum cum fuisse inter Gallæ Reges, qui per tractatus pacis belli jacturam reparaverit, cum solenne alioquin sit Gallis, ut longe felicius bellum gerant, quam pacis ineant conditiones; quo fato ne quidem ipso Ludovicus XIV exemptus sit, quod tum in tractatu ad Pyrenæos montes concluso p. 1905 patuerit, tum præcipue in tractatu Risi-

censi, de quo obiter Auctor p. 1535. Qua occasione lubenter memoramus, quæ p. 1659, 1661 resert de pace turpissima Joviani Imperatoris cum Parthis, cum posthabita religione Dei Terminii, necessitati cedendum esset, ut nuperrime a Turcis factum est. Neque paucæ in hoc opere feminæ recensentur insigniores, ut Elisabetha Angliae Regina, Johanna Arragonis, Blanca Regis Ludovici IX mater, tres Reginæ Navarræ, dux Johanna Neapolitanæ, Urraca Castellæ Regina, quarum quidem aliquæ ob vitie, quam virtutes, notiores fuere. Sed ne quidem scortis famosioribus, Lai-di, Lamia, Glaphyra, Lycoridi, Thaidi, suus hic negatus locus est. Neque minus legi hic debent, quæ de Fulvia uxore Marci Antonii, tunc de Tanaquilli, & Tullia Ciceronis filia memorantur. Magis tamen de viris doctis sollicitus est Auctor, & lectu impræmida sunt, quæ de Petro Aretino, Bellarmino, Calvinio, Camdeno, Cardano, Erasmo, Hottingero, Jovio, Lutherio, Mechianvello, Melanchthoni, Politiano, Pomponatio, Scioppio congesit non ubixis obvia. In infinitum esset recensere, quæ passim in hoc opere eruditorum errores reuelentur. Nam non modo Maserius, Varillasius, Jurius, qui satis frequenter sub censuram vocantur, sive quod falsa protulerint, sive quod male ratiocinatuerint, sed etiam Scaligeri pater & filius, Salmasius, Vossius, Valesius atque ipse Lipsius non raro reprehenduntur, ut opus istud suo jure Criticum audiat. Sic enim e. g. Henricus Valesius, quod male intellexerit locum Dionis de Lucretia, in *Addendis* ad tomum II., idemque quod, frustra purgare Herodotum conatus fuerit, a Plutarcho jure increpitu p. 2375, Lipsius vero graviter errans circa vitam Taciti, p. 2827 castigatur. Quin & ipse Dio p. 1297, & Cornelius Nepos p. 968 errorum convincuntur. Neque sibi ipsi pareat Auctor ingenuus, ideoque quem circa annum emortualem Manii Molles in priori editione Thuanum secutus admiserat, in hac secunda emendat errorem. Sed & operæ pretium est observare, in commentario non solum afferri testimonias, quæ probent ea, quæ historicæ narrata sunt in contextu, evincuntque caratum esse ab his illis Auctoribus, sed etiam non raro addi animadversiones, quæ ad mores pertinent. Itaque p. 94. illustratur Agathonis sententia, *ānos γίνεσθαι μόδα καὶ τραγὰ τὰ ἀνά*, verisimile est. Et male fieri

feri prater verisimile, &c. v. 207 encomium Amphiarai, *vult esse justus, non videri*; ubi inter alia eleganter observata hoc afferit, facilius esse, quandoque ipsam virtutem acquirere & colere, quam fama frui hominis virtute instructi. Parimodo p. 167, 168 multa affert contra impunitatem scortationis, occasione sumta ex eo, quod Aleius Theologus adversarios fuerit nactus, cum statuendas esse fornicationi a Magistratu poenas affereret & propugnaret. Innumeræ sunt ejusmodi excursiones, tum ad ea, quæ Ethicam, tum quæ Physicam, Metaphysicam & indirecte sicutem Theogiam spectant. Sic p. 218 seq. videoas, quæ sive ad explicandam, sive ad refutandam Anaxagoræ doctrinam afferuntur; tum p. 1738 seq. quæ circa hypothesisin Epicuri providentiam negantis observat Auctor, eam nimirum posito communi Gentilium errore de existentia materialiæ increate, magis videri philosophicam in Ethnico Philosopho, quam hypothesisin oppositam: p. 1926 seq. quæ proponit circa paralogismos Lueretii, cuius versum 842, libri III:

Nil igitur mors est ad nos neque pertinet bilum,
accurate perpendit; & quæ p. 2274 opponit descriptioni generationis mundi ex Chao, quam Ovidius attulit. Neque minus ingeniosa sunt, quæ, dum de Marcionitis, Manichaëis, Paulicianis agit, in medium afferit, ut probet, absque revelatione nequam solutionem inveniri argumentorum, quibus probari possit existentia duorum principiorum, & quæ in articulo Spinozæ fuse persequitur ad probandum, impossibile esse, ut, quæcunque in mundo existunt, uni subjecto seu substantiæ convenient; quæ argumenta insuper in hac editione ab eorum exceptionibus vindicavit, qui ea peccare affirmarant ignoratione crenchi. Ita passim quoque, & prefertim p. 1628, 1629, 1767. seq. probatur, dogma Spinozæ de unitate substantiæ omnium rerum, non esse novum. In articulo Origenis p. 2259. seq. examinat ea, quæ auctor Parthianorum supposed afferri posse, ad solvenda Manichaorum argumenta, ibidemque p. 2262 notat ex Jesuita Doncino, omnes errores Origenis fluere ex eodem fonte. Multa quoque Philosophica deprehendas, cum Auctor agit de Carneade (qua occasione controversia etiam de anno, quo Carneades Romanum legatum Atheniensium ivit, dirimitur) & Chrysippo, tum præcipue cum de Xenophane, Zeno, Eleata, Zenone Epicureo disserit. Sic enim in articulo Xeno-

phanis examinatur, an mala fiat plura, quam bona inter homines? Ubi Auctore ita postulante notamus, typographorum negligentia omissam esse in principio paginæ 3036 secundæ editionis hanc clausulam: *mais apparemment il avoit une tonte autre opinion;* quorum verborum omissione totam ratiocinationis seriem reddit incongruam. In articulo Zenania Eleatæ proponentur multa argumenta contra existentiam motus, quibus in hac editione novum accessit ex eo, quod multi præstantes Mathematici jactent, se demonstrasse mathematice, dari vacuum. Præterea notari possunt, que Auctor p. 2387 seq. & 2473 seq. eorum in gratiam advertit, qui animæ immortalitatem credunt ob auctoritatem revelationis, non vero propter rationes philosophicas, tum & que p. 2223 & 2342 circa difficultates, quibus premantur, qui dogmata religionis examinare volunt, p. 2234 circa evidentiam corundem dogmatum, p. 2623 circa dubia Claudiani de providentia divina, quibus poena Ruffini medicinam attulit, & que p. 2628 circa magiam, & que ex ea sequi creditur, conclusionem, ergo datur Deus, crudite observat. Neque omittendum, in articulis Pereiræ & Rorarii fuse recenseri variæ Philosophorum de anima bestiarum opinione, atque ea occasione examinari illustris Leibnitii sententiam de unione animæ & corporis p. 2607 & 2610. Ceterum libere Auctor profert ea, que leguntur de tarpissimum Cleri Romani moribus, sed ita, ut quod docet Historicum, liberum se præbeat a studio partium: ideo ultro refutat, que credit a Protestantibus non satis certis testimonii objici, quo in genere sunt, que de impunitate nefando Sodomie flagitio a Sixto IV concessa debiliterant innumeri auctores, p. 2734. Illud quoque ingenue fatetur, non esse standum quoad Gregorium VII scriptis, que a parte ipsi infensissima vulgata sunt p. 1394, & licet rationes omnes non admittat, quibus Sammarthanus Monachus Benedictinus refellit ea, que narrantur de multis pueris scelere matrum occisis, unde permotus fuerit Gregorius I ad matrimonium Clericis concedendum, fatetur tamen, eam narrationem sibi videri falsam, p. 1386. In Fanaticos etiam non raro invehitur, qui prophetias spargant minarum plenas, quorum in numerum Comenium, Drabicium, Kotterum, Kalkmannum non immitterito reforitus, de quibus suis locis. Tales aliquando non tam fanaticos esse, quam malitiosos & belli faces atque tubas, insinuat, notatque p. 1733, Imperatorem non modoran-

fir-

fuisse profligatum a Turcis, ut illi Pseudoprophetæ prædixerant, sed potius a Turcis ingentes retulisse victorias, & ad magnum felicitatis cultmen pervenisse. Neque minus videri possunt, quæ p. 1984 & 2838 de vaticiniis in Mahomedanos inseruntur. Quia vero quidam Ministri ex Gallia exules accusati sunt subornasse pueros, qui prophetice loquerentur, ad bellum civile in Gallia concitandum, eos hac invidia nititur liberare p. 1733, 1736. Illud quoque ad commendationem operis hujus maxime spectat, quod varia sepe exempla rei cuiusdam singularis, si forte illi, de quo ex professo agit, contigerit, infasciculum velut colligere soleat. Ita p. 1569 occasione Hippoactis, cujus satiris aliqui ad desperationem adacti sunt, multos nominat, quibus gravior censura animi moerorem prorsus lethalem attulit. Sic observato more Thomæ Linacri, nimirum expolientis sua opera, p. 1825 non paucas afferit sive rationes, sive testimonia, circa nimiam curam aut negligentiam scriptorum, cum quibus conferri possunt, quæ p. 1415 & 2018 observavit. Pari modo p. 2819, ubi de Furena agit, clarissimo belli duce, qui prout se dabant tempora, modo otio ac voluptati totum se immersit, modo labores bellicos strenue subiit, complures ejusdem indolis homines recenset; ut ejus generis compilationes alias taceamus, quas optimè coassilivit Auctor fecit, ne variis evolvere articulos lectores cogerentur. Fraterea quo majorem operi suo gratiam conciliaret Auctor, pasim & epistolas aliquas inseruit anecdotas, ut Erasmi p. 649, Leonis X in addendis ad secundum volumen, & Petri Cunæi p. 3008. Atque eo quoque referri aliquo modo possunt excerpta ex libris suppressis, ut p. 1441 de iis, quæ in Henricum III mosita est curia Parisiensis, tum quæ p. 1527 & 1528 recensentur acta ad convincendos Dominicanos maxime idoneos, qui Henricum III a Jacobo Clemente occisum esse, ausi sunt vocare in dubium. Tandem & ad finem operis dissertationes quædam curiosæ accessere, & præter eas, quæ in prima editione existant, de libro Stephani Junii Bruti, de libellis famosis, de Hippomane, de die, nunc primum prodeunt quatuor aliae, quæ eo tendunt, ut ostendatur, præter rem offensos fuisse non paucos lectores iis, quæ dicta fuerant de bonis moribus aliquorum Atheorum, de objecti- nibus Manichæorum & Pyrrhoniorum, nec non iis, quæ relata fuerant verbis liberioribus de obscenis moribus, amatoriisve; ne-

dicamus, insertam quoque his esse dissertationem, que specimen
Auctoris A. 1692 publicato, & a nobis mense Octobri ejusdem an-
ni memorato premittebatur, subinde auctam, & Indicem multo
nunc prodire locupletiorem.

*CATTI ABORIGINES BATAVORUM, OFTE DE
Twee Catwyken &c.*

i. e.

*DUO CATTORUM VICI, QUORUM ALTER OCE-
ANO, alter Rheno adjacet, una cum arcis Britannica & Sande-
burgi descriptione, quibus subjuncta sunt memorabilia pagi
& Abbatis Rhenoburgensis, auctore ADRIA-
NO PARS.*

Lugd. Batav. apud Joh. du Vivic, 1697, 8.
Constat i Alphab. plagul. 12.
cum multis figuris &c.

Clarissimæ belli ac pacis artibus Batavorum nationi ea laus de-
betur præcipue, quod dubium fere habeatur, majorine ani-
mo pro tuenda libertate armis depugnayerint, an solertia magis
singulari reconditam ab omni ævo gentis suæ historiam & antiqui-
tates eruere fuerint adgressi, stillque ministerio ab obliuione &
interitu masculine vindicaveriat. Magna sunt eam ob rem Hadriani
Junii, Dousarum, Petri Scriverii, Pauli Merulæ, Jo. Isac. Pon-
tani, Corn. Hæmrodi, M. Zuerii Boëhornii, Jo. Smetii, cæterorumque ex hoc censu nomina, quorum præclarri labores magno
cum fructu abs historiæ Belgicæ cupidis quotidie pervolvuntur.
Hlos presso pede insequitur, parem sibi industriae laudem meritu-
rus, Vir reverendus, Adrianus Parsius, sacrorum in pago Catwy-
censi ad Rhenum Minister, & locorum, quos incolit, aut ha-
bet vicinos, memorabilia ex obviis scriptoribus colligere, expre-
sisque adeo ut plurimum eorum verbis describere instituit. Quare
cum de suo parum, præter operis distributionem & nexum con-
tulerit, argumentum ipse libri de congruum satis instituto indicem
posuit Sigillum Ecclesia Catwyensis cum notis variorum. Cum e-
am anno M DCLXXIII Ecclesiastice, cui præst, congregatio-
nis

nis sigillum esset excusandum, placuit ipsi, gentilitiis Wassenario-
rum, quos diu toparchas habuit hæc clientela, insignibus prolem-
mate pervulgatis in margine sententiam apponere: CATTI
PRIMORDIA BATAVORUM. Hujus deinceps sciti veritatem
ut declararet nonaihil luculentius, animisque ingereret suorum,
editis anno M DCLXXXVIII vernaeulo idiomate Otiis Catvicanis,
hujus, quod sub manibus habemus, operis prima inferuit linea-
menta; quibus postea ad justi voluminis mensuram excrecenti-
bus, non abs re judieavit, novo illud habitu ac figuris ari inscul-
ptis exornatum luci publicæ asserere.

Praefatio omnis in eo fere consumitur, ut antiquitatum pa-
triz investigandorum studium civibus suis Anctor commendatum
reddat impensis; cum in eo districtu, qui Lugdunum Batavorum
& Hagam Comitis interject, earum massis habeatur longe
uberrima, quæ ad illustrandas veterum Cattorum ac Romanorum
memorias apprime faciat. Qua occasione de Nordovico agit, qui
Borealis Cattorum ager fuerit ad ripam Rheni; de sacro nemore
apud Tacitum, unde silvulam Hagensem, quæ incolis Schaker-
bosch hodienum dicitur, appellationis originem traxisse, non levis
est suspicio, quamvis alii circa Batenburgum illud malint require-
re; deque Sassenio, sive Sassenheimio, quæ Saxonum ea in loco
commigrantium habenda sit colonia. Voorburgum fero Hadria-
ni nominis sui rationem debere existimat, tametsi alii ad M. Au-
retii, alii ad Aurelianii tempora ejus originem referant; quorum
Imperatorum nomina cum in numis frequentius ibi effossis perpe-
ram abs ignaris literarum Monachis legerentur Arundelius, Elinus,
inde nescio quem, mirificum sane ac forte a Mida genus duecen-
tem, Regem Ezelior efficerint, astri istius, si Diis placet, con-
ditorem. Fossum Coebulonis sive in Lecca, Rheni alveo, sive in a-
lio, qui ab urbe Leida, vulgari nomine de Vliet, Delphes defer-
tur, vult investigari. De Burgo pariter Leidensi, Romæburgo,
Prætorio Agrippinæ, Caukerke quæ Chaucorum coloniam notet,
deque castris aut Alphenianis, aut Albinianis, qui locus hodie Al-
phen vocatur, nequitquam sane notatu sunt indigna, quæ profert
in medium. Non esse denique Ecclesiastico muneri indecoram hi-
storiarum tractationem, sacerdotum Hebræorum, quibus condon-
dorum.

dorum annalium cura demandata, ac Flavii camprimis Josephi, elefcorumque ex Pontificiis, istiusmodi labori ab omni aro insudantium, ac demum multorum sua religionis antifitum inductione atque exemplis reddit comprobatum.

Opus ipsum duplice tractatione absolvitur. Quarum altera, in sex divisa sectiones, antiquitates Catvicanas, & quae sunt in vicinia, tradit generatim. Hujus §. I de Batavorum ex Cattis origine agit, qui diu ante Juliæ Cæsaris tempora, seditione domestica e patriis finibus expulsi, in has oras concesserint, conditoque ad Oceani litus Catvico sedem sibi ac posteris firmaverint. Hoc loco de Batone ac Hessio filio, primis Batavorum Regibus, fabulas a vulgo creditas recenset Auctor atque explodit. Inde prius Catavorum memorias perstringit, & quid iis insit veri, diligenter examinat; atque hujus gentis, que supersunt hodie in Batavis, vestigia allatis auctorum variorum sententias persequitur. §. II duplex Cattorum vicus, alter ad Rheni alveum, alter mari expositus, exigua tamen distantia intercedente, describitur, ac notatis a Guicciardino, Hadriano Junio, Jano Douſa F. & Boxhornio finibus distinguitur. §. III Rheni origines atque progressum, urbesque quas præterlabitur, commemorat, & causas refert, cur, cura olim in Oceanum influxerit, nostris temporibus præpedito cursu, obstructo scilicet cirea hos pagos ostio, arenarum tumulis absorbeatur. §. IV de ingenti atque universalis arborum strage, que silvestres, a Liugduno ad Noviomagum usque, tractus oppresserit funditus, varias adducit, & mire pugnantes inter se scriptorum sententias. §. V in Brittenburgi, sive arcis Britantie, antiquitatibus eruendis occupatur, quam alii præsidiam fuisse populi Rom. contra Britonum incursiones existimat; alii succensus de nocte ignibus signum ferunt dedisse navigiis, quo cursum reverterent, telloniaque vicissim abs iis receperisse; alii armentarium, horreum atque litorale ceasent annonæ asservandas distribuendasque. Hodie præter nomen, nulla fere supersunt amplius operis antiqui monumenta. Numos duntaxat veteres nonnunquam, & reliquias suppellectilis antiquaræ effodiunt coloni, quarum delineationes exhibentur. §. VI Sandam describit, vel Sandeburgum, ab arenario solo vocatum castellum, cuius ruinas spectantur. Illud Jacobs o-

lim

MENSIS OCTOBRIS A. MDCCII. 441

olim Hollandiae Comitissæ incoluisse dicitur, fatique in eo sui inclemantium epotis ad mensaram urceolis oppugnasse; quorum quidem hodienum permulti reperiantur in fossa, quo illa rite exhaustos mascula virtute projecerit. Theodoricus etiam primus ex Wassenaer Baronis dignitate illustris, fato ibidem functus peribetur anno decimi quarti seculi nonagesimo primo.

Hicœ ita præfinitis, quæ ad utriusque Cattorum vici historiam pertinent, specialius evolvenda Auctor adgreditur. Et capite quidem I Catvicam Rhenanum anno MDCXCIV octo supra centum ædibus, Maritimum autem CLIV censum fuisse refert, turreisque ac templo deseribit, in quorum uno splendidum ex marmore Guilielmi Baronis Lyerani ac Mariæ Reigersbergiz conjugum extat monumentum, quorum elogia prolixè accumulantur, adiectis prætoria aliorum, qui ibi sepulti, nominibus. Xenodochia etiam utrobique extructa, usque collata privilegia ex publicis tabulis leguntur exposita. Caput II in Regalibus, quæ vocat, Catvicensium declarandis versatur. Eorum de numero est jus gladii, teloniique a nautis & pescatoribus solvendi. In defuetudinem jam diu abiit mos olim heic atque alibi locorum celebratus, ut domini primo coneubitu zonam solverent sponsis suorum subditorum. Forum quoque piscarium, quod ante nostra tempora non fuit in celebre, hodie desit frequentari. Plumarii Comitis ea est dignitas, ut illius injussu nemini fas sit publice cygnos atere. Jus Grutz centesimam domino vindicat, quam coctores cerævisiarii pro uisu aquæ persolvere tenentur. Molendiaorum etiam ac venerationum jura heic vigent, solo cum primis a cuniculis, quorum mira olim ubertas, commendato; jam deletum est penitus infestum agris genus, ob damnâ illata. Trapezitarum collybi apud Catvicenses perinde, uti in reliquo Belgio, prostant, de cuius fornoris justitia doctorum referuntur disceptationes. Rhetorum in vulgati sermone collegia pariter commemorantur, & copiose, quidquid ad illa spectat, refertur. Antiquissimum eorum fuit institutum, & a priscis adeo Bardis ortum duxisse creditur. Si proprius advertas, admodum eum Germanæ superioris phonascis, quos cantores magistralis vocant, convenire deprehenduntur. Coiret squidem statis diebus ad conditum, rhythmis vernaculis

Kk k

invi-

invieem certaturi, fabulisve in theatro agendis, aut aliis hujusmodi exercitamentis datur operam. Neque illustres quondam genera ac doctrina viri eorum consortia fuere dignati. Hodie vero, postquam idiomaticis Belgiae elegantia a felicioribus ingenii exculta coepit latius efflorescere, frigent proptermodum atque vilescunt haec palestræ, religiosis cum primis hominibus earum abusus & hinc enata scandula gravius, uti pareat, pro concione notantibus, cum in compotationes ac vitæ minus honestæ actus eomperatum esset eas ut plurimum desinere. C. IV Wassenaer gentis origines exhibentur aë ditiones in Belgio admodum frequentes, quarum præcipua pars postea ad Principes Lignæos transiit, successione devoluta. Ab his arcem, sive Burgum Lignæum, cum Burggravi titulo ac jure orani, jara olim numerato pretio suum fecit civitas. Caput IV religionis statum a præcis usque temporibus sistit repetitum. Batavis gentili errore misere occoccatis idola Mercurii, Herculis Macusini, Martis, Isidis, & Hæsi, Thuronis, qui Dordracœ, sive Thurdregto nomen dedit, Bacchi, Jovis, Neptuni, Diana, Priapi, Nehalenniæ, & aliorum hujus fufuris, pro Diis culta. Inde Christianæ lucis radii affulsere, cujus ortum ad Apostolorum tempora plurimi referunt, quod inventum in Ducatu Gelriae Claudi Pudentis monumentum suspicioni locum fecerit, eum esse, qui per D. Paulum 2. Tim. 4, 21. salutem adscriperit Timotheo. Repurgataæ seculis superioribus religionis suæ stôres præcipui recensentur Wesselus Grönigauus, Rudolphus Agricola, Regnerus Predintus, Jo. Pistorius Vordanus, Guil. Gnaphæus, Cornelius Honius, Corn. Kooltuin, Nic. Sceltius, Jo. Sacerdes. Præconum denique verbi Divini in agro Catvicanæ series repræsentatur, operaque a nonnullis edita, cum primis quæ Auctor jam publicavit, aut ad prælum apparata servat, ordine suo describuntur.

Colophonem operi imponit Abbatia in pago Rhenoburgensi condita anno MCXXXIII a Petronella Florenti Crassi Hollandiæ Comitis conjugé, quæ primas quidem Vestales ex Saxonia eo intulit, sepulchrumque ibi suum invenit anno MCXLIV. Monasterium dicatum honori D. Virginis & Laurentii martyris, de quorum cultu multa coacervat Auctor; ubi & de Benedicti historia

MENSIS OCTOBRI A. M DCCII. 443

istoria ac institutis religiosis, quod ad hujus regulam istud cœnobium fuerit conformatum. Reditus anni ad centum omnino aureorum millia olim accessisse memorantur. Inter privilegia sanctimoniarum hujus congregationis propria singularis fuit pro amore S. Gertrudis (*op Sint Geerten minne*) compositio quotannis liberaliter ac religiose instituta, quæ postea in Belgio maximope-re invaluit; ac perinde, uti patera Nivigellensis, in conviviis ad dimittendos solemni ceremonia hospites, coepit frequentari. Abbatissæ, quarum series describitur, titulo Dei gratia, aliisque dignitatum illustrium prærogativis sese extulerunt; donec cœnobium A. MDLXXII, fatali rerum in Belgio conversione, ab extero milite inflammatum, in cineres concidit.

COMMENTARII LINGUÆ EBRAICÆ, AUCTORE JACOBO GOUSSETIO Blesensi.

Amstelædami apud H. & Viduam Th. Boom, J. & Eg. a Waeber-ge, G. Borstium, J. Wolters, & Ultrajecti apud Gu. van de Water & Gu. Broudelet, 1702. fol.

Alph. II, pl. 3,

Cuius duos jam non inelegantes foetus, alterum *controversiam adversus Iudaos ternionem*, alterum *de vita deque mortua fide juxta doctrinam Jacobi Apostoli*, in his Actis anno 1688 mense Octobri p. 526, & anno 1696. mense Septembri p. 407 exhibuimus: eidem Autori opus hoc a plurimis dudum desideratum, Ebraæque Philologiz apprime necessarium debemus, Jacobo nempe Goussetio, in Academia Provinciali Grôningæ & Ommelandiz SS. Theologiam, Philosophiam & Hellenismum magno cum aplausu doceati, ac de literato orbe pridem meritissimo. Is enim Spiritus Sancti in Veteri Testamento linguam in his suis commentariis, simili Budæi in Græcam, & Julii Cæsaris Scaligeri in Latinam linguam labore excitatus, summo studio felicique successu illustrare, plurium quam quadraginta annorum labore sustinuit. Ante omnia vero monstruosam illam *equivocationem*, quæ conceptus nostros incertos relinquit, a vocabulis Ebræis summa cura removendam, & principem significationem detegendam stabilendam que esse existimat. Id utrum nostrarum orientalium linguarum,

Kkk 2

quæ

quæ & ipsæ homonymis scatent, ope præstítit: nec e Rabbínorum ubique vere cospitantium æquivocationisque fœcundissimorum scriptis (quæ quidem probe cognita habet, nec suo in aliis usu plane destitui afferit,) multum hie adjumenti habuit; nec τὸν LXX nimis quam frequenter labantum, atque ignoratione eterrima conturbatorum, aliasve Græcas, Chaldaicam, Vulgatam, Syriacam, Arabicas, Copticam (quippe τὸν LXX sensum solum exprimentes,) nec denique recentiores versiones alias ad proprietatem inquirendam multum conferre posse perhibet. Veram igitur & unam linguæ Ebraicæ, per ipsam Ebraicam linguam, Solis instar insito fulgore tricantem, explicandæ viam ingressus, illorum more, qui epistolam ignotis sibi literarum figuris scriptam, ex ipsa characterum collocatione diligentique observatione explicant, Ebraicarum vocum propriam significationem ex ipsis Bibliis declarare studuit. Radicem seilicet derivataque in plurimis exemplis considerans, eam, quæ primariam ac genuinam notionem contineat, vocem, veluti fontem, unde aliae, interpretationes manent, constituit. Hic vero primariam interdum generalem, quæ beneficio adjectarum limitationum in alias tanquam species sibi subjectas descendat, esse deprehendit; alibi primariam formalemque notionem eam, quæ tamen sit specialior, & a qua ad alias veluti ascendendo a specie ad genus, vel transundo ad speciem oppositam, tropo aliquo sive catachresi eatur, esse dicit, clarissimeque demonstrat. Qua occasione plures sœpe unius radicis significations conciliantur, quedam radici πολυτομή perperam tributæ rescinduntur, aliae huc usque invise omissove inseruntur, plurimæ receptarum confirmantur, & quæ non omnimodo accuratæ videbantur, corriguntur: ipsarum etiam radicum quedam restaurantur, superfluæ revelluntur, dubiæ notantur, vere radices ex aliis propagatae ostenduntur, plurimæque voces genuinæ ac natali radici restituuntur. Quæ omnia pluribus exemplis declarare possemus, nisi copia nos obrueret, & ipse CL. Autor in indeo quarto, sub voce *Radix*, luculentissimis exemplis addactis otium hic nobis fecisset. Pari studio *ambibilia* phrasium discussio-
dis & sanandis incumbit: & in iis primam notionem, Bohlii aliquaque exemplo, cum singulari τὸν Φιλόλογόν τον commodo co-
pendit.

terdit. Præstantur præter hæc multa alia, quæ commendare librum utilissimum eruditis queant. Jam enim, cum lingua sacra tempore similem esse, ubique deprehendat, archaismos tamen quosdam; jam neoterismos; jam locutiones quibusdam personis peculiares, sed nihil tamen lingua integratamente detrahentes CL. Autor observat. Sic voces נָעַר & נָזֵן olim in communi genere adhibitas, postea vero ipsarum foemina disticta terminatio formata esse, p. 921. A. indicat. Vocem רְבִזָּן p. 69. D. & usum præfixo בְּ in Φεάστε בְּפָאָזָה בְּשָׁעָרָה p. m. M. 2. neoterismo tribuit. Vocabulum קְדֻשָּׁה Ecclesiastæ peculiariter non tam affectum quam rem ipsam aut negotium denotare p. 278. C. vocabulamque בְּכָר & alias nonnullas Salomoni ejusque aulæ proprias fuisse, alibi perhibet. In phrasium examine non raro structuras diversas unum sensum reddentes; & contra similes, quæ ope particularum in diversos sensus abeant, in præfixo בְּ p. 113 & alibi sèpius observat. Hinc usum in Ebraicis vocibus & phrasibus potentissimum esse, occasione particulz מְנֻחָה in illo Jerem. 38. v. 16 אֶת אֲשֶׁר אָתָּה יְהֹוָה וְנָחָת שְׁמַנְיָה & infinitis aliis, quorum præcipua in Indice sub voce מְנֻחָה ab ipso Autore congetta videbis, notat. Sed cum tanto studio suo multas interpretationes ab omnibus receperit prorsus discrepantes CL. Autor eruerit, ne inde vacillatio aliqua vel fidei vel sensus Scripturae secuta dici possit, sedulo ubique operam navat, omnesque suas sententias fidei analogiæque consentaneas reddere studet: quin & illorum, qui ancipitem linguam Bibliorum Ebraicam esse dicunt, v. g. P. Simonis, Socinianorum & Sociniansantium quorundam Theologo-Philosophorum temeritatem quavis data occasione arguit. Plurimas porro interpretandi regulas pasim opere huic suo inserit; interpretationes receptionis argumentis ex Ebraismo petitis confirmat; nonnullas redarguit, alias mutat, optimasque multorum millium Scripturæ oraculorum expositiones ad unamquamque dictionem, quæ in illis occurrit, proponit, collatisque locis parallelis corroborat, ut opus hoc doctissimum Commentarii V. T. generalis & perpetui instar esse possit. Multa hinc Chronologia, Mathezi, Ebræorum ritibus, profundiorique Theologia summo iudicio declarari, crebrisque iconismis illustrari; multos populares errores doctis etiam nonnullis.

lis aut probatos aut toleratos castigari, male a Rabbinis cogitata, fōcileque nimis a nostratis excepta rejici, multas Rabbinicas, Targumicas, nec non alias voces exoticas adduci & explicari, omnia denique, quæ ad perfectissimos Ebræz linguæ commentarios requiri posse videbantur, maxima hic dexteritate præstari vides. Laboris igitur tanto studio peracti conscientia fretus, sine malignorum censorum metu in lucem prodit, eaque quæ vel ob radicum quarundam omissionem, descensum ad minutias, discrepantiā ab aliis, brevitatis vel prolixitatis in aliquibus studium, subtilitatem, obscuritatem, errorem, contradictiones, plagiū spacioṇem, vel quæcunque demum objici forte poterant, tertia p̄fationis parte mascule refellit, & omnia se sua soli divinæ gloriæ sacrique cōdīcis illustrationi destinasse contendit. Ipsis denique commentariis quadam in capite & calce nobis adhuc commemoranda adiiciuntur. Elegans nimirum dissertatio de lingua Ebraica generatim spectata præmittitur, in qua Autor CL. hanc linguam hominibus creatis statim inditam, & ab illo tempore usque ad Babelem superftitem, inde ad Cananeos devolutam, & ab illis Abrahamo traditam fuisse existimat; Huetiisque Demonstr. Evang. Propos. IV §. 3, pristinam illam & primigeniam linguam vel funditus interiisse, vel in alias linguas disseminatam esse, vel si perseverarit integra, ecquenam fuerit, absque temeritate dici non posse, perhibentis sententiam aliquot argumentis reprehendit; argumenta pro linguae Ebræe prioritate ab exceptionibus vindicat, pluribusque additis egregie confirmat. Deo igitur autore perfectissimam hanc linguam primis parentibus inditam, omnique studio & diligentia, ut Dei ipsius donum, longe dignissimam; nomen autem ejus non ab Ebero, sed notabili re quadam, quæ Abrahamo acciderit, quod scil. פָּעַבְרָה ultra flumen natus sit, ibique patriam habens inde aquas Euphratis trajecerit, (פָּעַבְרָה) novusque accola in Canaan venerit, derivandum esse, p. 7 statuit. Hanc dissertationem altera literæ N subjecta excipit, in qua de literarum origine & natura agitur. Literas igitur primum in tabulis lapideis Decalogi nec prius extitisse, & proinde ab ipso Deo, quo solo ἐνέργεια hoc mentem humanam exsuperans dignum sit, inventas esse credit Autor: hancque assertionem suam adversus objectionem, quæ a Si-

a Sinensium vel Ægyptiorum literis petitur, defensam confirmat; inde illarum ordinem ac potestatem, legendi rationem, vocalium, tonorum, accentuum adjectionem & usum, Tiberiensium item circa istæ operam, porro literarum figuram (cujus mutationem absque periculo fieri potuisse, indeque item de ~~ea~~ adeo momentosam non esse existimat) & denique nomina, quæ quidem e figuris ipsis non sumta, sed nascentibus statim arbitrarie indita esse censem, exponit. In calce libri addenda quædam subjecta sunt. Inter quæ priorem locum ea occupant, quæ Autori circa commentarios Ebraicæ linguæ, posterioribus curis adhibitis, ad quasdam radices adjicienda videbantur. His ultimum additio quædam de CL. Samuelis Bohlii Profess. Rostoch. disputationibus pro formalis significationis in explicatione Scripturæ S. eruendo, Rostochii A. 1637 editis adjicitur. In qua Goussetius CL. propositum Bohlii suumque in his Commentariis idem esse asserit, ut data opera sensus formalis requisitio instituatur: quædam tamen in eo, quibus ne Lectores tanquam veris fallantur, cavenda existimat. Præterquam enim quod panca attigerit ille, & vix plures radicibus CLX tractari, longe plurima istic omissa a Goussetio utiliter monita, quædam autem a Bohlio asserta ab erroribus non omnino aliena esse; quorum aliqua saltem circa varias radices adduxisse Noster voluit: e quibus hic vel unicum repeti sufficiet. Boblius nimirum radicis נָשָׂא & propter venerabile Messia nomen, & propter aliquot Scripturæ locorum veritatem in primis commemorabilem, formalem significationem esse delineavit, affirmat: *unxit* autem materiale ejus significationem esse asserit, neque tamen ullam tantæ in interpretatione נָשָׂא mutationis cauam aperit: adeo ut suspicionem nostro præbeat, ipsum duobus saltem locis in hunc errorum inductum esse. In quorum prioris 2. Chron. 22. 7. explicatione in eo peccari, quod Nimsi ipsum pro filio Nimsi ad destruendam Achabi domum destinatum a Jehovah dixerit; in posteriori vero, ubi dicitur, quod Elias Elisam נָשָׂא in Prophetam destinaverit, sine ulla ratione notionem *unxit* de gradu primario deturbari ostendit: cum omnino huic sententiaz & interpretatio Messiae per Χριστὸν & alia plurima exempla ususque fere perpetuus obstant. Falli igitur in eo Autorem, quod tanquam primum quodam

dam principium statuat: significationem formalem semper generalem; speciales autem tantum pro materialibus habendas esse. Hinc illud sequi, quod juxta Autoris mentem, forma proprie in omni derivato & in omni exemplo reperiiri debeat, sicut genus est proprie in omni specie subjecta. Hinc & illud esse, quod multis radicibus formam fabricetur tantopere latam & ab omni usu remotam, nempe ut ea in proprio sensu sumta patere ad omnia exempla & ad singula derivata queat: cum tamen minime absurdum sit, accommodationes & derivata vocum fieri, in quæ radicis significatio formaliter haud derivetur. Non modo igitur preclarum, sed & periculosum esse illud principium: quoniam plurimum yocum significationes vagas & incertas efficiat, quas determinatas senior Theologia omnino velit. Haec autem & multa similia ita monet Goussetius, ut tandem in Bohlii commendatione definat, monitum ejus, quod nullus sit omnino S. Scripturæ sensus, qui non simul respectu verae constructionis sit pure Grammaticus, etiam atque etiam ineulcet, pluresque Bohlii amulos porro excitari optet, siveque totum opus adjectis locupletissimis indicibus feliciter absolvat.

D. MATTHIAE LAGUNEZ SIGUNTINI, ANTEA IN SUPREMA Hispaniarum Curia desertissimi Advocati, ac deinde in Regia Quirensi Audientia Peruani Orbis Senatoris, Tractatus de Fructibus, in quo selectiora iura ad rem fructuariam persipientia expenduntur, difficiliusaque referantur &c.

Lugduni sumtibus Anisson & Joannis Posuel, 1702, in fol.
Constat g. alphab.

LAboriosum hoc Opus in Hispania conceptum est, ibique jam ante aliquot annos lucem quoque aspexisse videtur: hoc enim vel censuræ ei præmissæ, nec non epistolæ gratulatoriaz ad Autorem directæ, quæ annum 1681 habent adscriptum, docent. Specialius harum una ostendit, quod Autor, dum opus prælo committere pararet, ex climate Hispanico raptus, ac in novum orbem Peruanum, Regii Quirensis Praetorii Auditor ex Regio decreto designatus, transmissus sit, adeo ut ipse operi ultimam manum exhibere per

omnia non potuerit, sed illud revidendum & prælo tradendum alii, cui non nihil confusus sit, credere fuerit coactus. Exinde etiam factum esse amplius illa admonet, ut in *Part. i. c. 28.* quatuor numeri, scilicet 121. 122. 123. 124, sint omitti, quia in autographo deleti fuerint reperti, adeoque eorum insertio invito Autore accidisse videri potuisse. Ceterum Hispanica illa editio, si aliqua facta est, ad has horas non adeo penetravit, unde tractatus hic, vel pro plane incognito, vel saltem pro non valde noto haberi debet. Postquam vero hoc anno Lugduni in Galliis prodiit, reliquæ Europæ usui proprius admotus idem censi potest; hinc etiam novi tractatus jure *Actis nostris* eundem inserere non dubitavimus. Totum opus duabus partibus, quarum prior triginta quatuor, posterior septem capita complectitur, constat. Ab initio generalis de fructuum etymologia, definitione ac significacione doctrina proponitur, quam excipit prolixa emolumenterum naturalium, puta frugum, leguminum, herbarum, plurimumque aliorum ejus generis proventuum, quæ omnia fructuum nomine comprehendi possunt, recensio. Tum speciatim de aqua, an fructibus accenseri illa queat, disseritur; in quem locum multa de aquæ utilitate ac necessitate, nec non de balneis & thermis, tam naturalibus quam artificialibus & voluptuosis, referuntur. Inde subit disquisitio de ipsis arboribus, an & in quantum in fructuum censem referri illæ possint? Non minus excutitur quæstio, an, levatis fructibus, spicæ seu vinearum foliis, herba naturalis vel alia spolia, in agris privatorum remanentia, ipsorum agrorum fructus sint, ac adeo ab eorum collectione dominus alios arcere queat? quæ jure communii asserritur, sed regio Hispanico negatur, utpote quo illa omnia ad communionem sunt redacta. De partu ancillæ, an in fructu sit, anceps in jure Romano est quæstio, cui adeo, intelligendis difficultioribus nonnullis juris Romani textibus, peculiare caput etiam dare voluit Noster. His absolutis, ad protocollorum emolumenta seu commoditates, ex eorum exemplationibus, quas vocat, redactas pergit, ac an illæ sub fructibus comprehendantur? disquirit. Inde lapidicinarum aliarumque fodinarum proventus subterraneos, nec non thesauros, venationem, punctionem & aucupium, intuitu propositi sui, late perse-
qui-

quitur, insperis etiam, pro re nata, aliis questionibus, themata illa concernentibus. Postea laudemium emphyteusos, feudi levium & adhoam expendit Consultissimus Autor, & an fructibus dominii directi annumerari queant, amplius exponit, plura de levii & adhoæ natura inspurgens, &c, quod cum adhoa servitum Lancearum, quod in Hispania Magnates & Titulati Regi præstant, quodque vulgo servitio de Langas dicitur, conveniat, speciatim ostendens. Similis præcedenti tractatio est de donis annuis, muneribus ordinariis & extraordinariis aliisque xeniis, quæ Vasalli, in Italia potissimum ac Hispania, Dominis suis præstare solent, aut nonnunquam debent, de quorum adeo indale, varietate, necessitate & libertate prolixe Noster deinceps differit. Iude transit ad fructus jurisdictionis, cumque ex ejus sententia hujus utilitas tripliciter posit considerari, nimicum in magistratum ceterorumque officialium & ministrorum justitiz creatione, nec non in poenarum seu multiarum fiscalium perceptione, ac denique in aliis quam plurimis commodis ac præminentius, quæ eos potissimum, qui jure domini jurisdictionem exercent, sequi solent, ideo laboriosa tractatione sigillatim illa persequitur, atque ita amplissimam tractatus sui partem explet. Ut ex tam copiosa messe, unicam saltem fructus speciem exhibeamus, inter jurisdictionis emolumenta Noster etiam computat præminentias five honores, qui in spiritualibus, & maxime in oppidorum suorum ecclesiis, jurisdictionis dominis debentur: hinc disquirit, an cum cruce per Clerum, in novo præcipue oppidorum ingressu, sint recipiendi? an sedilia cum genaflexorio, pulvinaribus, baldachino & similibus ornamentis, etiam eum præcedentia præ aliis, & intra presbyterium, habere debeant? qua occasione plura de Imperatorum aliorumque summorum Principum sellis, in Presbiterio habendis vel non, ut &c, an illi personis ecclesiasticis annumerari queant, proponit. Reversus ad dominos jurisdictionales, amplius querit, an post Clerum, ante alias, thurificatio & Pax sit ipsis exhibenda, & num eorum uxores, præ aliis foeminis, illa prærogativa gaudeant? Fructus jurisdictionis sequuntur emolumenta Episcopatum, aliarumque Praelaturarum, nec non juris Patronatus, haut segnius aut minori prolixitate a Nostro discussa,

quem

MENSIS OCTOBRIS A. MDCCII. 49

quem in locum collationes, electiones, institutiones, præsentationes, nominationes, jus patronatus, oblationes, mortuaria similesve obventiones, nec non eleemosynæ, monasterio vel pauperibus præstari solitæ, confluxerunt. Animatum tanta fructuum copia eorumque collectione fessum recreaturus Consultissimus Author, deinde fructus voluptuosos, quos vocat, i. e. externos sensus, vixum puta, auditum vel odoratum delectantes, commemorat. In hunc ergo censum refert statuas ac picturas, nec non anima-
tia rara variasve artes edicta, aut monstra, quorum adspectus oculis gratus sit, ac pretio nonnunquam redimi soleat; qua occasio-
ne multa de ejus generis animalibus eorumque institutione præ-
statisque dexteritatis speciminiibus recensentur. Amplius fructi-
bus delectantibus accenset gemmas, margaritas, catenas aureas,
enuculos cum magno aliquo adamante, chrysodito aut similibus
lapidibus, aliaque pretiosa; non minus arbores proceras ac gran-
diores, quæ amoenitatis causa tantum aluntur, qualis fuit Plinius
platanus, pro cuius umbra etiam vestigia nonnulli solverunt, nec
non flores, hortos aromatarios aut peniles, quorum fructus, odo-
ris delectatio, recreatio animi, ceterorumque sensuum voluptas
esse existentur. In primis huic fructuum generi annumerat
Noster emolumenta ex theatribus representationibus orta, de
quibus tamen nihil dicere voluit, cum ei peculiaris dissertatio Ju-
ridica & Politica, separatim edenda, hanc in rem suppetat: por-
ro oblectamenta musicalia, in quem locum ea, quæ ad laudem Mu-
sicæ, ut &c, si malo fine illa utamur, vituperium pertinent, condu-
cuntur; denique chorœarum vel saltationum fructus, in qua dis-
quisitione primo Noster saltationum honestarum exempla recen-
set, postea de illicitis, earumque apud bonos odio miraque poena
agit. Rotundius vero chorœarum moralitatem determinatur, con-
tendit, eas in se esse actiones indifferentes, sed fieri illicitas ob-
certas circumstantias, mitemur primo ratione loci, ubi exercen-
tur, secundo temporis, quo fiunt, tertio personarum quæ iis in-
tersunt, quarto modi quo ducuntur, quinto intentionis saltantium,
sesto ratione provocationis, quam vocat, si scilicet, stilo Nostri,
chorœa ipsi chorizantibus proxima in turpitudinem occasio sit, quæ
singula deinde amplius persequitur. Hæc omnia prima hujus tra-

ctatus pars exhibet. Secunda brevior est , ac variorum terminorum explicatione , eorumque inter se comparatione absolvitur. Primo Noster de differentia verbi *fructus* aliorumque similium verborum , quibus etiam certi proventus notari solent , qualia sunt , fruges , triticum , frumentum , bladum & legumina , satagit , hujusque disceptationis usum circa statuta , legata ac privilegia ostendere nititur : postea quid inter glandem & fructum , nec non fructum , redditum , proventum , introitum , obventiones , & emolumentum inter sit , solertia indagat . Tum discrimen rerum ipsarum & fructuum explicat , ejusque doctrinæ varium usum , quoad res maxime feudales , emphyteuseos , majoratus , commendarum , & minorum adstruit , cum res , & earum fructus , diverso plane jure censi soleant , nec v. gr. fructus alienari prohibeantur , licet res ipsæ sint inalienabiles , aut fructus sint feudales , quamvis res ea gaudeat qualitate. His subjicit disquisitionem de discriminis fructuum & ususfructus , nec non beneficiorum ecclesiasticorum , ac speciatim juris decimandi , ab harum rerum fructibus differentiationem ostendit , ejusque utilitatem quoad alienationes , cessiones aliquos contractus , ut & fori competentiam amplius declarat. Illud forsitan in genere adhuc monendum , quod in hoc opere Noster subinde se remittat ad tomum II , ejusque aliquam partem & caput , sed sine numero indicata , ut dubio procul adhuc aliud de fructibus opus idem sit molitus , quod an perficerit lucique publicæ exposuerit , nobis non constat.

*FRANCISCI BAYLE CONVENATIS BONONIENSIS , Doctoris Medici & in studiorum Universitate Tolosane
Liberalium Artium Professoris, Institutionum*

Physicarum Tomus II & III.

Tolosæ apud J. Paulum Douladoure , 1700 , in 4.
Constat Tomus II. Alphab. IV , plag. 5. cum figurarum æne. ar. tab. VII. Tomus III. Alphab. IV. plag. 6.
cum figur. ænear. tabulis VI.

Sistimus hic tomum secundum & tertium Institutionum Physicarum Clarissimi Bayle , & cum tomus primus , quem mense Septembri hujus anni pag. 387 , exhibuiimus , parte n Phisices ge-

neralem cum libro I partis primæ Physicæ specialis continuuerit, tonus secundus offert librum II & III partis primæ, una cum tractatu primo partis secundæ Physicæ specialis. Scilicet quemadmodum in tota parte prima de corpore inanimato agit Noster, ita in libro II & III ejus de Mondo tractat, qui licet in corpora lucida, perspicua, & opaca, tanquam in partes integrantes optime dividatur, quia tamen partes sub hac divisione maxime sunt inaequales, merito retinet Clarissimus Autor illam antiquorum Philosophorum, qua in corpora coelestia & elementaria idem dispeicitur. Postquam igitur Terra figuram sphæricam, & magnitudinem, atmosphæræ conditionem, parallaxia, atque sphæram enodaverat, ortum & occasum siderum, mensuram temporis hujusque partes, atque computum ecclesiasticum explanat. Hinc ad theoriam planetarum & stellarum fixarum progreditur, atque mundi systemata a Philosophis & Astronomis supposita, firmamentum, & siderum influxus explicat. De corporibus elementaribus vulgo dictis in specie dum agit, in eorum proprietates, partium naturam, variorumque phænomena causas, & generationis modum inquit. Quoniam autem eorum affectiones communes gravitas & levitas observantur, harum scrutinium præmittit, & Peripateticorum & que ac Recentiorum de illis placita explicat; Galilæi imprimis hypothesis, que in gravium descensu a puncto quietis velocitatis incrementa fieri per numeros impares temporibus æqualibus statuit, ita ut v. gr. primo minuto sui descensus grave percurrat unum palmum, secundo tres, tertio quinque, quarto septem, & sic consequenter examini subjecit, eamque indubitatam pronuavit, si æqualis semper supponatur gravium impulsio, & omne impedimentum removeatur; quia tamen vis, qua gravis deorsum depelluntur, sensim decrescit, crescit vero medii resistentia, in hoc deficere Galilæi sententiam notat, & majori diligentia, quantum & quo progressu decrescat vis, corpora gravia deorsum pellens, & quantum augeatur mediæ, aeris e. g. resistentia, scrutatur, & de connexione gravitatis cum rotunditate Terræ quedam adjicit. Tum tellurem lustrandam sibi sumit, & quoad partes ejus exteriores, divisionem superficie, foecunditatem atque sterilitatem; quoad interiores, superiorē, intimam & infimam regionem, carumque

temperiem, & ipsa contenta seorsim examinat: varia terrarum species, succos concretos marinos seu salia nativa, quorum quatuor constituant genera, ut sal marinum, nitrum, alumnen, & vitriolum; succos pingues tam fluidos, ut oleum petrae seu terrae, quam concretos, ut sulphur, bitumen, ambram gryseam, sperma ceti, selenitum, ut & fossilia accuratius describens. Ut taceamus, quæ hinc inde de phænomenis quibusdam lectu non injucunda interserit, dum e. g. scintillas, quæ per magnas tempestates in fluctuum marinorum lucta excitantur, a particulis salinis provenire negat, earum potius rationem in eo confitere adstruens, quod vi æstus delatae particulae sulphureæ sursum ferantur, & nitrose atque halitus metallici fluctuum jactatione in aërem extrudantur, variarumque particularum occursu ac mixtione scintillæ accendantur, imo quod foliæ particulae pingues inflammentur, cum non raro ex illis in navibus ignes fatuos prope malos generari videamus; item dum vim electricam ab effluviis materiæ coelestis, nequitiam vero ab effluviis particularum viscidarum vel ab aere ambiente deducit; ut & quæ de Vulcanis, terra motu & magnete satis ingeniose affert. De Aqua dum ipsi sermo est, diversas ante omnia Physicorum sententias circa fontium originem proponit, quam dum alii ab aëre condensato, alii ex mari, alii denique ex pluviais & nivibus liquatis deducunt, binas ultimas hypothèses locum invenire posse non difficitur, dummodo res legitimo modo explicetur. Tum fluviorum pariter proprietates investigat, atque maris sublimitatem, profunditatem, salitudinem, amarorem, aliasque qualitates exponit; tum ad motus maris tam' generales & perpetuas, quibus sci-licet oceanus ab ortu versus occiduum & alternatim in partes oppositas fertur, quam particulares, quibus currentes, voragine, vor-tices & reciproca quedam lationes seu particulares æstus referuntur, progreditur; imprimis universalis æstus phænomena diligenter annotat, sententias Peripateticorum, Chymicorum, Fabri, & Galilei recenset, & refutat, Cartesii vero sedulo commendat. Nec minori industria Aeris seu atmosphære naturam & proprietates pertractat. Vim enim ejus elasticam, ponderis mutationem, altitudinem, regiones, ac meteora explanat; & quoniam aëris tempesties secundum primas qualitates in variis anni partibus occa-sio-

sionem dedit divisioni anni in tempestates, has pariter hic loci trare integrum duxit. Præ reliquis vaporum & exhalationum doctrinam solide; sicut, quemadmodum etiam de ventis eorumque differentiis, causis, & qualitatibus satis prolixe agit. Tandem de Igne elementari differens, difficultates quasdam circa flammarum generationem motas removet, & phænomena circa pulverem pyrium, pulverem fulminantem, & phosphorus eleganter explicat.

Lustrato hactenus Corpore inanimato, in parte II Corpus animatum examini subiicit Autor Clarissimus. Cum autem omnia corpora animata vivere dicantur, in quo haec vita consistat, ante omnia inquirit; & quoniam plantæ principio intrinseco tantum augentur, continua, quæ dimittunt effluvia, reparant, atque semina proferunt, & animalia præter has qualitates sensu motuque polent, homo vero præter haec omnia perceptionibus, apprehensionibus, judiciis gaudet, vitam nonnequivocum esse, & frustra laborare, qui sollicite querunt rationem vitæ omnibus corporibus animatis communem, pronuntiat. Postquam igitur in tractatu I de plantarum partibus, nutritione, ortu, propagatione & interitu tractaverat, ad animalia pergit in tractatu II, qui tomum III totius operis constituit, in quorum investigatione veras causas inquirit tum eorum, quæ in corpore animali per structuram organicam perficiuntur, tum quæ ab elementorum mixtione dependent, ut iis perspectis sua anima, sua corpori jura serventur, & vitetur communis a plebe commissus error, quæ ea corpori sepe tribuit, quæ mentis propria sunt, & mentem ad vilissima officia deprimit, quæ solius corporis ministerio, mente etiam inseis & aliquando invita, perficiuntur. Aristotelem autem ducem in hæ tractatione sequitur, ipsiusque egregiam amplexatur methodum, atque exorditur ab historia partium, ex quibus animalis corpus componitur, cum iis perspectis sponte menti offerat earum usus, & tota corporis animalis œconomia facile innotescat. Quia vero animalium perfectissimum & notissimum est homo, illius præcipue structuram perpendit, ita tamen, ut quæ in reliquis animalibus diversa sunt, aut abundant, pariter notet. Quod ut melius exequatur, in tres libros hunc dispescit tractatum, atque in primo de partibus, in secundo de functionibus, & in tertio de ortu & interitu agit animalis.

lis. Ante omnia igitur ossa timatur, eorum naturam, usum, connectionem & indurationis progressum in foetu exhibens. Tunc ad musculos pergit, expositaque illorum structura, hos propter spirituum influxum, massæ sanguineæ continua pressione productum, contrahi demonstrat; singulosque exponit musculos, ac inter respiratorios dum versatur, pulmonum constrictionem in expiratione partim a gravitate eorum, partim ab insita vi elastica, partim & præcipue a partibus comprimentibus, ut thorace & musculis; dilatationem vero in inspiratione ab aëris tam propria gravitate irruente, quam ab atmosphæra pondere impulso dependere; musculos interim intercostales externos costarum elevationi tantum, internos depressioni inservire, prolixius probat. Hinc partes, quæ in magnis cavitatibus, ut in capite, thorace, abdomine, continentur, & quæ in corporis ambitu sunt collocatae, una cum vasis sistit. Inter quæ, ut alia mittamus, eum omenti variarumque membranarum adiposarum diversis solidis partibus adjectarum aut insertarum esse usum dicit, ut moderatam non solum mollietatem in partibus conservent, aut rigiditatem nimiam impediant, verum etiam humorum acrimoniam temperent. Nec minus lectu digna sunt, quæ de statione corporis animalium, & translationum speciebus, incessu puta, volatu & natatu habet. Tandem nec humores intactos relinquunt, quorum differentias non solum generales suppeditat, sed & singulorum naturam sedulo investigat. Atque sic ad librum II progreditur, qui facultates, quibus animalium corpora reguntur, complebitur. Et quemadmodum in toto hoc tractatu omnibus numeris absolutam sistit Physiologiam, ita in declarandis functionibus eam sequitur Physiolorum hypothesin, qui per fermentationes eas celebrari autumant. Incipit igitur a facultate nutritiva, hujusque duas partes, naturalem & vitalem, perpendit, tum animalem examinat. De quibus plura nunc dicere non attinet, cum nulla non digna sint, quælegantur. In libro ultimo, qui ortum & interitum animalium pertractat, in eo totus Noster est, ut primum inquirat, ex qua materia, quibus causis, & quomodo animalia generentur? deinde unde tam varie per vitæ decursum ipsis mutationes contingent? ac denique, cur omnibus ineluctabilis incumbat moriendi necessitas?

per-

perserutetur. Illa igitur dum investigat, quæ ad generationem pertinent, ovum ipsumque generationem, & pulli ex eo emersionem explicat, atque observationes, quas Malpighius circa ovi mutationes ab incubatu ad pulli exclusionem fecit, omnibus aliis esse anteponendas judicat, ex eo, quod hic in isto operationum genere longe magis, quam reliqui, fuerit exercitatus & industrius, mutationes dictas per breviora intervalla observaverit, microscopia egregia adhibuerit, & nihil adjecerit, quod non ipse complexerat. Quoniam autem ztates ad interitum quædam videntur esse viæ, has, & mutationes quæ in illis observantur, declarat; tum dupli ex causa interire dicit animalia, vel per senium, vel per morbum. Postquam enim fermenta ad summum vigorem sunt evoluta, & quodam retrocessu sensim debilitantur, omniq[ue] energia privantur, necesse tum esse docet, omnem in corpore humano effervescentiaz motum sufflaminari, cessare alimentorum coctiones, spiritus non amplius generari, organa sensim corrupti, & denique facultates non posse amplius in actum trahere, totumque corpus dissolvi sine spe illa restitutio[n]is, i. e. mori. Cum vero moribus frequentissima sit interitus causa, & perimat homines sa[pi]e in primo vitæ limine, in hujus naturam breviter inquirit. Postquam enim eum per dispositionem p. n. corporis viventis, qua primo & per se ad functiones male obeundas disponitur, definiverat, variasque morborum suppeditaverat differentias, causasque cum symptomatibus examinaverat, in specie de febribus, quæ ipsi sunt dispositiones sanguinis p. n. ab acri aliquo exaltatae, pulsus efficientes frequentiorem, actionesque naturales lalentibus, agit, causamque, quæ paroxysmum febrium intermittentium excitat, portionem dicit aliquam succi pancreatici, quæ in aliquo ramo ductus Virfungiani pituita obstructo retinetur, ibique hærens majorem acrimoniam acquirit, qua pituitam obstruentem dissolvit, sibi que via sperit versus intestina, e quibus per venas lacteas defluit in massam sanguinis, ibique effervescentiam p. n. producit, ita tamen ut a ratione alienum non sit asserere, in primis viis quandoque materiam febrilem cumulari.

PHÆDRI FABULARUM AESOPIARUM LIBRI V.

*Notis illustravit in usum Serenissimi Principis Nassavii
DAVID HOCSTRATANUS.*

Amstelædami, apud Franciscum Halma, 1701, in 4.
chartæ augustinæ.

Constant i. Alphab. & plag. 12. cum figurarum ænearum plagalis 5.

POst tot elegantes utilissimarum pariter atque jucundissimarum Phædri Fabularum Æsopiarum editiones, quatuor ultimas in his Actis A. 1698, m. Jul. p. 343, & hoc ipse anno m. Mayo p. 208. recentissimus, non possumus non Clarissimi Davidis Hochstratani etiam, & chartæ forma, & typorum elegantia, & iconum singulis fabellis additatum splendore nitidissimam, Serenissimum Principis Nassavii Joannis Guillelmi, cui destinata est, usu dignissimam editionem, et si pauculo serius exhibere. In qua id quidem Nobilissimus Editor egit, ut, cum Serenissimi Principis tterior ætas difficultibus observationibus, quas notis suis alii, ut in Burmanni editione vidi mus, immiscuerunt, obtruenda non esset, ex Clariss. Virorum, Jo. Schefferi, Jan. Fabri, Conr. Rittershusi, Nic. Rigaltii Lud. Praschii, Marqu. Gudii, Nic. Heinsii, Jo. Fred. Gronovii, Jo. Georg. Grævii, Jac. Perizonii, aliorumqæ animadversionibus, Petrique Francii & Jani Brockhusi consiliis, pro instituto suo ea raderet, quæcunque juvando studio Principis Juventutis inservire posse viderentur. I primis igitur post emendatissimam fabularum lectionem, versus singulos singulari studio ad leges, a doctissimis etiam & sagacissimis viris negligenter habitas revocavit; erroremque Scioppii, Petri Daretii, qui hunc Autorem in usum Serenissimi Delphinæ edidit, & aliorum, qui Phædrum leges versuum, quibus hoc opuscolum concinnavit, ignorasse affirmant, correxit. Cujus studii illustrissima exempla p. 10. n. 7. p. 71. n. 3. p. 86. n. 4. p. 151. n. 7, qui curant hæc, invenient. Deinde Phædrum suum ex ipso potissimum Phædro explicat, ejusque a barbarie vindicati p. 139. n. 7. idiotismos paßim, sed brevibus notat: quod e p. 3. n. 6. p. 103. n. 10. p. 158. n. 2. & p. 159. n. 6. clarissime patet. Interdum etiam, quantum quidem brevitatis studium patitur, singulare quasdam observationes inspergit: quo illa forsitan, quæ p. 40. n. 8. de cano-

1801

rum plambeo pectine, exemplo Dominici Baudii, singendorum atque ornandorum, deque Minervæ juramenti ratione p. 85. n. 8. annotavit, refereenda. Nec desunt tamen aliqua, v. g. p. 93. n. 3. & fab. XIII. n. 1 alibique, quæ aliorum judicio emotanda relinquantur. Cæterum & pauca sunt illa, & levia, & quæ in tanto pulcherrimi operis nitore vix animadverti, editionis autidissimæ commendationi saltem nihil detrahere possint.

*DISQUISITIO DE CHIROTHECARUM USU ET
abusu, edita a JOHANNE NICOLAI.*

Giesse Hassorum, apud Hennigum Müllerum, 1701, 12.
plag. 7.

INTER reliquas nundinarum, quæ Francofurti ad Moenum sub autumni primordia celebrantur, solennitates, & iste ritus referri meretur, quo die constituto quidam ex ordine mercatorum coram Senatu verba facit, calicemque ligneum pipere impletum secum portat, cui chirothecæ superimpositæ conspiciuntur. Istam vero consuetudinem secum pensans, inque illius originem & scopum paulo curiosius inquirens eruditissimus Autor, materiam de chirothecis latius excussit, atque in præsenti libello exposuit. Orsus autem a vocabuli etymologia, mox ad materiam formamque chirothecarum pergit. Porro originem earum antiquissimam facit, quandoquidem iam tum Patriarcharum ævo eæ invaluerint, ceu ex facto Rebeccæ constet, quæ pellibus caprinis Jacobi manus obduxerit, ne parens senio confectus hunc ab Esavo valeret discernere. Usus earum in vita communi respicere imprimis ait manuum adversus æstus frigorisque incommoda munimentum, scissurarum item dolorumque ac læsionum aliaram, & pulverei squaloris depulsionem. Præterea vero a multis inde seculis morem obtinuisse tradit, ut in signum exprimendæ voluntatis chirotheca missa fuerit; unde factum, ut nundinarum quoque privilegium civitati alicui ab Imperatore concessum indicarit. Nec aliud significare chirothecas, Francofurti durantibus nundinis autumnalibus Senatui offerri solitas, quam quod idem jus civitati huic ex concessione Imperatoria competit. Condendæ porro urbis, cedendæque monetæ signum

gnum, chirothecas datas aut transmissas statuit. Quin imo & in homagiis, feudisque earum usum antiquitus obtinuisse, ac hodiensem passim obtinere, addit. Chirothecam a Regibus olim in urbem, quam obsidione cinxerant, projectam innuisse, obsidionem haud solatum iri, antequam urbe potiti fuerint; quale quid per calceum quoque detractum fieri consueville, ex Pl. LIX, 10 probat. In contractu emtionum & venditionum, ac cessione de jure aut domino alicujus rei, exutam datamque alteri chirothecam multum habuisse ponderis affirmat, atque inde locum Ruth IV, 7. 8. 9. illustrat. Sed &, ut annulum, ita chirothecam hereditatis impetranda indicium nuncupat. Eadem matuum tegumenta, tanquam honestatis & humilitatis signum, conspicienda exhibit. Apud veteres ad amicitias pacisque copulam arcuorem denotandam junctas fuisse manus dexterarum dum refert, inter absentes chirothecas, & Principibus per Legatos suos ad invicem frequenter missas, iistarum vices sustinuisse, una memorat. Quibusdam in locis moris esse narrat, ut in judiciis publicis, quando quis juramentum solenne depositurus est, chirotheca ferrea mensæ imponatur, quæ in memoriam revocet juraturo, justitiam esse quasi ferream & inflexibilem, ac capropter minime lèdendam, ne de pejerante graves illa pœnas sumat. In Speculo Saxonico Judices detractis chirothecis sedere, & sententiam ferre juberi observat, idque ideo, ut puris manibus, pecuniisque vel re alia minime corruptis se instructos illi profiteantur. Quæ chirothecarum detractio ut satis est honesta ac laudabilis, ita oppositam hec nanciscitur aliam valde ignominiosam, quæ in captivitatis de reo sumenda præsagium a gentibus nonnullis suscipi perhibetur. In investitura Imperatoris, Regum & Episcoporum chirothecas usitatas esse, Autor porro annotat, & quænam earum in concessionibus privilegiorum Doctorium nota sit? declarat. Miracula insuper chirothecis quibusdam afficta allegat, tandemque ad earum abusum taxandum se confert. Hunc indies a foeminis & que ac viris committi monet, quando istas ob nimium luxum varia olere unguenta faciant, aut gemmas, auroque & argento exornent. Olim vero abusos iis esse varios populos, qui ad probationem rerum dubiarum, chirothecas inter alia ferreas cudentes non raro adhibuerint, aut in suscipiendi duel*li*

MENSIS SEPTEMBRIS A. M DCCII. 462

hi notam eas ultra citroque miserint, aut per eas Christianos exquisitissimis tormentis excruciarint, aut, quod nec hodie in defuetudinem abicerit, iisdem veneno infectis homines, praeter ipsorum opinionem, occulte enecarint. Ceterum plura haud dubie datum fuisse Autor, si Abbatis Johannis Baptiste Pacichellii, Itali, Serenissimi Parma & Placentiae Ducis in Aula atque Regno Neapolitano Alegati, tractatum Juridico-Philologicum tripartitum, ante paucos annos editum, ad manus habuisse, in quo ut de *capillamentis, & larvis, ita & de chirothecis*, non insolenter is differt.

JO. NICOLAI TRACTATUS DE CALCARIUM USU & abusu, nec non juribus illorum.

Francofurti, apud Georg. Henr. Oehrlingium, 1702, 12.
Plag. 9.

Amanibus ad pedes se demittit eruditissimus Autor, & posteaquam in precedenti tractatu chirothecas, manuum tegumenta, contemplatus est, calcaria nunc, pedum munita, considerat. Dicta eadem existimat a calce, pedis parte posteriore, cui alligentur. Aculum autem & stimulum calcaris facit synonyma. Originem eorum refert ad ista tempora, quibus homines educti fuerint agros colere, serere, metere & frumenta invenire; tum enim boves, vel in triturando vel aratro trahendo occupatos, stimulo seu aculeo ferreo baculo indito actos fuisse conjicit, & hac occasione de stimulo boum, quo Samgar tot Philistaeos occidisse perhibetur Jud. III, 31, differit. Neque solas tamen bestias, sed homines etiam stimulis ejusmodi pungi suevisse autumnat. Apud Romanos certe, in crucem agendos, cum ad hanc deducerentur, non sine vexatione per viam, imprimis quando respicerent aut obniterentur, stimulis actos, ipsumque Christum Dominum nostrum hanc militum crudelitatem expostum fuisse, nullus dubitat. Ex spinis, vel lignis acutis, omnia primum stimulos, qui loco calcarium fuerint, confessos dicit, sed successisse mox ferrum, inde as, tandemque & aurum & argentum. A bobus stimulis agitari solitis translatum refert calcar ad equos, quorum ope milites in bello cursu pugnas aggredientes indigerint, iisdemque has

ad cursum celeriorem concitarint; ad quem respiciens Scriptura Sacra equos militum modo cum nube, modo cum turbine, modo cum aquila comparet. Verum & equos curruum falcatorum, & elephantes in belli ministerium adhibitos, calcaribus indiguisse monet. Parilem horum usum ostendit in Tornementis, de quibus una disputat; in arte item equestris, (*Werk s. Kunst/*) ubi leges usurpationi calcarium ex artis hujus magistrorum opinione praescribit. Nec usum eorum ad agitandos postarum equos reticet, deque harum origine & incrementis nonnihil allegat. Scutis vero, quibus flagellantes in Papatu semetipsos cedant, minuta quoque affigi calcaria, crudelitatem vocat, & brevem flagellantum historiam texit. Sed & navium calcaria commemorat, rostra nempe erata, quae in naues hostiles audacter incurrere, & aliquam eorum partem impetu facto affligere valeant, itasque non secus, ac eques equum calcaribus, pungant. Insinuat deinceps calcarium stimulique significationibus mysticis, expositoque aliquantum proverbio, *contra stimulum calcitrare*, cuius & in sacris mentione Act. IX, 5, ad jus gestandi calcaria progrereditur, hocque olim nonnisi equitibus competitissime docet, quorum aliqui auratorum nomen gesserint, ideo, quod, ut annulus aureus a plebe eos distinxerit, sic aureis etiam calcaribus uti iis licuerit. Ab his diversos facit Auditores (*die Ritter des goldenen Sporns/*) quibus ad ornamentum, prater gladium & cingulum, aurea accesserint calcaria, quem ordinem in Hispania cum primis magni aestimari scribit. Imo & equites adhuc alios, & pricipue Hierosolymitanos ac Melitenes introducit, qui eodem jure aurea gestandi calcaria gaudeant. Argentea tribuit Armigeris seu scutiferis, quos simul latius delineat. Argentea tandem & ferreas in torneamentis olim adhibita pronuntiat. Cum autem calcaria signum sint collatae a Superiori dignitatis ob fortitudinem, & virtutes bellicas; abuti iis statuit Nobilis, qui otio indulgeant, & nil nisi Greccanico more bibere, blasphemare, scortari didicerint, ac multo magis inferioris econditionis nauique homines. Calcarium amputationem pro re ignominiosissima venditat; & denique de calcaribus e templorum parietibus suspensis, aut cum demortuis in sepulchra conjectis erubite differit.

JOH.

MENSIS OCTOBRIS A. MDCCIL. 463

JOH. MARCKII IN MICHAM NAHUMM, HA-
BAKUKUM & ZEPHANIAM Commentarius.

Amstelodami, apud Gerard. Borstium, 1700, in 4.
Alphab. 5 $\frac{1}{2}$.

EJUSDEM IN HAGGÆUM, ZACHARIAM ET MA-
LACHIAM Commentarius.

Ibidem, apud eundem, 1701, 4. Alphab. 8.

AD finem natūræ perdixit eruditissimos suos Commentarios int̄ Prophetas minores Celeberrimus Scripturæ Interpret̄, Jo. Merckius. Nos igitur cum ex partibus antehac editis, specimenis qualisunque loco, illustrum quorundam dictorum expositionem nō etudisse recordemur, eandem & nunc operam Benevolo Lectori nāvare haud pigrabitur, quando septem posteriores Prophetas ab Autore enucleatos fistimus. Nominatum Mich. II, 13. Vnde siue effractores, eundem quidem statui posse dicit cum Rege ipsorum seu Jehovah, cuius in sequenti versu fuit mentio, at potius tamē intelligendum esse addit omnem infra Deum ducem gregis, qui huic exemplo & voce præverit, sicuti Reges soleant alios ante se habere, quos mittant, effractores, Deusque tales olim habuerit in Mose & Aarone, deinceps in Iosua & Zorobabele; ut notentur adeo Evangelii in convertenda gente ministri: quale quid intellexerint heic dudum veteres Hebrai, qui heic repererint Eliam, & similiter Christiani, qui hoc nomen ad Johannem Baptistam traxerint. Locum Cap. V, 1. de parva Borbolebam, in sensu interrogativo accipit, qui validissime neganti æquipollcat, & cum citatione Matthæi optime consipiret. Circa effatum Domini Nah. I, 9, quid cogitabili in Jehovah? consumcionem ipse facit, non surget secunda vice angustia; quari suavit alias, num paracleticum sit, an comminatorium? Noster vero ea, quæ de consumtione dicantur, hostes Assyrios, est quæ de non iteranda angustia addantur, afflitos Judeos respicere affirmat. In præstantissimo dicto, quod ex Habac. II, 4. sapient in Nove Testamento citatur, ad afferendam justificationem per fidem, justum spectari ait simul ut prædictum fide sua, sive illud directe cum nomina Ænigæ coharet, ac si di-

ceret.

ceretur, qui *justus est per fidem suam*, ut instrumentum justificationis & fontem charitatis atque sanctitatis omnis; sive verbo vivendi necatur, tanquam prædicati pars, cum per fidem suam nemmo vivere possit, qui candens non habeat. Zeph. III, 18 vocem Χριστου constructam pro absoluta, quam plurimi interpretantur *mastos* seu afflictos, a radice Χριστος vel Χριστον, potius per *remotos* exponit, a radice Χριστος, remotosque a festivitate illos dicit esse homines, qui ab illa excludebantur, ac partem in illa habere profus impediabantur. Hos ait colligendos dici, &c ad communem populi Dei festivitatem adducendos. Quanquam vero istud & Iudeis & Gentilibus conveniat, ad hos tamen, quam ad illos, respectum heic habere mavult. *Gloriam Templi secundi Hag.* II, 10. prædictam, ad Messia adventum & beneficia trahit, sensumque hunc adversus Iudeos prolixe vindicat. Per foveam iniquosam Zach. IX, 11. vel servitutis spiritualis misericordiam gravissimam & ineluctabilem, vel mortem & corruptionem spiritualem cum illa servitute connexam, vel ipsum denique eternam damnationis barathrum notari afferit. Mal. IV, 5. *Eliam* non Thisbitam, sed Joannem Baptistam designari, diserte affirmat. Ceterum ut parti hujus operis prima præfationem peculiarem præmisit Autor, in qua suas de septem periodis Ecclesiæ Novi Testamenti Apocalypticis meditationes, adversus Doctorem aliquem Franequeranum vindicavit; ita nunc in partem ultimam Lectores intromissurus idem, Johanni Brauniœ, a quo ob censuram expositionis verborum Col. II, 15, in Selectis ejus Sacris male fuerat habitus, respondeat.

LIBRI NOVI.

A *Nri-Scepticism: Or, Notes upon each Chapter of Mr. Lock's Essay concerning Humane Understanding. By Henry Lee.* London for R. Clavel and Harper, 1702, fol.

The History of the Royal-Society of London. By Tho. Sprat D.D. Lord Bishop of Rochester. London for R. Scott &c. 1702, 4.

A Short View of the Chronology of the Old Testament, and of the Harmony of the Four Evangelists. By William Whiston. Cambridge, for B. Tooke, London, 1702, 4.



A C T A
E R U D I T O R U M ,
publicata Lipsiae
Calendis Novembris, Anno M D C C I I .

סְדָר נֶקְנִין

Sive

*LEGUM MISCHNICARUM LIBER, QUI IN-
scribitur, Ordo Damnorum &c.*

Amstelodami, excudunt Ger. & Jac. Borstius, 1692, fol.
16. Alph. 3. pl.

Quam semel ingressus est viam, hanc strenue emetiri an-
nititur Vir eruditissimus, & de literis Ebræis præcla-
rissime meritus, Guilielmus Surenhusius. Quartam
enim jam operis Mischnici partem, seu נֶקְנִין, סְדָר
h. c. Ordinem damnorum, iisdem, quibus priores prodierunt, or-
namentis ab Auctore instructam, sistimus. Magnam profecto
hinc nostræ etatis intelligimus felicitatem, qua omnibus isti reclu-
duntur thesauri, ad quos olim paucissimis, nec sine magnis diffi-
cultatibus, tædiisque quam plurimis, aditus patebat. Jam tribus
mensibus tanta in hoc studiorum genere conficere licebit spacia,
ad quæ olim vix vita hominis sufficiebat. Sed ad rem ipsam acce-
dimus, supervacaneum prorsus ducentes, aut utilitatem hujus in-
stituti, aut incredibilem Editoris clarissimi laborem, commendare
prolixius, cum nemo nisi bona mentis inops, aut ipsum vitupera-
re opus, aut Auctorem premeritis defraudare laudibus queat.

Tres priores, qui in hoc Ordine comparent, codices vocan-
tur בְּבֹות Portæ, & quilibet ex iis בְּבֹא, quandoquidem ipsis
quasi portæ aperiantur, per quas ad legum forensum intelligenti-
am comparandam, introcedendum est. Et cum primæ portæ leges

N n n magis

magis necessarias esse Iudei contendunt, quam secundæ, & hujus interum magis necessarias, quam tertiaz, hinc cur *prima*, *secunde*, *tertia* nominè eas insigniverint, paterat. In primo itaque codice, qui נסיך בברא porta prima dicitur, de ejusmodi agitur damnis, in quorum mora aliquod periculum continetur, si non resarciantur, quarum auctor quatuor in principio statuit fontes. sive patres, qui omnes suas habent generationes, cumque hæc quatuor damnorum genera omnia ab hominum opibus proveniant, ideo & ad compensationem homines tenentur. Nomina autem istorum fontium, ex quibus quæ profluvant diemna hujus tractatus argumentum constituunt, sunt: *bos*, *purus*, *depascens*, *incendium*. Agitur scilicet de bœve alteri inferente damnum, de puteo non operto, de pectore agrum ulterius depascente, & denique de domino per incendium dato, ab illo scilicet resarciendo, a cuius domo in aliorum hoc se diffudit possessiones. De hisce omnibus more suo quam subtilissime disputant Jureconsulti Ebræi, quem in compendio doctrinam exhibet in præfatione Surenhusius. Edidit ceteroquin jam pridem hunc tractatum נסיך בברא Constantinus L' Empereur ab Opwyk, Theologiz olim, ut & Linguae Hebraicae & Chaldaicae in Academia Lugduno-Batava Professor longe celeberrimus, sub titulo Legum Hebreorum forenum, annotationesque eruditissimas, adjecit, quæ integras, cum eisdem versione, operi huic inseruit Surenhusius.

Alter codex Legum forenum vocatur נסיך מצלע *porta media*, in quo agitur de litibus de rebus depositis, de conductionibus, permutatione, elocatione, cæterisque huc spectantibus. Existimat Surenhusius, auctorem Misnicum, in hoc codice constitendo, secutum esse ordinem, quem in legibus Mosaicis constitutum viderat. Etenim, inquit, postquam de quatuor damnorum patribus judicia tradiderat, statim subjunxit ea, quæ de quatuor custodibus agunt. Provocat ad Exod. XXII, v. 6. usque ad 9, contenditque ibi sermonem fieri primo de שומר אֶת־עֲזֹבָה *custode gratuito*, cui quis depositum aliquod custodiendum tradiderat, id eoque & argentum & suppellectilem nominari, quæ absque magna opera facile custodiri possint; quamobrem & pro custodia illorum nihil respondi solet custodientibus. Deinde de his verbis fieri

fieri putat, quæ שׁוֹפֵט שׁבָּר *custodi mercenario* concredita sunt, cum de jumento loquatur, quod aliquis alteri servandum dederit, idque obiegit, aut fractum aut abductum fuerit, nemine vidente, &c. Hanc demum legem excipere eam, quæ de conducto & commoda-
to tractet. Tertius denique codex בְּבָא בַּתְּרָא *porta ultima* dicitur, quoniam hæc porta tota a legibus ore traditis pendeat, & ab iis, quæ cojectaris & consequentius e lege scripta depromantur. In hac disquiritur de fundorum domiciliorumque communium in-
ter vicinos divisione, ope alicuius interstitii in medio extruendi; de
omni genere effosionum; de jure possessionis respectu agrorum,
domuum & rerum mobilium; de venditionibus & emptionibus;
de jure hæreditatum earundemque ordine inter consanguineos; de
fidejussione; de repudiū libellis, tam extensis quam colligatis, at-
quo id genus aliis, quæ hisce capitibus affinia sunt.

Sequitur tractatus סְנֶדְרִיָּה *dē Synedriis*, idque non iname-
rito, ut Surenhusius putat, cum judiciorum rationibus expositis or-
do postulet, ut judicium, qui eadem decernant, injiciatur sentio. De etymologia vocis סְנֶדְרִיָּה in omnia alia ire Scriptores He-
breos observat, aliis eam a סְנָדָה quod Chaldaice *legem* notat, &
סְנָדָה reperentes, derivantibus; eo quod in Synedrio lex aliquoties a Senatoribus repeti debeat, ad quæstiones recte examinandas;
aliis vero existimantibus, eandem ita dici a סְנָדָה quod ju-
dices odio habeant munera; vel a בְּרִית סְנָדָם *Horat* סְנָדָם
quod in judicio non debeant esse πέντεστοι λόγιοι ταῦ. Ipse contra
rectius docet, vocem hanc origine Græcam esse, terminatione Chal-
daica gaudentem: simulque addit, solenne esse Ebrais, Romanarum
Græcarumque vocum natales in lingua Ebræa aut Chaldæa quare-
re, ne lingua Ebræa hisce gentibus quidquam debere videatur. Ra-
tionem autem, quod Hebræi supremum gentis suæ confessum Græ-
ca voce adpellaverint, facile constare putat, si quis arctissima inter
utrumque populum commercia consideret, & quanti Græcorum
studia ab Hebræis estimata sint, ab eo potissimum tempore, quo
singularem suum erga hanc gentem favorem Alexander M. decla-
raverat. Interim tempus, quo Hebræi vocem Græcam adsevererint,
determinari non posse, licet hoc non prius ab iis factum fuisse, quam
a captivitate Babylonica in patriam rediit facti sint, vel ex eo pa-

lam fuit, quod vox סנחרין Chaldaicam habest terminationem. Ad rem ipsam quod attinet, summa illorum, quae de Synedrio Jure consulti Ebræorum tradunt, hue redit. Distinguebantur Synedria in majora & minora. Majus collocatum erat in sanctuario, septuaginta constans senatoribus, quos inter si quis Sapientia excellebat, נושא נחש היחסה princeps dictus est, & Mosis vices obiit. Huic a dextris sedebat quispiam confiliarius doctissimus, qui pater domus judicij vocabatur: a sinistris vero nonnemo principi proximus erat, qui collegis suis Scientia præstabat: reliqui vero omnes in tribus sciamnis semiæirculum confidentibus sedebant, ut alter alterum & princeps atque pater domus judicij omnes senatores intueri possent. Præterea juxta subsellia ab utroque latere duo sedebant vii, qui senatui a secretis erant, quorum unus verba absolventium conscribebat, alter vero condemnantium. Minora vero duo constituta erant Synedria triumviralia, unum circa atrii portam, alterum circa portam montis templi. Et ejusmodi Synedria minora quoque erecta erant in reliquis terræ sanctæ urbibus, dummodo in iis centum & viginti habitarent incolæ. Qui vero in istis conventibus legum peritissimus erat, ut porro Auctor docet, is caput confessus, sive gymnasii rector eligebatur: reliqui vero eodem ordine sedebant, ut in Synedrio magno. Quod si urbs aliqua tot incolis non abundaret, tum in ipsa tres solummodo judices constituebantur, cum nullum Synedrium paucioribus quam tribus constare posset, ut controversiaz inter collegas tollerentur. Duo quoque in civitate adesse debebant illustriores Sapientes, quorum unus totam legem explicare, alter vero eam audire, interrogare, & respondere posset ad quæstiones in medium allatas. Quibus porro dotibus instructi esse debuerint judices Synedriique aëflesores, juxta Sapientum Ebræorum placita, Auctor porro edidit. Sed iis missis, tantum de promotione illorum, ut loqui solent, nonnulla delibabimus. Oportebat nimirum unum tam e magni, quam parvi Synedrii & triumviralis collegii judicibus promotum esse ex ore illius, qui rite promotus erat: quia Moses promovit Jo-suam & septuaginta seniores, hi successores suos, continua serie, usque ad doctores Mischnieos, si Judæis credimus. Perinde autem se

Se res habebat, sive quis a principe, sive ab alio quopiam rite suffecto creatus esset, licet is nunquam in Synedrio promotus esset. Præterlapsis temporibus non impositione manuum, sed adpellatione vocis Rabbi sequenti formula : רשות יש לה רשות תנו Jam promotus es, sibique judicandi facultas concessa est, vel in ipsis judiciis penalibus, ea fuit peracta. Nulli præterea judges digni erant nomine אלחים nisi illi, qui Synedrii in terra Israelitica constituti judges erant, & in judiciis ferundis exploratissimi. Hæc & alia de Synedrio in compendio Surenhusius docet, quæ in ipso tractatu Mischnico latius deducuntur. Hunc autem jampridem una cum tractatu sequente ברכות in linguam Latinam transtulit Theologus celeberrimus Jo. Coccejus, cuius versionem more suo retinuit Surenhusius, una cum notis Mischnicæ. Gemarica vero, cœu ad scopum suum non facientia, prætermisit.

Is ergo, qui sequitur, tractatus ברכות de flagellationis poena agit, juxta legem Mosaicam Deut. XXV, 1. fontibus infligenda. Quæ de sensu legis ex mente Ebraeorum Author disputat, non attingemus. Modem saltem flagellationis, quem ex Maimonide de Synedriis & poenis sicut, paucis cum eo delineabimus. Manibus scilicet illius, qui flagellandus erat, hinc inde colligatis, lictor uestem illius prehendebat, eamque licet rumpendo exuebat, donec pectus denudasset : deinde lapidi cvidam insistebat, cum loro taurino in manibus suis complicato, ut e simplici loro fieret duplex, & e duplice quadruplex, & præterea in hisce duo erant lora asinina ascendentia & descendentia. Hæc lora palmi latitudinem habebant, & longitudinem cuius extremitas ad os ventris pertingere poterat ; sed manubrium habebat palmi longitudinem. Requirebatur autem, ut is, qui percutiebat, magis scientia quam viribus excelleret, ut rite officio suo fungeretur. Lorum itaque ambabus atq[ue] habebat manibus, atque una feriebat quantum poterat, triplicem inter manus ictum infligendo, & sextuplum a tergo, unicuique humero triplicem. Et hoc siebat judge inspectante, ut is de toto flagellandi negotio omnino certus esset, omnia rite peracta esse, juxta illud legis præscriptum : וְהַכֵּה לֹא־פָנֵן & percutiat ipsum coram illa. Dum minister ita verbera intentabat fonti, supremus judex preliegebat ea verba, quæ extant cap. XXVII. v. 58. Si non observaveris omnia

verba huiusce legis usque ad vers. 69. quæ verba absolvebantur, simul ac verbera finita erant; si vero licet nonadum absolvisset, iudex lectionem repetebat, usque duos numerus complectus esset. Secundus vero iudex plagas enumerabat, & tertius ministra dicebat, חכ'percute: quoties enim credobat minister, toties iudex numerabat. Hæc ex Maimonide Surenhusius, cuius hic usi sunt verbis.

Tractatus **רשות שופטין** de jurejurando prioribus ideo, judice Surenhusio, subjicitur, quod nemo praeter judicem cogere quenquam ad jusjuraendum queat, vel punire eum, qui pejerat. Fundamentum hujus tractationis petunt ex *Levit. V*ers. 4. usque ad 24, cuius legis succincta expositionem, juxta Ebraeorum sententiam, Auctor exhibet. In ipso autem tractatu Mischnico de jurisjuran- di notitiis respectu iustumunditiae, in qua jurans versatur; de jurejurando duplice, quod quadruplicem habere possit sensum; de discrimine inter **נשׁובות טהרה**, jusjuraendum vanum, & **שבועת בטוי** jusjuraendum temere effutum; porro de jurejurando testimonii, quo loco, quo tempore, quibus formulis fiat, in quas potissimum perso- nas cadat, similibusve juris Ebrei capitibus, more suo disputant. Tractatus autem hujus Mischnici versionem itidem Jaspri deo ador- navit **Johannes Ulmannus** Argentoratensis, quem & in aliis tra- ctitibus Mischnicis vertendis, ingenium industriamque suam pro- basse, jam ex precedentibus partibus hujus operis constat: & eam quidem versionem Auctor retinuit. **פסחת עיריות** seu tracta- tus de **טבילה** complectitur sententias, ut Surenhusius do- cet, quibus testimonia sua perhibuerunt viri aliquot fide digni, quæ in controversiis decidendis velut normæ quædam habebantur, & judicii species; eaque testimonia præsentibus judicibus sunt prola- ta. Non ergo agnoscit hic tractatus legem a Mose descriptam, sed comprehendit constitutiones aliquot juris, dictas in ædibus Chanaiæ filii Chiskiæ filii Goronis, qui sua ætate omnium præclarissi- mus habebatur. Simul vero patet, cur de **טבילה** inscri- batur. Cum enim & Schamæ & Hillelis discipuli de variis quæ- stionibus coram R. Chanaina disceptarunt, diversa ab utraque parte allata sunt testimonia, quæ illi a præceptoribus suis tradita accepisse dicebant. In iis autem, cum nihil, quod momentum trahat, o- currat,

currat, progrederiatur ad tractatum עַבְרִים וְנָאכֶת de cultu peregrino. Hic vero diligenter monet Surenhusius, falk eos maximopere, qui existimant, contineri in eo quedam contra religionem Christianam dicta. Contrarium facile unumquemque intellecturum, si integrum tractatum a capite ad calesem perlustraverit: ita deprehensum, omnia respicere Aegyptios, Græcos, Romanos, & præcipue populos terra Israeliticæ confines. Præterea nec verosimile Viro doctissimo videtur, tempore R. Jehudæ Sancti, qui sub fine primi a nativitate Christi seculi vixit, quive inter alios etiam codicem hunc de cultu peregrino in ordinem digessit, religionem Christianam ad tantum fastigium assurrexisse, ut Christianorū virorum scriptis obviām ire conarentur, quippe quæ in cryptis & speluncis divulgabantur, quasi-nunquam vires sumptura essent. Denique ex auctoribus Ebraicis constare, Doctores Judæos unanimi consensu statuisse, quod hodierni Christiani cultui idololatriæ non sint addicti. Ceterum de origine idololatriæ, juxta mentem sententiamque Ebræorum, ita differit Surenhusius: repetendam eam esse jam a temporibus Enochii, eoque referendum illud Mosis effatum Gen. IV, ad. tam profanatum est in invocando nomine Domini. Hanc enim interpretationem confirmare paraphrastem Chaldaeum, interpretem Arabem, aliosque non infimæ notæ scriptores. Occupatio videlicet statum hominum animos cum errorem, quod, cum Deus stellas & spheras in expanso creasset ad regendum mundum, easque isto honore affectisset, quod in sublimi positæ essent, ut iis tanquam ministris suis uteretur, merito has extollendas judicarint homines. Nec absontum adeo visum, venerari & colere ea, quæ excellentioram adeo naturam, & quandam pro his sublunaribus prærogativam fertitatem videbantur. Hinc laudare sidera-homines, verbis exornare, sacrificare & se coram iis incurvare coepisse, ut gratiam quendam ab iis obtinerent. Neque negasse eos olim, præter sidera Deum esse, sed hac ceu Deos quosdam vicarios colenda censuisse, juxta illud Jeremias c. X. v. 6. *Quis non metuet te, Rex gentium, nam tibi hoc convenit, cum in omnibus gentium sapientibus, & in omnibus regno ipsarum, nullus sit per te;* sed una obmutescunt & stolidi facti sunt, quia eruditio vanitatis lignea est: quod perinde sit, ac si dixisset: *omnes illi gentilium sapientes quidem norant, te scilicet esse Deum,*

um; hic tamen error eorum & stultitia est, quod putent, hanc vanitatem tuam esse voluntatem. Sequentibus deinde temporibus extitisse porro ait pseudo-prophetas; affirmantes, sibi a Deo praecptum esse, ut hanc illamve stellam, quin & omnia sidera colerent, iisque certo modo sacrificarent, & libarent, omniisque honoris genere ea afficerent: quibus rebus ut fides haberetur, figuræ istis indicatis, quas commenti erant, dicitantes, per prophetiam ipsis revelatas has illasque stellas representare. Quo dolo captos homines, in templis, sub arboribus, in montibus & collibus simulacra fecisse, que adorarent. Quo pacto hinc omne idolatriæ genus latius per omnes gentes diffusum sit, queve tandem pacto Abraham rectiora sit secutus, itemque qua ratione multi ex Israëlitis in Ægypto commorantibus a recto tramite deviarint, ut a Mose lege sanctissima omnem idolatriam prohiberi necesse fuerit, hic uberior expositum videas. Atque hæc dum porro persequitur, probat inter alia ex Scripturæ S. dictis, Israëlitis nefas quidem fuisse, aspicere idola, aut de iis disquirere vel disputare, ne videlicet occasio a veritate descendi inde illis enasceretur. Ceterum & hunc tractatum *Joannes Poringerus Svecus*, vir doctissimus, transtulit, cuius & hoc exhibetur verbo.

Notissimum autem inter omnes tractatus Mischnicos facile is est, qui nunc sequitur: **מסכת אבות de Patrum capisibus.** Qui cum velut compendium quoddam doctrinae moralis Ebraeorum exhibeat, ideo a multis iisque doctissimis Rabbinorum commentariis fuit illustratus. Duplicem autem auctori hujus codicis constitutum fuisse finem, docet Surenhusius. Primo ut ostenderet, majorum testimonia & instituta ore tradita esse verissima, eaque alias ab aliis accepisse continua quadam successione. Deinde auctorem in hoc codice singulorum sapientum doctrinam moralem tradere voluisse, ut posteriores doctores bonos mores & virtutes morales sibi compararent. Recte itaque reliquis tractatibus rerum foederalium hunc subjici, eo quod judices cum primis bonis moribus instructi esse debeant. Cum vero opere pretium esse putet, successionem traditionis moralis apud Ebraeos accuratius cognoscere, ideo Abarbanelis prefationem in librum, cui titulus est **נהלה אבות Hereditas patrum**, in linguam Latinam a se conversam integrum

MENSIS NOVEMBRIS A. M DCC II. 473

tegram hic exhibet. Ad ipsum vero huncce codicem quod attinet, constat eum jam a Paulo Fagio translatum in linguam Latinam esse, & A. 1541 cum doctissimis notis editum; quam versionem & Surenhusius retinuit, licet & ab aliis versionem quandam tentatam non ignoraret, tum quod liber iste vix comparari potuerit, tum quod Fagius in studiis Hebraicis fuerit exercitatisssimus, & ejusmodi animadversiones adjecerit, quas mutatis mutandis aliis exscripsisse suffecerit. His adjecit & Johannis Leusdenii notas, ne quid decesset, quod ad Ethice Ebraice intelligentiam ficeret.

Agmen claudit tractatus *תְּלִינָהָן דְּכֹדֶמֶנְטָס*, in quo de Judicium erroribus agitur. Ita namque comparatum esse cum hominibus solet, ut nemo inveniatur temere, qui ab omni errore in moribus aut doctrina sibi cavere queat. Hunc ergo tractatum superiori recte subjungi putat Surenhusius, ut adeo toti Ordini de Damnis finis imponatur. Docetur itaque in hoc codice, quibus modis errare Judices atque Senatores possint, & quæ tum ab illis offerenda sint sacrificia.

CLARORUM VIRORUM EPISTOLÆ CENTUM ineditæ. Ex Museo JOH. BRANT.

Amstelædami, apud Sebast. Petzoldum, 1702, in 8.
Plag. 20.

Institutum aliorum in evulgandis hominum doctorum familia tribus litteris, quod alibi retulimus & commendavimus, sequi placuit Clarissimo Brantio, qui hanc epistolarum lectu sane dignissimarum centuriam cum orbe eruditio communicavit, quam minime contemnendam judicabunt, qui easdem a Martino Lutherio, Joachimo Cameratio, Gerh. Jo. Vossio, J. Wouvverio, Andr. Schotto, Daniele & Nicolao Heinsius, Isaaco Casaubono, Casp. Barkæo, Sam. Petito, Herm. Conringio, Andrea Riveto, Guidone Patino, Ismaële Bullialdo, aliquæ magnæ etiudionis & famæ Viris profectas esse cogitaverint. Sed præstat ex decerpis inde flosculis benevolo Lectori præmium earundem uberioris indicasse. In prima Lutherus ad Imperatorem Carolum V. scribit, ac suæ, imo Evangelii causæ patrocinium submisse petit. In secunda querit Damasus & Blyenburch ex Bernh. Paludano: utrum

O o o

Abyssi-

Abyssinorum aliaque Aethiopiz regna Presbytero Johanni parcent? In. quarta Joannes Casparus Gevertius de locis quibusdam ex Statio confert cum. Grotio , hujusque poemata multum celebrat. In quinta Vossius eidem Grotio juvenem ministerio ecclesiastico. ad novendum commendans , antiquam retineri optat consuetudinem , qua adolescentes academici Pastoralis munieris tyrocinia in pago quodam prius ponere teneantur , quam ad Presbyterii urbani dignitatem adspirent. In eadem quoque de editione commentationis Grotianæ de Satisfactione Christi adversus Socinum delberat. In 6. meminit responsi a Junio ad questionem : num. arma ad religionis defensionem a subditis apprehendi possint ? suppeditati quod admodum desideraverat Grotius , quodque a nonnullis manuscriptum possideri Noster nunciat. In 7. J. Wouwverius Grotio de liberatione ex carcere gratulatur. In 8. scribit Lugduno-Batavorum de eadem Gilb. Jacobæus : cum insperatus & gratissimus libertatis nancis ci-
vies nostros edibus evocasset , jurasses illic ab omnibus agi de imperii summa , provincia capta , aut Annibale profligato ; adeo solite annæ historiam narrabant. In 11. autor est Grotio Andr. Schottus , ut ne bonas horas perdat apologetis , utque pro. Lucano aliove poeta interdum in manus sumat B. Augustini libellum confessio-
num , quem ulterius ei commendat. Idem in 12. dilapsum eum esse ex carcere gaudet , fortunamque ejus adversam solatur. 13. Adrianus Masius Taxiis juvenibus profectionem in Italiam multis argumentis suadet. In 14. Bernardo Paludano Gilpinus dono mittere se dicit fragmentum marmoreum , per annos plurimos , in templo B. Virginis Antverpiæ , inter sanctissima quæque summa-
cum veneratione servatum & ostensum , quod nonnulli pro particula altaris aut columnæ ex templo Hierosolymitano allata ha-
buerint. In 16. Paræus Conr. Vorstium ad capessendum munus Professoris & Pastoris in Ecclesia & Schola Steinfuriana invitat. In epistola 23. Il. Casaubonus in edictum quoddam , ab Ordinibus Hollandie in religionis negotio vulgatum , censuram suam Hugo-
ni Grotio exponit. Idem in sequenti 24. ejusdem in finum queselana suam effundit , quod sui alicujus libri editione
pen-

pensionem auferit. aureorum mille hastenuse Gallia perceptam, nisi Lutetiam se statim contulerit, quod tamen sibi vix tutum videti inuit. In 26. Petrus Cunæus ad Casp. Barlaeum scribens, Bogermannum ejus ἀλεγχόπεδον ab Hogerbetio & aliis quamplurimis maximopere laudari refert. In 27. Vossius, quid secum locutus fuerit de datis a se ad Grotium literis, jus funami Magistratus in ecclesiasticis concernentibus, Uttenbogardus, Grotio refert. Trigeminum ad Johannem, filium, Cantabrigiam misit Vossius, in qua studiorum ei leges prescribit, interque alia de digerendis, ad suum exemplum, in adversaria lectis quisbuscunque eum instruit. Eadem consortium cum puellis Britannicis serio dissuadet, monitaque salutaria complura alia suppeditat. In 32. Barlaeum certum esse jubet Petrus Cunæus, ejus & Vossii iacturam apud Lugdunenses Batavos minime resarcitum iri per Salmasium, hac lege acceritum, ut vocem ejus nunquam excipiant subsellia publica. Subsequens 33. ejusdem Cunzi epistola Barlaeum melancholicis motibus agitatum, & muneri suo imparem se esse credentem erigit, cui is in 34. respondet, sorteque suam maximopere dolet. In 36. Jo. Isacius Pontanus de minimis nonnulla in gratiam Dominici Molini pandit. Epistola 37. ad Cornelium van der Myle, Equitem, communis nomine Vossi & Barlaei scripta est, eique Hagaem cunctem Judæum Manasse ben Israel de meliori commendat. Coram Jacobo Petilio in epist. 38. ita jucatur Barlaeus: *Fui per triduum Haga Comitis, evocatus ab Illusterrimo Oxensternio, Legato, qui lacrymas meas, quas superiore aestate in obitum Regis Gustavi effudi, abstensis auroe sindone. Sane hac ex Aquilone tempesta non fuit mihi gravis. Expediet Reges sic mihi sepe mori.* In 39. Jo. Fred. Gronovius, quae via Juris tyronem deceat a Grotio doceri petit. In 42. Cunæus Barlaei carmen in Manassem ben Israel laudat atque vindicat. De Heinsio, ejusque in Novum Testamentum observationibus, paulo acerbius judicat in epist. 43, quae est ad Grotium, G. J. Vossius. In 44. Constantinus Hugenius Metereologiam suam admodum extenuat. Theophylactum in Epistolas Græcum, tanquam primicias typorum in Anglia Græcorum editum esse, nunciat Hugoni Grotio in epist. 45. Mericus Cesaubonus. De Job. Henr.

Höttingero, tum adhuc juvēne, ita in epist. 51. ad Grotium scribit Constantinus L^e Empereur : *Juvenis ita in Orientalibus, in primis in Arabiis versatus, ut sepius ad ipsius sermones obstupuerim.* De religione Arabum, ritibus, argumentis, exceptionibus ad rationes nostras, lingua & similibus nemo judicare potest melius. In 55. Hermannus Conringius Berlœo prope a sum in Remonstrantium partes animum significat, & quantum a Professione Physices in Academia Julia sibi oblata abhorreat, interque Belgas vivere malit, testatur. In 58. Andr. Rivetus ad locum i. Cor. XI, 14. non nihil differit. Nicolaum Causinum, quod ob librum de regno & domo Dei, instinctu Cardinalis Mazarini, in exilium ire coactus sit, in epist. 63. deplorat Guido Patinus. Eadem in epist. 64. Cardinalis Richelius *pesimus* vocatur & *nequisimus tyrannus*, qui *utinam summo roctis Europa commodo, eodem ipso die, quo natus est, infelicem animam exhalasset!* In epist. 67. memoratus modo Guido Patinus Ulytembogardum pararium expedit amicitia, cum Antonio Deusingio incundet. Idem ad eundem scribens epist. 68. dolet, Parisis in gratiam Regis, Principum & aliorum Procerum, institui equestres ludos, magna pompa celebrandos, nulla habita ratione caritatis annonæ, quæ inibi sit maxima, summo multorum dolore atque incommodo. In 70. Patinus de dignitate Principis five primarii Praesidis in Senatu Parisiensi pronunciat, eam idem esse, ac sustinere personam Reguli in Gallia. In 75. Nic. Heinsius ad Stanislaum Lubienieciū scribit, Budanam Bibliothecam ab Imperatore Constantinopolitano Cesari dono datam fuisse, quo nuncio vehementer se gavissimait, nec dubitare se testatur, in illa latere scriptores cum Græcos tum Latinos complures hactenus ineditos. Sed in sequenti 76. expectationem illam sibi a Lubieniecio exemptam fuisse, gratis agnoscevit. Idem in Epist. 80. posteaquam epigramma quoddam suum in effigiem Cornelii Trompii cum Lubieniecio. communicavit, de isto hac subjecit : *utinam Vir ille, cui epigramma datum est, fervorem pugnacis ingenii temperaret ac coerceret paulo magis! melius haud dubie & rei publicæ & sua existimationi consultum iret.* Sed anni fortassis dabunt, quod negavit indeoles & patr-

MENSIS NOVEMBRIS A. MDCCII. 477

natura. In epist. 89. Guido Patinus magni se facere dicit Casper Hofmanni apologiam pro Galeno, præfertim vero eam partem, quæ est de morbis & eorum causis. In epist. 90, quæ est Ismaelis Bullialdi ad Lubienieciūm, hujus illæ Theatrum Cometicum uberiorius commendat. In 98. Jac. Sadoletus Phil. Melanchthonis amicitiam expedit, simulque Cardinalitatem dignitatam sibi injunctam, tanquam valde molestam describit. In 100. Marinus Mersennus de existentia & providentia Dei, ex lumine naturæ adversus Atheos probanda, differit.

PLANTARUM HISTORIÆ UNIVERSALIS OXONIENSIS Pars Tertia. Autore ROBERTO MORISON, Medicō & Professore Botanico Regio, nec non Inclita & Cellererrima Universitatis Oxoniensis P. B. ejusdemque Horti Rotan. Praefatio primo.

Oxonie e Theatro Sheldoniano, 1699, in fol.
chartæ angustæ.

Constat Alphab. 7. plaq. 16, & tabulis anno 166.

PErvenit tandem ad nostras etiam manus jamdudum desiderata illa continuatio egregii operis, quod ante annos 22 inchoaverat celeberrimus Robertus Morison, sed morte præventus inopina (obiit enim A. 1683.) totum consummare non potuit. Dispositio universæ Plantarum Historiæ talis est:

Pars prima destinata erat Plantis lignosis, Arboribus putis, Fruticibus & Suffruticibus. Atque harum tractationem aut neglexit omnino, aut certe postposuit Autor, quoniam, ut arbitramur, minorem in iis ordinandis deprehendebat difficultatem, quippe quarum numerus haud adeo magnus, & character a fructu petendus pene obvius est, ut sponte quasi secedant in certas classes, Pomiferarum, Pruniferarum, Bacciferarum, Nuciferarum, Glandiferarum, Coniferarum, Siliquosarum, Lanigerarum &c. Carere igitur facilius Botanophili possunt hac prima parte, præfertim eum Joh. Bauhini, Jonstonique & aliorum scripta haud assimili methodo stirpes illas lignosas tradant.

Pars secunda itaque primum in lucem prodidit Oxonii anno 1680, Herbas complexa, & quidem in Sectiōne I. Scandentes Bacciferas, Po-

miferas & Campanulatas : II. Leguminosas: III. Siliquosas Tetrapetalas Bicapsulares : IV. Tricapsulares Hexapetalas : V. Tricapsulares Campanulatas & Pentapetalas , item Monopetalas Bicapsulares, Tetrapetalas Quadricapsulares, & Pentapetalas, quinquecapsulares , emollientes, unicapsulares, seminibus triangularibus & nigris splendentibus.

Pars tertia ceteras recenset Herbas , in Sectione VI. Corymbosas : VII. reliquas florulatis stellatis præditas : VIII. Culmiferas, Cerealia & Gramina: IX. Umbelliferas : X. Triconas purgatrices: XI. Monopetalas Tetracarpas seu Verticillatas & Asperifolias: XII. Multisiliquas, Polyspermas & Multicapsulares: XIII. Basiferas non scandentes : XIV. Capitatae Epiphyllospermas : XV. Heteroclitas seu Anomalas; quæ ad methodum hanc reduci nequeunt, Terrestres & Aquaticas. Hanc vero tertiam partem elaborare coepit ipse, dum viveret Morison ; nam & tabulas iconum huc pertinentium quinquaginta sculptas affabre, totidemque optime delineatas post se reliquit : adhac descriptionum sectiones quatuor absolvit ipso, nullamque aliam tertie partis omisit, quam non leviter attigerit, teste Autoris Vita huic volumini prefixa. Quid ergo post Autoris obitum præstiterit in hoc negotio Jacobus Bobartius , horti Oxoniensis itidem celeberrimus hodie Praefectus , non amplius obscurum est. Sunt enim tabularum annexarum 166 : si 100 de iis demas, tanquam Morisono debitas, supererunt 66 a Bobartio superadditæ . Similiter in ipso textu elaborando, & conscribenda Plantarum Historia, hunc etiam non parum sudasse, apparet exinde, quod de illis 10 sectionibus, quibus pacs III constat, solum 4 perfecerit ipse Morison, ac proinde sex reliquias adjicere ac elaborare necesse habuerit Dn. Bobartius : ut taceamus, illas quoque sedipæcæ Morisonianas a Bobartio notabiliter auctas esse, siquidem hinc inde allegantur scripta recentissimorum Botanicorum, post mortem Morisoni edita, Raji, Pluckeneti, Commelini, Bocconis &c.

Sed de eo quoque Botanophili monendisunt, Plantarum Umbelliferarum Distributionem novam, quam A. 1672, tanquam specimen totius operis , edidit Morison , in hujus voluminis tertii sectione nona illatam reperiiri, sed auctam plurimis modis, atque

que rehovatam; nam & ipsa Umbellarum genera hinc inde transposita, & nomina omnino mutata eernimus: omissis tamen omnibus illis zaneis tabulis, quotquot ad cognationem & affinitatem Stirpium illarum; figuratasque seminibus ac foliorum demonstrandas, quondam paraverat.

Reliquum est, ut de vita etiam Morisoni ex præfatione pauca repetamus. Natus nimurum est. Robertus noster Morison Abredonie, quæ ad Deæ fluminis ostium sita est, anno 1620; parentibus probis honestisque, Joh. Morison & Anna Craja. Philosophæ Doctor seu Magister renunciatuſ est anno 1648, paulo post Philotophie in Academia Abredonensi docendæ admotus. Matheseos studiis innutritus, tanto amore amplecti coepit Botanicam, ut quamvis a parentibus diviniori doctrinæ destinatus esset, ideoque non vulgarem Ebreæ linguæ, prout Grammatica in priuatos usus conscripta testatur, cognitionem sibi comparasset, nullo tamen modo ab instituto penitus avocari potuerit, sed maximo ardore indies illi excolendæ insudarit. His florentem studiis patria cedere coagit Fanaticorum scelus, a quibus etiam in prælio, ad pontem fluminis Deæ inter cives ejus urbis & Fagatiorum copias conserto, pro Rege & patria pugnans, gravi vulneri affectus est. Abiit igitur in Gallicam, & destinatis auspicio confectis, anno 1648 Andegavi creatus est Medicinæ Doctor. Adeo vero ob insignem Botanicae peritiam exsplenduit Morisonus, ut Dux Aurelianensis anno 1650 horto regio Bleſensi eum præfecerit, luculentoque stipendio, ut plantas omnis generis colligeret, adjuverit, imo sumptus suppeditarit, ut historiam plantarum, methodo sue novæ superstructam, rite condere posset. Et expeditivisset quoque institutum Morisonus, nisi optimus Princeps anno 1660 mortalitatem explevisset. Tempestive tamen accidit, ut Carolo II Britanniarum Regi, eo tempore in arce Bleſensi versanti, innotesceret Morisonus, a quo mense Augusto ejus anni Eōdindum accitus, & Regii Medicis Botanicesque Professoris titulo, ac ducentarum libratum annuo stipendio auctus est. Anno 1669 edidit Præludium suum Botanicum, eoque ipso meruit, ut Academia Oxoniensis ad docendam Botanicam ipsum concessu Regis euocarat. Anno 1672 evulgavit sectionem partis secunda

Hi-

Historia sue nonam, Oxoniensibus ad eam, quam Historiz sue specimen esse voluit, pecunias largiter conferentibus. Anno 1680 *partem secundam Historia Oxoniensis* emisit, coque instituto singularēm reconditanque doctrinam veris harum rerum existimatoibus approbavit; imo tantum hoc aliis scriptis præstítit, ut coradi doctrinæque intelligentes viri omnes fateantur, ei deberi, quod Botanica antea legibus soluta, nunc methodum agnoscat. Obiit A. 1683, aetatis tertio & sexagesimo, cum jam in eo esset, ut reliquas Historiz sue partes perficeret.

SALOMONIS VAN TIL MALACHIAS

illustratus,

cui accedit

DISSERTATIO SINGULARIS GEOGRAPHI-
co-Theologica, de Situ Paradisi terrestris.

Lugduni Batav. apud Jordanum Luchtmans, 1701, 4.

3. Alph. 19. plag.

Quod a Coecki aetate in Belgio certatim a Theologis exculatum est, Theologiz Prophetice interpretandique vates Hebreos studium, a doctissimo quoque Tilio, Theologo antichae Dordraceno, nunc Lugdunensi in Batavis celebrissimo, hactenus non exiguum decus accepit. Præsens etiam in Malachiam commentarius velut continuatio est *Phosphori Prophetici*, quo Canticum Mosis Prophetamque Habakukum illustravit, a nobis in Actis his A. 1700. M. Decembri, p. 545. ex merito laudati: sicut jam ante ejusdem de *Musica Hebraorum librum* A. 1693. M. Febr. p. 63. *Atrium Gentium* A. 1695. M. Septemb. p. 393, & A. 1696. M. Junio p. 294. ut & *Commentarii in Psalmos partem priorem* in Supplementis Tom. II. p. 436 recensueramus. Præmisit Auctor huic commentario introductionem, in qua de Malachiz nomine, persona, libri aetate, auctoritate divina, arguento, occasione, scopo & divisione tractat. Hic Malachiz nomen proprium, non appellativum esse, contra Capellum probat, cumque, ut ex Josepho colligitur, sub Artaxerxis Longimani imperio vixisse tradit. Argumentum vaticinii esse existimat, doctrinam de adventu Christi, pa-

pali-

pōlique preparatione ad eum digne recipiendum, nisi velint misere perire; partes vero tres, Prologum, Elenchum quatuoruplicem, & Epilogum; impleta denique omnia esse, vel brevi ante Christinavitatem, vel cum ea pōse existimat.

In Prologo cap. I, 1-5, juxta Tiliū nostrū, Deus in throno considens exhibetur, & coram eo Israēlītāe moesti ac ingemiscentes, ob Idumæā gentis sub Antipatro & Herode crescentem potentiam ferociamque; quos Deus promissione constantis amoris, & Idumæorum instantis interitus solatur. Elencho I, qui cap. I, 6-14 habet, sacerdotes Judaici graviter corripiuntur, ob profanationem cultus Levitici, quem in externis solum ceremoniis quererant, verē pietatis prorsus negligentes. Elencho II, qui cap. II, 1-16 continetur, Pharisei castigantur ob corruptionem, orthodoxi quāz foedus Levi nominatur. Residui pīi Israēlītāe, qui iruniversa Malachīā scena tanquam spectatores & interlocutores introducuntur, se illis opponunt, amicitiam nimiam cum Romanis, que Jesum pro Rege agnoscere prohibebat, polygamia & divortiorum frequentiam castigant. Elenchus III, qui cap. III, 1-6 exstat, legisperitos taxat, qui sacerdotum vitia excusantes, eos Deo non desplicere, nec penam illis instare contendebant: his signa proximi Messia adventus, & purgationis ab eodem in cultu Dei instituendā inculcantur. Elencho IV, cap. III, 7-12 descripto, plebs istorum temporum reprehenditur, ob subtractas decimas atque primicias. Denique quinto Elencho, cap. III, 13-18. IV, 1-3 delineato, Sadducæi p̄m̄ia pietatis in vita æterna negantes introducuntur, & suspiria piorum Israēlitarum contra eos, & Dei comminationes recensentur. Epilogus, cap. IV, 4-6, ad pietatem hortatur, Joannis Baptista adventum pr̄nunciat, & panolethriam Judæis minatur.

Singula dicta ita tractantur, ut p̄missa introductione, prima scena representationis, hinc analysis eorum, postea literalis explicatio, deī momenti exaggeratio, tandem historica impletio sequatur. Exempli loco sit comma 13. cap. I, quod Tilius ita reddit: *Eiam porro dicens: ecce quid est defatigatio? ut facias eam animam efflare: dixit Iehova Deus exercituum.* Hic in introductione Tilius notat, commate p̄cedenti Jesum ger-

men Dei, aequa ut Es. IV, 2 dici, sacerdotibusque exprobrari, quod cum contemptu habuerint, adeoque rejecto Messia totum opus Levitici cultus profanum ac vile reddiderint. *Scena* ostendit Deum in throno sedentem, eoram quo sacerdotes ut rei siuntur, residui vero Israëlitæ bona frugis ut spectatores, qui v. 9. antecedenti sacerdotes ad emendationem erant cohortati. Quæ cohortatio cum incassum ceciderit, Deus ipse, ut judex, eos aruit. In *explicatione* verba hæc: *quid est desatigatio?* Auctor ita exponit, ut sacerdotum vox sit: *quid est, quod Jesus cultum Leviticum laboriosum & delassantem vocat, ut eo titulo Israëlitæ ab eo ad se vocet?* Verba sequentia: *ut faciat eum animam efflare,* Deo tribuit sacerdotibus præsertim exprobranti, quod suis consiliis atque impulsu Iesum animam efflare cogant. *Momentum* sive vis ratiocinii in eo latet, Christo repudiato, & a Leviticis ceremoniis excluso illisque postposito, eas frustaneas Deoque abominabiles esse. *Historica impletio* ostenditur in Christo quietem a delassatione Matt. XI, 28, ringentibus licet sacerdotibus, imperantes, quem ita illi opprimerunt, ut tandem spiritum redderet, Jo. XIX, 30. In aliis quoque Prophætæ locis interpretationes Auctoris singulares sunt. Sic cap. I, II. ita explicat, ut Deus fores templi potius claudi, ignemque juge sacrificii extinguiri, quam corruptam istam cultus rationem continuari velit; v. 14 per masculum intelligit Messiam, sacrificium ex grege Israëlitarum Deo optime placens. Cap. II, 3. per steretus festorum intelligit excrementa sacrificiorum diebus festis naastatorum; v. II. per Sanctum Domini Messiam designari putat, & per filiam Dei alieni populum Romanum.

Multa quoque alia eruditioñis monumenta, quibus exegeticum hoc opus variegatum est, paſſim occurunt. Sic p. 39. agitur de *draconibus deserti* in sacro Codice memoratis, quos Jacobæs sive vulpes Arabicas fuisse ostendit. Per *faciem* Dei in saeris literis ut plurimum Filium Dei intelligi, p. 81 & 281 probat. Vocem γῆν existimat p. 140 ampliorem esse, ac vulgo creditur, eamque universam Ecclesiæ doctrinam denotare. Polygamiam in S. literis prohibitam esse, quia per illam semen Dei, hoc est, recte educati liberi aequiri non possint, p. 207. propagnat, canderisque Juri naturæ adversam esse, p. 224. seqq. eleganter

80

81

ad A. 1702 M. Nov.
pag. 483

Assyria

Charcha

Dijit

Orius

Diag.

Bagdad

Gyndes

five

Dialaf

ioma

Bagdad

Peluci

Seleucia

DAEA

Rion

Calne

Tigris

Wasit

Thelatha

HE

V

Thesone

Saperier

Delas

fluv.

Rheas

lk.

Ctesiphon

SUSIANA

ELAM

35

34

33

32

ter demonstrat. Scita quoque est Auctoris observatio p. 381, ubi de Christo tanquam Sole justitiae agitur, Ethnieos Solem Sadocum, sive Justum & hospitatem, & Lunam ~~duariorum~~ appellasse, ut ex Inscriptione apud Clarissimum Cuperum patet.

Priori parti Phosphori addiderat celeberrimus Tilius Dissertationem de vero anno, mense & die nativitatis Christi; huic posteriori amplissimam doctissimamque Dissertationem *de Situ Paradisi Terrestris* adposuit, in cuius Praefatione monet, se Mich. Seneschalli Triada Evangelicam, A. 1670 editam, qua ipsius de anno & die natu Christi sententiam eo inscio defendi nuper observaveramus, non vidisse. Constat vero haec Dissertatione tribus libris. Et primo quidem libro, ut nonnulli jactis fundamentis, omnibusque persensis sententiam dicat, de singulis, quoniam in Paradisi descriptione mentio sit, regionibus differit, speciatione Aram, Naharaim sive Mesopotamia, Syria, Assyria, Chaldea, seu Iraca Arabia dicta, de terra Cusch & Havila, denique de regione Eden, & hanc quidem in finibus Mesopotamiae et regione Assyriæ supra Chaldaeam esse sitam docet, terram Havila vero non, ut Bochartus existimat, ad Chalothæos Arabes pertinere, sed ad orientem Delæ fluvij, usque ad Persas inter Assyriam & terram Sinear sitam; denique regionem Cusch, non esse Cusistan, ut Bocharto etiam visum est, sed Arabiam Euphratensem. Hic in explicando loco Gen. X, ii. prolixius versatur, & verba illa non de Nimrod & regione Assyriaca, sed de Assur, Semi filio intelligenda esse, hunque Niniven exstruxisse contendit. *Libro II.* Potamographiam aggreditur, & commemoratos a Mose fluvios quatuor Paradisiacos accuratius contemplatur; Euphratrem primo, cui, cum aqua Babylonem nimium infestaret, tres aquæ ductus, vel alveos novos, Nebucadnezaris circiter ætate factos tribuit, (quos in Tabula Geographica ex Tilio excerpta, & qua spatium quidem contracta, multis tamen locorum nominibus ad rem rectius intelligendam aucta, punctis in tractum continuatis rotavimus,) videlicet Nahar-Malea, aut flumen Regium, a Massice ad Delam usque; Marsiam sive Acracanum aut Nahar-Sares, ad paludes Borsippenas meridiem versus, vergentem, & per lacum Nebucadnezaris imperio effossum meantem; denique Pallacopam ad paludes istas versus Occidentem ductum, hodieque omnes Euphratis

tit aquas a sinu Persico avertehentem. Tigrin postea considerat, Hebrais Hiddekel dictum, & Gyndem seu Delam, hodie Dialam aut Phisam nominatum, qui ex Assyria descendens, infra Bagdad Tigris aquas absorbet, inque duos alveos prope Seleuciam dividitur, quorum occidentalis Dela, orientalis Tigris audit. Hi Mesenem superiorem ambiunt, & prope Apamiam conjuncti Pasitigris uno nomine appellantur. Hunc Delam Phisonem esse, & a se primo inventum, inque dignitatem fluvii assertum affirmat. Dein Cobarem fluvium, Aneobaritidem provinciam ab oriente ambientem, in conspectum producit, quam ab Ezechiele Chebarem dici putat, & infra Hiram cum Euphrate confluere. Hunc, antequam Nahar-malca effoderetur, ex Mesopotamia descendisse, ipsumque Gihonem esse pronunciat. Tandem fluvium Eden nullum horum, sed peculiarem quandam amnem esse censit, ex Mesopotamia descendenter, & postquam Paradiso egressus erat, in quatuor ante commemorata flumina ductibus quibusdam diffuentem, quorum ille, qui in Tigrim commeat, Odeine adhuc hodie dicatur.

His positis fundamentis, rem omnem libro tertio edisserit, & cum initio de horto Dei, hoc est arboreto, ut putat, felicissimo disserisset, eos ante omnia missos facit, quæ ea, quæ de situ Paradisi a Mose dicuntur, solum allegorice explicanda putant, duce Origenе, Ambrosio, Roberto de Fluctibus, & Franc. Georgio Veneto. Hinc eos explodit, qui cum Josepho & Valent. Weigelio, totum mundum Paradisum fuisse censem, utrisque objiciens accuratam Mosis chorographiam Paradisi, quæ, si ita se res haberet, plane fuisse supervacanea. Posthac Ephraemum aliosque veterum Christianorum, qui in ignota & inaccessa regione Paradisum fuisse situm crediderunt, refutat, dataque occasione fabulas de impermeabili Zona torrida refellit: Thomam Burnetium quoque, qui in Australi mundi hemisphaerio Paradisum collocat; Odoardum Barbosam, qui illum in insula Ceylon querit; Nicolaum Abramum, & J. H. Heideggerum, quorum ille in Pharo V. T. hic in Historia Patriarcharum, in Palestina, ubi vallis Jerichuntina & mare mortuurn visitur, eundem investigare tentant; Jo. Clericum, qui Comm. in Genesin Paradisum in Syria inter Chrysorroam & Orontem ponit; Sansonem & Lubinum Geographos Gallos,

Gallos, qui eum in Armenia superiori, prope Euphratis & Tigris fontes collocant; Josephum a S. Angelo, qui illum in Gazophy-lacio Persico in inferiori Armenia, ubi nunc Bin-goul sive mille fontes sunt, prope Mardin oppidum investigat; denique Jo. Calvinum, Jos. Scaligerum, L. Capellum & S. Boehartum, qui Paradiso primum Euphratis & Tigris confluentem, Naher-Malca dictum, sedem assi-gnant, & P. D. Huetium, qui in Mesene inferiori illius vestigia de-signat. Noster initio in concessis ponit, terram Eden fuisse regi-onem a terra Nod, Assur, Hevila & Cuseli in sacris literis distinctam, atque ut ex 2. Reg: XIX, 12; appetet, in finibus Mesopotamiae su-pra Chaldaeam sitam. Hinc Hebrais Moses phrasibus innixus contendit, fluvium Paradisi ex ea regione egressum, quatuor flu-minibus praecognitis, Euphrati, Tigri, Delz & Cobari aquas suas do-nasse, et si meatus illi e tribus inundationibus, atque Nebucadneza-ris, Seleuci & aliorum aquae ductibus forsitan immutati fuerint. Ita-que Paradisum cum Augustino, Steuco, Eugubino censet, intra Tigrim & Saocoram, qui Euphratem a septentrione ingreditur, supa amnes Euphratis & Tigris confluentes, non procul a Tigris insula, quæ nunc Digel-Odeine audit, & alveo, qui Odeine dici-tur, extitisse. Quam sententiam singulis scriptoris verbis diligenter applicat, multisque & exquisitissimis rationibus ad sa-tietatem commendat. Ceterum de doctissimo Auctore id ex ve-ro pronunciare possumus, illum ex Strabone, Plinio & Ammiano Marcellino, nec non Arabum recentioribus æque ac antiquioribus Geographis, confusissimam Chaldaeæ Potamographiam, variosque & pene incenarrabiles Euphratis ac Tigris ductus, eum maxima Geographiz sacra parte, hoc libro in lucem protulisse pariter & exornasse.

Ceterum si cui tabulam Geographicam Tiliianam cum Hueti-anæ, quam in Actis A. 1692. p. 298. dedimus, conferre placuerit, in plerisque motentis Geographicis doctissimos viros consentire ani-madvertiset, eo tamen discrimine, quod Huetius longitudines locorum augeat, latitudine contracta. Hinc Pasitigris ipsi longior & inflexus est, qui Tilio brevior & rectus videtur. Nec negari po-test, Tiliun varios Euphratis & Tigris meatus, confluentes & diver-gia, cum alveis arte factis, longe felicius majorique cura de-scripsisse.

i. e.

*HISTORIA ROMANA AB EXCESSU ANTONINI**Pii usque ad mortem ALEXANDRI SEVERI, de-
ducta per WILHELMUM WOTTON B.D.**Londini, apud Timoth. Goodwin, 1701. in 8vo.**Constat i. Alphab. 14*¹* plag. & quatuor tabb. æncis.*

SI Wilhelnum Glocestriae Ducem, spem deliciumque Britanniæ orbis, non monstrare solum, sed diutius paulo terris indulgere deservisset propitium Numen, næ doctrinæ atque eruditio-
nis suæ haud absimilem cotem habuissent solertissimi Angli, quam
quæ Gallorum genti ante hæc quatuor quinqueve lustra in Sere-
nissimo Delphino obtigit. Nullum enim est dubium, quin ad ex-
poliendos optimos quoqvis Autores certatim illi stylum armassent,
brevique instructissimum librorum agmen tantarum regionum
Heredi exhibuissent. Sed caducae sunt spes mortalium, & tam
felicem aimis expectationem incomparabilis Juventutis Princeps
præcoci sua morte cheu! intervertit ac disturbavit. Laude integ-
ritate sua minime frustrandus Clarissimus Wottonus, qui cum a Reve-
rendissimo Sarisburiensis Ecclesiæ Præsule, Gilberto Burneto, memo-
rati Duci Ephoro, delectus esset, ut Historiam Romanam ab obitu
Antonini Pii usque ad Alexandri cædem, sermone vernaculo con-
signaret, provinciam istam, defuncto licet Principe, sedulo adimple-
re, librumque ipsum publicæ luci donare voluit. In prima autem
sektione, qua infantiam & educationem Marci Imperatoris pluri-
bus complectitur, multa quæ ad regimen Antonini Pii, multa dein
in reliquo contextu, quæ ad Lucium Verum collegam ejus spectant,
inspergit. In secunda Commodum ejusque vitia repræsentat, &
qua ratione Severus Pertinax imperium obtainuerit, exponit. In
tertia de ejus morte, Didii Juliani indecora electione ac cæde, de
Septimio Severo, ejusque competitoribus Pescennio Nigro & Clo-
dio Albino agit. In quarta imperium Antonini Caracallæ, atque
incidenter quæ Getam attinent, describit. Quintam Macrini ac
Diadumeniani rebus gestis exitioque impedit. Sexta Elagabalii

tur-

turpissimum regnum exagitat. Septima Alexandri vitam factaque ac interitum, nec non Maximini & Gordianorum clades perseguitur. Integrā autem historiam e scriptoribus, tam Græcis quam Latinis, summa fide & dexteritate eruit, marmorū ac numismatum antiquorum inscriptiones judiciose in subsidium vocat, controversias chronologicas aliasque circumstantias, in quibus historici dissident, in notis accurate expendit, parumque adeo alienā diligentia indagandū relinquit. Quod ne temere afferuisse videamur, nonnullorum gustum hio dabimus. Ad M. Aurelii vitam, Larroquānum jūniorem, qui Dionis Cassii verba p̄̄postere p. 160. seqq;

conjugendo, veritatem stupendā illius tempestatis, legioni Fulminatrici communiter attributā, convellere ausus fuerat, solide confutat, atque e Themistio, Claudio & Capitolino demonstrat, ipsū quidem miraculū neminem Gentilium negasse, de causa vero non omnibus constitisse; aliis nempe Imperatoris pietati, aliis Annuphis Chaldei carminibus, aliis denique militum Christianorum precationibus eam vindicantibus. Noster autem Tertulliani testimonia innixus, posteriorem fententiam calculo suo comprobat, eo quod ille in Apologia pro Christianis Cap. V. ad literas M. Aurelii Imp. ad Senatum missas dīlētis verbis provocet, inquiens:

Nos e contrario edimus Protectorem; Si litera M. Aurelii gravissimi Imperatoris rēquirantur, quibus illam Germanicam sīsim Christianorum forte militum precationibus discussam contestatur.

Vix itaque putandum esse ait, Tertullianum in re tanti momenti, atque a suo ēvo parum remota, aut falli potuisse, aut quemquam fallere voluisse. Istud enim prælium accidit A. C. CLXXIV, ipse met vero Apologiam hancce A. C. CCV obtulit. Neque vōculam forte dissidentiam, sed potius modestiam aut submissionem scribentis ibi arguere. Apertiū eum rem declarare Scapulae: *Marcus quoque Aurelius in Germanica expeditione Christianorum militum orationibus ad Deum factis, imbrēs in sī illa imperavit.* Gravissimum obstaculum tantum remanebit, quomodo M. Aurelius in gratiam Christianorum edictum aliquod A. C. 174. promulgasse dicendus sit, cum idem tribus annis vix clapsis, tam horrendam persecutionem Lugduni & Viennæ contra illos excitari passus fuerit. Quod ut removeat Noster, contendit illam Christi-

Christianorum calamitatem ad A. C. CLXXVII neutiquam re-
ferri, sed decem annis anteriorē statui debere. Eusebium enim in
Chronico ad A. C. CLXVII, in Historia vero Ecclesiastica ad A. C.
CLXXVII deum eam remittere, manifesto plane indicio, idcir-
eo ipsum mutasse sententiam, ut etati Eleutheri Papæ, quem ante
A. C. CLXVII haud clariusse Papam, sibi persuaserat, omnia ex-
actius conciliaret. Verum si Autoris rationibus fidem dare velim-
us, Eleutherum Ecclesię Romanę jam A. C. CLXVII præ-
fuisse dicemus, quandoquidem Soter, qui immediate ipsum præces-
sit, aliquot annos sub imperio Antonini Pii vixit, & tamen non
nisi novem annos cum quibusdam mensibus ista in dignitate ex-
egit. Inde ergo apparet, Ecclesiæ Gallicanas suorum cædes at-
que martyriæ, Eleuthero Papæ memorato anno optime nuntiare
potuisse, & consequenter Eusebio non satis causæ fuisse, quare in
Chronico dicta, in Historia postmodum retractaret. Alind argu-
mentum, sed infirmius, a Ludis Drusianis, qui Lugduni in honorem
Augusti celebrabantur, desumit, quod hic adducere supersedemus.

p. 257.

Conversus deinde ad Commodum Imperatorem, præteralia notat,
etiam si Historici nullam liberorum ejus mentionem fecerint, &
nummis tamen Crispinæ IV NO LVCINA S. C. signatis de-
monstrari posse, Senatum pro felici Auguste puerperio supplica-
tiones instituisse, eademque semel vel pluries forte matrem esse
factam. Graviorem errorem in vita Caracallæ Historicis Latinis
exprobat, qui Julianum Domnam, novercam huic Imperatori non
modo tribuunt, verum etiam nefarias nuptias inter illos coaluisse,
uno ore perhibent. Utrique enim asserto (præter Oppianum, cu-
jus in dedicatione Cynegeticorum ad Caracallam verba haec sunt :
τὸν μεγάλην μεγάλων Φυτόντα τοῦ Δέμητρα Σεβίσθεν.) refragari &
Herodianum & Dionem, qui Julianum Caracallam æque ac Getæ ma-
trem fuisse, non uno in loco tradunt, incepsios autem commercii
nullam injiciunt mentionem, cum tamen iudicem singula turpissimi
Principis vitia satis curiose enarrarent, adeoque tam enorme scelus
minime silentio involvissent, si unquam perpetratum novissent.
Alexandrinos autem isti columnaz aram sine dubio præbuuisse, qui
eum viderent, Julianum Domnam, post Getæ filii sui cædem, in aula
Caracallæ adhuc morari, & commissum flagitium approbare creden-
tent,

rent, eam Jocastam, ad Oedipi scilicet matrem allusione facta, non innaverunt. Sed venia dignam esse prudentem forminam, ut potest quam dissimulare oportuit dolorem ex filii necesse conceptum, ne simili fato periret; licet fratricide perditissimos mores secreto de-testaretur, Philosophos etiam in consortium quotidie adscisceret; quod sane maxime alienum ab ea putares, si nefando hujusmodi crimine se contaminasset. Ad Alexandri vitam multus est. Aut-
or in destruenda autoritate libelli a Thoma Eliot Anglo, qui Heinrico VIII imperante vixit, patria lingua conscripti sub titulo: *Image of Governance compiled of the Acts and Sentences notable of Alexander Severus.* Hunc ejus faber e codice Graeco MSto Encolpii, cuius usum sibi quondam concessisset Nobilis quidam Neapolitanus, nomine Pudericus, se transtulisse finxerat. Illam vero fabulam expludit Nofer, pluribus exemplis in medium allatis ostendens, Eliotum & Lampridio & Herodiano mate-
riam cecidisse, multa ab illis tradita aut prave intellexisse, aut in ali-
um sensum detorsisse, quamplurima alia, que apud illos non inveniuntur, eo colore ac si Encolpium autorem haberent, commentaria esse, securum videlicet de genuino Encolpio animime resurrecturo, a quo mendacii convinceretur. Selenum quidem existimasse, Eliotum & Graeco quodam MSto, quod tamen Graeculi alicujus re-
centioris commentaria sunul pronunciarit, apparatus suum re-
vera hausisse, atque in illa opinione versari quoque Tillemontium
in vita Alexandri: verum Balzum de Scriptoribus, Britanicis, ubi Elioti scripta recenset, eademque in duas classes, compositiones nimirum & translationes partitur, in priore memoratum libellum locare, evidentissimo plane argumento, νοθεῖα suppositi Encolpii neminem ista aetate latuisse. Postquam deinde ad iasigne illud Herodiani & Lampridii divertium, ratione belli, ab Alexandro contra Artaxerxes Persarum Regem moti, divergit, quod ille Im-
perator ignominiam, hic laudem & gloriam peperisse affirmat, potiori suffragio hunc dignum esse judicat. Lampridium enim sepiissime provocare ad Commentaria Senatus tuta temporis ad-
huc extantia: Herodianum autem ex suo ingenio Alexandrum depingere ut summe avarum, matris quidem sue culpa sic reddi-
tum, cum tamen numismata ejus quaque donativa aut congia-

P. 333.

Qqq

ria referant; ipse metet etiam prædicet, Imperatorem ante expeditio-
nem suam in Persas, mox post redditum Antiochiam, deinde post
triumphum, exercitui eongiarium distribuisse; priuitera quoque
aliunde constet, ipsum annonam publicam auxilie, militibus de
commeatu abunde prospexit, tributa populo remisisse, splendi-
dumque fuisse. in ædificiis exstruendis: quæ omnia cum objecta
illa avaritiae nota conciliari haut possunt. Quandoquidem igitur
ista Herodiani parum inter se cohærent, exiguum pariter fidem
ei commodare fas est in narratione de bello Persico. Scribit Ar-
txerxem adeo debilitatum fuisse adeptis victoriis, ut tres, quatuorve
annos. quiescere debuerit; Alexandrum vero eousque formi-
dasse ejus adventum, ut copias maximas undique contraxerit,
quas tamen a seditione ob damna accepta cohibere vix valuerit.
Ecquis autem sibi imaginetur, Artaxerxem tantæ trepidationis infi-
um fuisse? aut eum occasionem illam invadendi Imperium Roma-
num e manibus dimisisse, cum tamen postea Maximino rerum
potiente irruptionem fecerit, qui si Maximum & Balbinum, uti
spes initio suberat, devicisset, multo acrior fuisset hostis quam
Alexander? Cogitandum ergo, Herodianum capitali quodam
œdio erga Mammazam incitatum, tam falsa tamque iniqua de
Alexandro memoriz prodidisse, simulque suspicandum, annon
ob nimiam Mammazæ propensionem ad Christianismum, illud
invidia enatum? Idem quoque œstrum agitasse Julianum, ut in
Dialogo de Cæsaribus Alexandrum virulentè scommate impete-
ret; & Herodiani fabulam pro virili amplificaret. Concludit
itaque Noster Heradiano, ubi aliis scriptoribus contraria loqua-
tur, insisti haut oportere, ubi vero iis mitime repugnet, fidem
adjici posse. Atque hæc sufficerint ad Autoris approbandam
industriam, quam in elaboratione penit sui collocavit; optaremus
reliquam històriam Romanam pari modo pertexeret, nobisque
recensendi voluntatem geminaret.

*CHRISTIANI GOTTHÜLF BLUMBERGII, S. S.
Theol. D. & Superint. Cygn. Mysterium Papali Corona ad-
scriptum Ens hucusque reale, Non-Eticeleberri-
mæ cuniodam Viri oppositum.*

Cygnæ,

Cygnæ, apud Bittorium, 1701, 8. plag. 13.

IN corona ista, qua in maximis solennitatibus conspicuum se exhibere solitus est Romanus Pontifex, vocem *mysterium* claris literis expressam aliquandiu comparuisse, per vulgata est narratio, sed quæ Romanensibus parum certe grata esse potest. Cum enim illi idem istud vocabulum fronti Meretricis Babylonice Apoc. XVII, 5 additum conspiciant, haud difficulter conjectando valent assequi, quam inde sequelam nectere dissentientibus concessum sit. Modis itaque omnibus narrationem istam elevare ebrium studuerunt plurimi, ac e recentissimis eum primis Jacobus Benignus Bosuetus. Verum repertus etiam est, qui huic masculine se opposuit, Maxime Reverendus Blumbergius, in edito A. 1694 *Exercitio Anti-Bosuetico*, quo mysterii nomine in corona Papali omnino olim conspectum fuisse, probare annis est, argumentis usus potissimum sequentibus: Annam Montmorancium, cum Romæ versaretur, audivisse ex homine fide digno, revera tiara Pontificia aureis literis in fronte inscriptum esse *mysterium*; Sigebertum deinde Gemblacensem ejus rei itidem mentionem injecisse; Franciscum porro le Maine & Jac. Brocardum oculatos fuisse testes; nec denique Leonhardum Lessium, mordacissimum alioquin sedis Romanæ propugnatorem, id disimulasse. Singula hæc docto discursu latius tum prosecutus fuit Autor, sed post annos tamen aliquot adversarium nactus est in celeberrimo Jo. Ludovico Hannemann, qui A. 1698. tractatum ei opposuit, sub titulo: *Mysterium Papali corona adscriptum Non-enr*, inque eo non solum ad argumenta hactenus allata uberioris respondit, verum novis quoque insuper rationibus negativam sententiam statuminare allaboravit. Sibi vero nondum acquiescendum esse ratus Noster, hoc quem jam exhibemus libello, Irenæo Cruso; Ecclesiæ Augustanæ Confessionis Londini in Anglia Ministro. Clarissimo, consecrato Hannemann respondet instantiis vicissim mititur, atque a nullo arguento recedere se debere vel tantillum statuit, præterquam a secundo, in quo Heideggeri verba cum Sigeberti Gemblacensis testimonio confusa a se fuisse, haud inficiatur. Adversarii de cætero sui tractatum integrum in frontispicio exhibet, & ante quam ipsum respondendi negotium aggrediatur, additamenta compluscula *Exercitio Anti-*

Bosqueticō subiecta p̄mittit. In his vero non minus atque in dubiis Hannemanni solutis, ad varias subinde materias digreditur, velut ubi de gente Montmoranciorum, p. 77. s. de natalibus Josephi Scaligeri legitimisne an spuriis? p. 84. s. de dira illa Romæ direptione, quæ A. 1527 Carolo Borbonio dux facta est, p. 95. s. de Nicolai Vignierii Theatre Anti-Christi, p. 109. s. de laudibus Sodomia Jo. de la Casa autoributis, p. 159. deque ejusmodi aliis eruditæ differit.

**ANDREA CHRISTIANI ESCHENBACH EPIG-
nes de Poësi Orphica, in prisca Orphicorum carminum me-
morias liber commentarius.**

Noribergæ, apud Wolfgangum Mauritium Endte-
num, 1702, in 4.

Constat Alphab. 1. plag. 10.

Qui A. 1689 Argonautica Orphæi, in Actis A. 1690 a nobis memo-
rata, exposuit Clarissimus Eschenbachius, Professor Publicus &
Verbi Divini: Minister Norimbergæ, jam quoque in prisca Or-
phicorum carminum memorias seu reliquias librum commentarium
suppeditat, & luci publicæ exponit. Miratur vero, plerosque, qui de
Græca sapientia tradiderunt, ejus initia ad Thaletis aut Pythagora-
tæ, vel certe Homeri & Hesiodi tempora referre, aut aliunde de-
mum atque adeo a dissisit & trans mare positis regionibus origines
arcessere: cum tamen omnium fere scriptorum suffragiis consti-
tutum sit, Orpheum, genere Thracem, Regis filium, sapientum
Græciæ antiquissimum esse, variisque sacris ibi institutis, scientia-
rum ac sapientiarum arcana primum docuisse. Unde factum arbitra-
tur, ut non uno loco Orpheum exscriperit. Homerus, & proin-
de transcribendo ementita famæ suspicia coperit. Nec Pytha-
goram non eundem sequi, & exprimere studuisse, adeo quidem,
ut Apollonius ille Tyaneus non magis Pythagoram referre in o-
mnibus, ac Pythagoras Orpheum, laboraverit. Ut ut vero Or-
pheus sacra a se instituta non nisi a paucioribus ac sapientioribus
intelligi voluerit, ideoque integumentis velut quibusdam ac iayo-
lucris usus facit: attamen temporum tractu paulatim emanasse,
arcana

arcana, eorumque notitiam ad plures pervenisse. Quod cum inde digne ferrent genuini Orphei sectatores aliisque viri sapientes, opera pretium existimarent, si omnem doctrinam Orphicam ipsi in literas referrent, & in vulgus exire paterentur. Ne autem hoc ipso nimium ab auctoris voluntate recedorent, qui harum doctrinarum pretium ac dignitatem non melius conservari posse arbitrabatur, quam si paucissimi illas pernoscerent; illud scribendi genus elegerunt, quo maxime arcana obtegi ac celari peterant, carmen nempe. & fabulas.. Quorum utrumque cum ab auctore Orpheo insu accepissent, ne sibi quicquam arrogare suæque famæ studere viderentur, omnia illa carmina sub Orphei nomine legi & extare voluerunt. Enimvero accidit temporum injuria, ut non nisi tituli ac capita, a Suida potissimum & Clemente Alexandrino allegata, & fragmenta quædam conservata a viris doctis & ab interitu vindicata fuerint. Ex quibus cum de Orpheo ejusque doctrina accurate statui & judicari queat, id potissimum hoc opusculo operam dedit doctissimus Eschenbachius, ut titulos ac fragmenta istorum carminarum colligeret, adjectoque commentario explaret. Quod institutum eo magis commendandum est, quo aptius inde futuro Carminum, quod molitur, operi consulitur, & exquisitoria ad doctrinam Orphei rectius intelligendam præsidia afferruntur. Cui accedit, quod nec Nicomediς Ορφεός liber, nec Epigenis της εἰς Ορφέα ποιήσεως commentarii, a Clemente Alexandrino laudati, aut Syriani in Orphei Theologiam commentarii, Procli item de eodem argumento lucubrationes, vel utriusque de consensu doctrinæ Orphicæ & Pythagorice libri a Suida citati, aut Syriani Ορφίκη Συντομία a Proclo commendata, sive Herodori historia de Orpheo & Musico a Photio allegata, aut denique Orphei ipsius Scripta a Pherecyde Atheniensi, teste Suida, collecta hodie extent; ut adeo non possit non hic labor idoneis harum antiquitatum existimatoribus aliquo loco & numero esse. Nostrum est, instituti rationes persequi, & quomodo confessæ sint, strictim indicare.

Primo loco Τελετὰς commemorat, ab Orpheo, teste Suidā, conscriptas, ab aliis Onomacrito attributas. Has clariorem paulo expositionem τῶν ἴσχων λόγων continuuisse, imo forte etiam

Qqq 3:

ordi

p. n.

p. 9..

ordinem & apparatum, quo initiationes, sacra & mysteria peragenda erant, trādīsse judicat. Tanto autem in pretio olim has τελετὰς fuisse, ut illarum gnāti non alio magis nomine quam *Orpheo&elestārum* compellari voluerint. Quæ ut rectius intelligantur, de arcana scientiarum agit, & quomodo illiusmodi instituti rationes Pythagoras, Pārmenides, Protagoras, Galēnūs & reliqui moderati fuerint, optimorum scriptorum auctoritate nixus declarat. Eo vero, quod arcana ipsa sibi velut propria esse volunt sapientes ac sacerdotes, factum esse ait, ut antiquissimi Reges plerique sacerdotes fuerint, quippe quorum intererat scire ea, ac intelligere.

p. 4. seqq.

p. 6.

p. 10. seqq.

reliqui moderati fuerint, optimorum scriptorum auctoritate nixus declarat. Eo vero, quod arcana ipsa sibi velut propria esse volunt sapientes ac sacerdotes, factum esse ait, ut antiquissimi Reges

plerique sacerdotes fuerint, quippe quorum intererat scire ea, ac intelligere. Τελετὰς excipiunt Θεονισμὸς Μητρῶοι. Copiose

hic de sacris Cereris agit, ostenditque, eorum scopum hunc potissimum fuisse, ut homines partim initia vita suæ cognoscerent, partim ex agresti immanique vita excoletentur ad humanitatem, & mitigarentur, legumque, ac mansuetudinis exempla inde sumerent.

p. 31. seqq.

Quibus late disputatis, Βάκχια perseguitur; allatoque ex Clementis Alexandrini Admonitione ad Gentes fragmento, scopum

p. 32.

eorum indicare satagit. Id præterea monet, eundem Clem-

p. 38.

entem alicubi hunc librum non sub titulo τῶν Βάκχων, sed τῶν Διονύσου ἀΦανισμένος allegare. Quod vero ad hanc Βάκχια fra-

gmentum a Macrobius lib. I. Saturnium cap. VII exhibitum pertineat, inde colligit, quia ibi præscribatur sacer habitus, quo is induebatur, qui in Τελεταῖς τῶν Βάκχων seu Διονύσου solemini Θεονισμῷ initiandus erat. Θεονισμὸς autem seu Θεονίσεις fuisse, cum in sacris Deorum is, qui initiandus erat, sacro ornatu induitus (quos ornatus ad varia sacra requisitos & necessarios docuerit libellus pecularis, ΚΑΤΑΖΩΣΤΙΚΟΝ inscriptus, Orpheoque apud Suidam attributus) solemini ritu solio impositus fuerit, reliquis sacerdotibus circa solium choreas & tripudia agentibus. Respicere ad has in Θεονισμῷ usitatas saltationes auctorem, qui Pindari vitam carmine heroico conscripsit, atque in recensione operum Pindari tradere, eum μέλος Ορχηθαῖσι scriplisse; contra Suidam testari, Pindarum Θεονισμὸς condidisse, quo illi Ορχηθαῖ

p. 39.

testari, Pindarum Θεονισμὸς condidisse, quo illi Ορχηθαῖ

p. 42. sequ.

referendi sint. Plura inde ex Diodoro Siculo, Justino Martyre,

p. 44.

& Macrobius fragmenta adferit, ac denique de inscriptione libri e-

jusque auctore agit. Suidas titulum his verbis concipit: Θεονι-

σμός

μοὶ Μητρῶι καὶ Βαχχίκα. Unde a Meursio, qui in Græciā Feriata tres ex uno libris confecit, doctissimus Eschenbachius discedit, eo præterea argumento adductus, quod Arigaote, Pythagoræ seu filia seu discipula, ambo sacra uni tractationi incluserit, & *Βαχχίκα*, teste Suida, inscriperit. Ad *Κορυθαῖκὸν* progressus observat, carmen ejusmodi a Suida commemorari, qui referat, illud a non-nullis Orpheo, a nonnullis Brontino tribui. Ipsi interim Eschenbachio extra dubium positum est, Corybantum sacra; in Samothrace & Lemno in primis celebria; eo comprehensa fuisse. Proxime inde abest *Πέτρλος καὶ Δίκτυον*, quo libro sive ab Orpheo profectus, sive a Zopyro Heracleota, aut Brontino compositus sit, id expositum fuisse ait, quomodo omnes hujus Universi res pugnantes discordesque in concordiam adductæ, & ut perpetua ac summa inter eas esset consensio, ordinatae fuerint. Quod cum Panathenæa illa Magna, in quibus præcipuum religionis caput Pepli Athenaici solemnis deducio constituebat, quoque docuerint, ipsumque hoc festum ab Orpheo institutum esse, tum alii, tum in primis Theodoretus adfirmaverint, suspicatur CL. Eschenbachius, in hoc carmine Panathenæorum istorum Magnorum rationes explicatas fuisse, nisi quod forte altera inscriptionis pars, *Δίκτυον* nempe, festi potius ac fabulæ de Minervæ Peplo arcanum sensum, quam sacrorum ipsorum institutionem, tradere videatur. His confectis, adductisque variis ex Proclō atque Tzetze fragmentis, de carmine *πετρλος καὶ Ηρας* sub Orphei nomine ab Eustathio ad Periegesin Dionysii citato disputat, ostenditque, si non extiterit olim ingens opus *Ιερῶν Γάμων*, Orphei nomen præ se ferens, hoc certe poema *Διός ιερὸς γάμους* vel *Διός καὶ Ηρας ιερὸν γάμου* explicasse. Succedunt *Κελῆσσας*, quorum sensum sollicite indagat, allatisque aliquot fragmentis penitus exprimere collaborat. In P. 62. seqq. primis hoc pertinet cura illa atque sagacitas, quam in restituendo, Orphico fragmanto (quod liber de Mundo, Aristoteli vel Apulejo a nonnullis adscriptus, conservavit, & cuius Clemens Alexandrinus, Eusebius, Proclus & Porphyrius meminerunt) adhibuit, duobus Procli MStis commentariis, altero in Platonis Timœnum, altero in ejusdem Parmenidem, e bibliotheca Augustana sibi communicatis usus. Ad *Θεογονίαν*, quæ proxime abest, quod attinet, ejus

p. 45.

p. 48.

p. 51.

p. 54.

p. 57.

p. 60.

P. 62. seqq.

P. 75. seqq.

P. 68. seqq.

p. 72.

- p. 83. ejus argumentum Cedreni (qui ex Timotheo Chronographo hau-
sit, de quo statuit Noster, eum ordinem in Theogonia servatum
temere neglexisse, & hinc inde solum particulas quasdam dece-
pississe) atque Athenagoræ verbis declarat, multis in super fragmentis
adjectis. Inde Ὡροθικῶν ἡ στοχωτικῶν explanationem in-
greditur, in quo instituto eo brevior est, quo exquisitiori cura istud,
censente Nostro, expediverunt Augustinus Steuchus, Franciscus
Patricius, & Thomas Burnetius. Nec autem nos prolixè attingo-
p. 118. sequ. mus ea, quibus librum, qui Θυηπολικὸν καὶ Σωτῆρα inscribitur,
p. 124. sequ. illustravit, neque copiose referemus, quæ de Χρησμοῖς ab Orpheo
profectis, & proinde ab Onomacriteis caute distinguendis, nec
p. 130. sequ. non de Ὀρφεινοῖς, mille ducentis versibus heroicis conscriptis, &
Orpheo a Suida diserte attributis, præcipit. De Ἱεροῖς Λόγοις
p. 136. sequ. solum quæ differuit, breviter commemorabimus. Τῶν Ἱερῶν Λό-
γων nimirum παψῳδίας ΚΔ', id est XXIV, sub Orphei nomine
olim lectas fuisse, teste Suida tradit, ejusque operis initium, quod
hic apponitur, fragmentum esse a Justino Martyre in Apologia
II. & Cohortatione ad Gentes allatum. Id vero potissimum effe-
stum esse hoc opere, ut sanctior de Deo sermo, nec non res ac o-
pera divina, detracto aut parcus obducto velo, plenius & modo,
ut Justinus Martyr loquitur, τοὺς γυντίοις τῷ Ὁρφέως αἰρετάς
congruo exponerentur. Cum vero memoratum fragmentum
ἐκ Γε ΔΙΑΘΗΚΑΙ ἐπιγραφομένης βιβλίος excerptum perhibe-
at Justinus, Aristobulus contra illud εἰς Ἱερῶν Λόγων deprom-
tum esse apud Eusebium adfirmet, in eam venit sententiam No-
ster, ipsas operis παψῳδίας distinctos titulos pra se tulisse. Quæ
ubi perquisivit, de Pythagoræ Ἱερῷ Λόγῳ agit, ab eo que separat &
distinguit Orphei carmen, eo quod utriusque carminis diversum
sit initium, & qui Pythagorici mentionem fecerint, unum solum
Λόγον, non vero, quod citantes Orphicum facere soleant, plures
agnoscant. Id quo accuratius definitur, statuit, Orpheum sacro
quodam sermone de Dei unitate aliquis attributis commenta-
tum esse, in eo que varias numerorum rationes inesse. Hunc
sermonem inter sacerdotes propagatum, tandem ab Aglaophemo
communicatum esse Pythagoræ, & ab hœ primo forsan literis
consignatum. Inde Orphicos seu Pythagoræos plura subinde
adje-

adieisse, donec tandem in XXIV rhapsodias exereverit, & plures
ἰεροὶ λόγοι inde emerserint. Firmo satis fundamento hanc op-
 niouem niti, inde concludit, quod Iamblichus aliique hic perti-
 nentes scriptores idem prorsus existimant, & Proclus magnopere
 pere campulciat, quando loco quodam scribat: ἀπαστημένη ταῦθαι
 Ελλησι Θεολογία, τῆς Ορφικῆς ἐστι μυσταγοχίας ἔκγονος, πρω-
 τεύοντος Πυθαγόρεω ταῦθαι Ἀγλαοφήρμας τὰ περὶ θεῶν Ὁργία
 διδαχθέντος. Sed ut ad fragmentum ex Justino Martyre peti-
 tum, & a Cyrillo Lib. I contra Julianum iisdem pene verbis pro-
 ductum redeamus, illud apud Eusebium Lib. III Præp. Evang. p. 140. scq.
 mutatum maxime depravatumque extare, collatis invicem locis os-
 tendit. Cujus rei quin accuset Aristobulum, Hebræum, Philo. p. 148. 149.
 Sophum Peripateticum, & ejusmodi fraudibus megnopere nobis-
 lem, vix sibi temperare potest. Id tamen non inficiatur, tanta
 solertia atque calliditate immutatum esse fragmentum!, tanta-
 que arte fuisse vitium textum, vix ut intencio potuerit, & in-
 genium Aristobuli facile inde cluxerit. Quem proinde ob e-
 ruditonem laudat, ipsumque illum, si modo viro cui dana
 summo sibiique post facta observando fides adhibenda sit, fu-
 ille existimat, qui II Maceab. I. vers. 10 commemoratur. La-
 gens ejus opus Græca lingua conscriptum, cum in bibliotheca Flo-
 rentina, tum apud Benedictinos Mantuæ in membrana latere,
 Philonenque, & quod ad doctrinam, & quod ad operis magnitu-
 dinem attinet, longissime post se relinquere, præente Buxtorfio
 ad librum Cosri, refert. Ceterum quæ de reliquis carminibus
 Orphicis, quorum tituli sunt Θυσιά, Ἀγροφοία, Δωδεκατη-
 πλός, unde fragmenta quedam Joannes & Isaacus Tzetzes con-
 servacunt, Βεγυα καὶ Ἡμέρα, ex quo tractatu iterum fragmen-
 ta nonnulla attulit Joannes Tzetzes, Αγροφοία, περὶ Βετανῶν,
 ἄλλοι Κατάβασις, & Τριαγμα, (quos Τριαγμα falso Orpheo
 attribuat Suidas, cum Jon Chius eorum, teste Laertio, Clemente A-
 lex. & Harpocratiorne auctor sit; qua occasione multa notatu non in-
 digna de Jone Chio adfert) commentatur, sponte prætermitti-
 mus, ne limites, quibus nos ipsos circumscriptissimus, transgredi video-
 amur. Hoc non possumus non memorare, Clarissimum Eschen-
 bachium, MStis coedibus adjutum, denuo Argonautica Orphei il-
 lustraturum, & quæ pridem in ea meditatus fuit, novis curis lo-

p. 150. L.

p. 154. L.

p. 161. L.

p. 168. L.

p. 175. L.

p. 179. L.

p. 185. L.

p. 198. L.

eupletata in lucem emissurum esse. Duo Epigemi huic subiecta indices sunt, quorum alter auctores, ex quibus Orphica doctrina cruta, alter res ac verba bene. ordinateque digesta representat.

JOANNIS WOLFGANGI PREYSER, DOCTORIS Medici, & Professoris P. Viennensis, Oeconomia Corporis Animalis, explicans Actiones & Uſus Partium Corporis Humani per Principia Peripatetico-Mechanica, experimentis Practicis, Anatomicis & Chymicis roburata. Opusculum omnibus Phisopho-Medicis & curiositatis Amantibus utile ac delectabile.

Viennæ Aucttiae, typis & impensis Leopoldi Voigt,
Anno 1702, in 12. Plag. 17⁴.

Post inventam sanguinis circulationem, qua mirum quantum Anthropologiam Physicam auxis atque illustravit, feracissimum fruſſe proxime clapsum seculum in suppeditandis Anatomicis juxta & Physiologicis scriptis, nemo fortassis inter Eruditos ignorat. Cum autem quilibet fere Auctdum peculiares sibi vel fingat, vel ex mutua experimentorum sanæque rationis combinatione formet hypotheses, fieri aliter non potest; quam ut tyrones, præsertim avrodiæxtri, & qui fidel ac rationali Doctorum manuductione destituuntur, in scripta ejusmodi incidentes periculum inveniant Labyrinthum, in quo, nisi a maligno confusione & perturbationis spiritu pessundari velint; filo opus habent Ariadneo. Hoc tale filum offerre non dubitat illis, qui in perplexis ejusmodi viarum ambagibus harent, tyronibus Autor clarissimus præsentis tractatus. *Tripartitum* autem eundem esse voluit, ita quidem, ut *prima pars*, cui fundamenta præmittuntur physica generalia, in se comprehendat de actionibus naturalibus seu vitalibus propriis dictis, digestione puta & chylosi, sanguificatione, sanguinis circulatione, nutritione, humorum secretione, ac respiratione doctrinam; *altera* actiones animales, i. e. animæ functiones, somnum & vigiliam, sensus internos & externos, motum muscularem &c. proponat; & *tertia* denique genitales functiones, i. e. virorum & mulierum organa, seminis elaborationem, foecunda-

dationem, incrementum foetus ac nutrimentum, animaque infusione in uteros explicit. Et haec quidem opusculi est partitio: quod vero modum tractandi attinet ipsum, omnis fere Auctoris labor eo respicit, ut amicabilem (licet propriis Auctoris loqui verbis) inter Antiquos & Neotericos obseruet harmoniam. Reservatis enim Antiquorum systematibus, Neotericorum principia lumen in explicando siendi modo addere coguntur, ut, quod antiqui per quatuor exponentes explicare absolute nitebantur, Auctor per Neotericorum cum Cartesiana cum Chymica principia illustrare coeterar. Fusiorem afferre opusculi hujus recensionem, ipsius instituti ratio vetare videtur: neque enim nova & hactenus incognita in Physiologicis experimenta publicare, sed antiqua solum cum novis aliorum combinare, conjunctaque in utilissimum compendium redigere voluit Auctor.

GLANDULARUM QUARUNDAM, SUPER DETECTARUM, DUCTUMQUE EARUM EXCRETORIORUM DESCRIPTIO,
cum Figuris. Autore GUILIELMO COOPER,
Chirurgo Londinensi, S. R. S.

Londini, impensis S. Smith & B. Walford, A. 1702, in 4.
Plag. 13. Fig. Tab. 3.

Quam duarum glandularum, in membro virili ab Autore Crisimso repertarum, in Actis nostris Mense Junio A. 1700. p. 255. ex Anglicanis Actis Latine redditam exhibuimus descriptionem, eandem & Nostris hic in Latinum sermonem a se translatam sistit, nova tamen simul glandula, novisque figuris locupletatam. Ab illo namque tempore porro in ipso corpore humano aliam insuper glandulam, ejusdem cum antecedaneis usus, in angulo curvaturae urethrae, sub osibus pubis, in ea parte perinzi, quæ anno adjacet, una cum duobus excretoriis ductibus in urethram hiantibus observavit. Ut eo felicius autem nova haec glandula dicto in loco investigetur, corpus cavernosum secundum longitudinem, usque fere ad internam urethrae membranam, jubet incidere, hincque caute a membrana separare. Magnitudinem ac figuram ejusdem glandulæ, pariter atque ductuum excretoriorum oscula, ad digitii circiter quadrantem infra priores in urethra querenda, in figu-

Rrr 2 ris,

ris, a nobis etiam transcriptis, curavit exprimi. Completant tales tertiam apud Autorem tabulam, cum in duabus praecedentibus, quarum & secunda jamjam allegato Actorum nostrorum Anno inserita prostet, priores represententur glandulae, prout in pene humano, quoad partem vel anteriorem, vel posteriorem delineata, soleant apparere.

Figura I. typus naturali paulo contractior.

TAB: VIII.

Eig. I.

Urethra aperta, ut conspectui pateant ductus *Glandularum mucosarum*:

- A. Vesicæ urinariæ pars aperta, & expansa, ut ejus interiora pateant.
- B. Stylus ureteri sinistro immensus ad ostendendum ejus in vesicam progressum.
- C. Ureteris dextri pars aperta, ut ejus in vesicam insertio pateat.
- DD. Vasa deferentia.
- EE. Vesicularum seminalium pars anterior.
- e. Vasa sanguifera, quæ vasa deferentia & vesiculos seminales intercurrent.
- FF Prostatae diductæ. ffff. Urethra divisæ parietes diducti.
- G. Caruncula cum ostiolis ductuum excretoriorum prostatalium utrinque expressis.
- H. *Glandularum mucosarum* prius descriptarum Par acu depresso.
- I. Styli duo ductibus earum secretoriis immisiti, ex quibus orificium dextrum rectum, ut in statu natureli; alterum vero amplum admodum in hoc subiecto ex ulcere.
- K. Stylus in ductum excretorium *Glandulae mucosæ* postremo loco descriptæ, Fig. 2. f.
- L. Bulbus corporis cavernosi urethrae cera repletus.
- M. Corpus cavernosum urethrae utrinque cera repletum.
- N. Glans penis cera per venam preputii immissa referata.
- O. Cavitas in quam corpora cavernosa penis terminantur.
- P. Membrana carnosa penis ejusdem parte anteriore extracta, & acu fixa.

Fig. II.

Fig. 2.

Vesicæ urinariæ puelli portio cum urethra &c. typum naturalem æquas..

A.

TA

1

MENSIS NOVEMBRIS A.MDCCIL. 501

A. Pars vesicæ urinariæ inferior & posterior flatu rigida.

B. Vesiculae seminales. C. Vasa deferentia. D. Prostata.

E. Urethra corpore cavernoso sublato inflata.

F. Glandula mucosa ultima descripta ad angulum curvaturæ urethrae, ubi ossa pubis subit.

METHODUS INVENIENDI RADIOS OSCULI in Curvis ex Focis descriptis. Auctore JAC. HERMAN.

N.O.

Curvae ex Focis descriptæ dicuntur ex, quarum natura per relationem exprimitur, quam ad invicem habent rectæ lineæ, quæ ex quovis in Curva accepto puncto, ad alia in Curvæ planæ data Foci alias appellata, ducuntur. Quædam prædictæ ergo hujusmodi Curvae plures quibus plerumque admittunt indeterminatas, quæ omnes in eodem Curvæ punto concircunt, ita nemini minus videbitur, si isdem se adstringi non patientur regulis, quibus in Curvis tamen ordinariis, per relationem scilicet abscissarum ad ordinatas expressis, Tangentes duci solent, & Radii osculi sive Curvedinis diversum in illis a consuetudo hisco in Curvis adhiberi solito sibi depositant calculum. Quantum autem ad Regulis perpendicularares, vel si mavis Tangentes, ad hujus generis Curvas ducenti attinet, peringeniosæ jam a celeberrimis Geometris, Illustrissimo Marchione Hospitalio, D. D. Tschirnhausen & Fatio publici factæ sunt juris, quæ huio nostro qualicunque specimini occasio nem dedere. Hæc nonne in animo meum cum versarem regulas, cupidus sciendi factus, quomodo Radii pariter osculi his in Curvis determinari deberent, hujc investigationi me statim tradens, illico in egregiam incidi Radii osculi expressionem, quam cum Demonstratione hic afforre animus est, huncque in finem sequens præmitto lemma :

In Curva b d i (Fig. 3.) cuius applicata in puncto m concurrunt, particula infinita parva b d in dg producta centroque d radio dg equali particula curva bd descripto arcuoli gi, factaque angulo g d i angulo b m d equali, & duxæ ex hi rectæ h e lineæ i f parallela, angulus h d f angulo d b c, atque adeo triangulum characteristum d b e aquaeretur triangulo h d c. Fig. 3.

Res 3.

TAB. VIII.

Fig. 3.

Nem.

Nam angulus $gdm = dbm + bmd$, sed $gdm = gdf + fdm$, & $dbm = dbc + cbm$, ergo $gdf + fdm = dbc + cbm + bmd$ & ablati utrinque angulis rectis fdm & cbm , erit $gdf = dbc + bmd$; verum ex hyp. est $gdb = bmd$, ergo $gdf - gdb (= bdf) = dbc$; Ergo $dbc = bdc$ &c; Q. E. D.

Coroll. I. Positis $bm = x$, $dc = dx$, $bc = dl$ & $bd = ds$, erunt $lb = be - if = dc - if = ddx$, & $li = dd$.

Coroll. II. Hinc facile invenitur radius osculi bn in hujusmodi Curva. Nam cum angulus $bmd = gdb$ erit $bm(x)$. $bc(dl) :: dg(ds) \cdot gb = \frac{ddx}{x}$. Item propter $\Delta\Delta cbd$ & ilb similitudinem, erit $de(dl) \cdot db(ds) :: bl(-ddx) \cdot bi = -\frac{dsddx}{dl}$. Adeoque $gb + bi = \frac{dldx}{x} - \frac{dsddx}{dl} = \frac{dl^2 ds - xdsddx}{xdl}$. Fiet tandem $gi(\frac{dl^2 ds - xdsddx}{xdl}) \cdot dg(ds) :: db(ds) \cdot bn = \frac{xddx}{dl^2 - xddx}$.

Vocentur jam (Fig. 4.) GB, x; HB, y; IB, z: harum elementa CR, dx; CF, dy; CE, dz. Ult. & BR, dl; BF, dm; BE, dn, & tandem Elementum curve CB = ds. Radium osculi quæsitus nomine, r. Vi Corollarii Secundi Lemmatis premisi habebimus sequentes tres æquationes:

$$\left. \begin{array}{l} r = \frac{xddx}{dl^2 - xddx} \\ r = \frac{ydm ds}{dm^2 - yddy} \\ r = \frac{zdn ds}{dn^2 - zdzz} \end{array} \right\} \text{hincque statim tres alii deducuntur, ut sequitur.} \quad \begin{array}{l} ddx = \frac{rdl^2 - xddx}{rx} \dots A \\ dy = \frac{rdm^2 - ydm ds}{ry} \dots B \\ dz = \frac{rdn^2 - zdns}{rz} \dots C \end{array}$$

Æquationum generalium A, B, C &c; omnibus ex focus descriptis curvis inservientium ope & æquatione Curve data, radius osculi semper inveniri potest. Sed ut methodi nostræ applicatio co-

melius patescat; sit quæcunque æquatio $bx^\lambda + cy^\mu + cz^\nu = f$, ad Curvam ABD (Fig. 4.) spectans, ubi litteræ b, c, e &c; & f sunt constantes quantitates, & λ, μ, ν, ρ sunt exponentes indeterminatarum x, y, z, &c; ac. itidem constantes. Differentia-

igitur Curve æquatione, erit $b\lambda x^{\lambda-1} dx + c\mu y^{\mu-1} dy + e\nu z^{\nu-1} dz = 0$, hujusque differentiale, seu prioris differentio-differentialis erit $b, \lambda\lambda - \lambda x^{\lambda-2} dx^2 + c, \mu\mu - \mu y^{\mu-2} dy^2 + e, \nu\nu - \nu z^{\nu-2} dz^2 + b\lambda x^{\lambda-1}$
 $dx + c\mu y^{\mu-1} dy + e\nu z^{\nu-1} dz = 0$; Vel $b, -\lambda\lambda + \lambda x^{\lambda-2} dx^2$
 $+ c, -\mu\mu + \mu y^{\mu-2} dy^2 + e, -\nu\nu + \nu z^{\nu-2} dz^2 = b\lambda x^{\lambda-1} ddx + c\mu y^{\mu-1}$
 $ddy + e\nu z^{\nu-1} ddz$; & surrogando in ultima hac, valores ddx, ddy ,
& ddz , ex æquationibus generalibus A, B, C, &c; h. e: multiplicando
 $r ddx - x dds$: per $b\lambda x^{\lambda-1}$; $r dm^2 - y dm ds$: per $c\mu y^{\mu-1}$; &

$r dn^2 - z dn ds$: per $e\nu z^{\nu-1}$, fieri que,,

$$b\lambda x^{\lambda-2} dl - b\lambda x^{\lambda-1} dds + c\mu y^{\mu-2} dm^2 - c\mu y^{\mu-1} dm ds + e\nu z^{\nu-2} dn^2 - e\nu z^{\nu-1} dn ds$$

$$(= b\lambda x^{\lambda-1} ddx + c\mu y^{\mu-1} ddy + e\nu z^{\nu-1} ddz) = b, -\lambda\lambda + \lambda x^{\lambda-2} dx^2 + c, \mu\mu + \mu y^{\mu-2}$$

$dy^2 + e, -\nu\nu + \nu z^{\nu-2} dz^2$, vel reducendo æquationem multiplicatione:
per r instituta, emerget æquatio sequens, qua valor ipsius r defini-
nitur;

$$b\lambda x^{\lambda-1} dds + c\mu y^{\mu-1} dm ds + e\nu z^{\nu-1} dn ds$$

$$b\lambda x^{\lambda-2} dl + c\mu y^{\mu-2} dm^2 + e\nu z^{\nu-2} dn^2 + b, \lambda\lambda - \lambda x^{\lambda-2} dx^2 + c, \mu\mu - \mu y^{\mu-2} dy^2 + e, \nu\nu - \nu z^{\nu-2} dz^2$$

Sumto jam, in perpendiculari BN positione data, puncto quolibet S, ex quo in lineas GB, HB, IB &c. perpendicularares SW, SV,
SX, &c. ductæ efficient triangula BSW, BSV, BSX &c: or-
dine

dinc similia triangulis characteristicis B C R, B C F, B C E &c; adeoque loco differentialium dx , dy , dz , dl , dm , dn , ds , substitui possunt eorum proportionales SW, SV, SX, BW, BV, BX, BS, & habebimus expressionem Radii osculi BN in meritis quantitatibus, nempe $B N = r$.

$$\frac{a-1}{\delta x} \cdot \frac{\mu-1}{BW}, \frac{\mu-1}{BS}, \frac{\nu-1}{BV}, \frac{\nu-1}{BS}, \frac{\nu-1}{BX}, \frac{\nu-1}{BS}$$

$$\frac{a-2}{\delta x} \cdot \frac{\mu-2}{BW}, \frac{\mu-2}{BV}, \frac{\nu-2}{SX}, \frac{\nu-2}{BX}, \frac{\nu-2}{BS}, \frac{\nu-2}{SW}, \frac{\nu-2}{BV}, \frac{\nu-2}{BS}, \frac{\nu-2}{SX}$$

Adeo jam manifesta hac in equatione perspicitur progressionis lex, ut formula itidem Radii osculi pro quolibet indeterminatarum numero facile hinc quoque defunxi posse.

Si cui Formulam nostram Ellipsi, Hyperbole vel Parabolae applicare libeat, mutatis mutandis elegans illa Constructio prodibit circuli osculatoris in tribus conicis sectionibus, quam Cel. noster Jac. Bernoulli antehac in Act. Erud. Lips. A. 1693 mens. Jun. promulgavit, cujusque Illustris. Marchio Hospitalius in laudatissimo quem publicavit libro, *Analyse des infinitement petits*, pag. 109 demonstrationem promere non detrectavit,

Ceterum idem hoc quod solvimus Problema, postquam e me solutum esse intellexisset, attentione sua non indignum judicans Cl. Jac. Bernoulli, sibi peculiari quoque solvit methodo, itemque ejus calculus produxit, quod Analysis nostra antea nobis suppeditaverat. Aliz adhuc methodi ad manus sunt eidem problemati opitulantes, quas vero, quia eidem collineant scopo, hic apponere supervacaneum duximus.

*HISTORIA MORBORUM, QUI ANNO MDCC
Vratislavie grassati sunt, adornata a Leopoldina Aca-
demiae Nature Curiosorum Collegis Vratislavi-
ensibus.*

Vratislavie apud Johann. Janckium, 1702, in 4.
plag. 15.

Quæ-

Quemadmodum, juxta Ludovici Vivis effatum, *Artes ne con-*
stare quidem possunt, si Historiam fustulerit: ita Hippo-
cratis, Galeni, aliorumque Medicorum, qui saepe Historicos ege-
runt, dum experientia narrarunt, exempla secuti Leopoldinæ
Academæ Naturæ Curiosorum Collegæ Vratislavienses, filium, quod
superiori anno cœperunt, in morborum Historiis suppeditandis,
pertexere pergitur, eademque nunc methodo morbos, qui anno
*1700 Vratislaviae grassati sunt, fistunt, qua antecedentis anni af-
fectus ab eis expositos fuisse, in his Actis niense Novembri supe-
rioris anni pag. 521 diximus. Pauca igitur pro more speciminais
loco exhibebimus.*

Ad maculas a variolis relictas abolendas, tanquam certum tu-
tumque remedium p. 11 deprædicatur sapo Neapolitanus balsami-
cus, quo partes affectæ bis in die illinantur, post quadrantis horæ
spatium aqua simplici abluendæ; ipsas autem variolas animatas,
aut inumerorum minutissimorum, vel atomorum instar, insensi-
bilius vermiculorum pullaginem esse, non comparuit, quanquam
extra controversiam sit, variolis laborantes vermisbus quando-
que sub crustis latitantibus infestari. Erysipelas, seu diffusio tenui-
orum & inflammabilium sanguinis partium por membranas &
cutem, non aliunde oriri perhibetur p. 32, quam ex frustra tentato
nature sanguinem excernendi conatu; cuius rei figuram sit, quod
partes illæ, ex quibus sanguis aliquando uberioris effluxit, erysipe-
late afficiantur, statim fere temporibus illis redeunte, quibus o-
lim per hemorrhagiam sanguis fuit depletus. Historia plicæ Po-
lonicæ p. 56 pertexitur, atque in ea magna dieitur fieri congestio-
lentorum, viscidorum, ex distæ erroribus natorum humorum ad
caput, cum aliquali ad hemorrhagiam inclinatione; cum autem
haec propter ipsum liquidi conditionem & impedimenta, aliisque
ex causis, succeedere non valeat, insigni infarctu humores illos circa
caput restagnare, eorumque partes in ipsis obhaerescere capillis hos-
que mutuo agglutinare. P. 63 hypochondriaci fit mentio, qui ter qua-
terve per diem, ad duas hebdomadas, humores atros, subcruentos,
saporis acidi, dentes stupefacentes per vomitum reddidit. Quan-
quam igitur in ramifications venæ portæ sanguinem hunc sta-
gnasse, omnino quidem verisimile sit, quia tamen rejecti qua-

titas mensuram ejus excedit, qui in his vasis continetur, non a vero abluditur, si supponatur, sanguinem per arteriam coeliacam & mesentericam immixtum, atque dudum stagnanti admixtum. itidem fuisse corruptum, & colorem attum, sive in intestinis, sive in ventri culo, ob nimiam acidi copiam induisse, hincque tam per superius quam inferius guttur profluvisse. Pag. 67, rejectis vulgaribus pruri tuis causis & methodo medendi, hic a vermium morbis concitari creditur; quemadmodum & amara in vino cocta, ut & unguentum dispompholygos cum akis mixtum, cum euphoria fuere applicata. P. 70. obiter quæstio ventilatur, an cum post contractas nuptias. neonupta tanquam atreta & imperforata, aut etiam tanquam velata, adeoque ad admittendum membrum virile inepta accusatur, inspectio & exploratio hæc obstetricibus. an medicis committenda sit? & posterius probatur. Tacemus, quæ de sternutationum prognosi & remedii p. 74 prolixius adducuntur, ut & easus rariores, qui hinc inde interspurguntur, dum e. g. p. 39 fo minæ mentio fit, quæ aneurisma ex violentiori brachii motu in juventute contractum, duasque in pugnum coactas manus æquans, ultra 50 annos gestarit coelebs; & p. 98 hydrops describitur, ex ornamenti corruptione concitatus. Quemadmodum autem unicum artem Medicam promovendi studium, Clarissimos hosce Viros ad hanc Morborum Historiam, necnendam incitavit: ita ulterius optant, ut quod ipsi pag. 74 & 78 fecerunt, genuini Medici ob servent & ostendant, in quibus morbis sternutatio vel ut causa, vel ut signum, profit vel obsit, & quibus signis heptica pneumonica ab hepatica, splenetica, nephritica &c. discerni valeat.

*SUPPLEMENTUM EPISTOLARUM MARTINI
LUTHERI, cum Dissertatione preliminari JO.
FRANCISCI BUDDEL.*

Hale, typis & impensis Orphanotrophii, 1703, in 4.
Alph. 2.

Certatim & magnatu hodie hoc agunt illi, qui de re literaria & ecclesiastica bene mereri cupiunt, ut virorum de strina, ingenio, aliisque dotibus excellentium epistolas & mo

MENSIS NOVEMBRIS A. MDCCII. 507

aumenta ab interitu vindicent. Revocat nobis istud in memoriam, non centuria modo epistolarum eruditissimarum ex museo Jo. Brant in lucem publicam hoc anno editorum, quam supra in Actis nostris recensitam Benèvolo Lectori deditimus, sed luculenta quoque celeberrimi Buddei nostri ad epistolarum D. Martizi Lutheri Syllogen præfatio, in qua de aucta insigniter, per recentissimas quasdam ejusmodi collectiones, re literaria & ecclesiastica perquam erudite differit, ac merita Jo. Fechtii, Pauli Colomesii, Thomae Smithi, Casp. Corberi, Antonii Matthæi, Petri Burmanni, Jani Guilielmi Meetii, Thomæ Crenii, Jo. Andrea Schmidii, aliorumque, qui in hoc negotio se occupatos gesserunt, prolixe celebrat. Quam vero ob remipse in evulgandis his Lutheri epistolis præcipue elaborare voluerit, nemini mirum videri posse confidit, eum eadem ab insigni se utilitate plurimum commendent. Evidem si quis eruditorum virorum epistolas ideo legat, ut sermonis flosculos, aut lepidas argutias consecetur, aut criticis historicis observationibus, vel rerum novarum narratiunculis se oblectet, aut aliquid ibi inveniat, quo voluptati eruditæ satisfactat, illi autor Noster est, ut ad epistolarum Lutheri lectionem nunquam accedat. Multo magis eos arcit, qui profano quoddam animi pruritu, jocos solum Lutheri ac liberius dicta conquerant, vel habere cupiant, quo tempus fallant. Illis contra fructum hinc uberrimum pulcherrimumque spondet, qui in intimiores animi recessus penetrare studuerint, atque observarint, Lutherum temtem se prorsus exhibere in epistolis, qualern in cathedra, in suggestu, inque crebro cum Pontificis certamine se gesserit, nihil putata metuentem, soli Deo fidentem, ad ejus gloriam cuncta referentem, huiusmodi nihil tribuentem consiliis, orantem tamen serio & precibus indefessis cuncta Deo commendantem, exterum ob summam, quam in Deum collocavit, fiduciam adeo securum, ut inter hostium furores, & maxima præsentissimaque virtute pericula, rideat etiam, atque familiariter cum suis jocetur. Gravissimas proinde prægnantissimasque causas habuisse ait Johannem Aurifabrum, cur beati Viri epistolas, Latino sermone scriptas, in duos tomos digestas ediderit, quorum prior Jenæ A. 1556, posterior Islebie A. 1565 prodierit. Sed cum illius industria plures se subtraherint,

xerint, quas & Georgius Coelestinus & Jo. Christfried Sagittarius publicare promiserint quidem, sed morte præpediti haud unquam exhibuerint, sibi æque ac aliis relictum hoc agnoscit, ut hasce reliquias interitui suo mature eripiat. Quare has Lutheri epistolas CCLX, partim nondum editas, partim editas ab aliis, sed hinc inde dispersas, inque tomis antehac vulgatis non extantes collegit, & junctim in supplementum tomorum Aurifabri prodire jussit, summaris quoque & indice peculiari instructas. Ineditarum plerasque de-
promtas testatur ex manuscripto quodam codice Bibliothecæ Jenensis Academicæ, quo euidem & Aurifaber, sed parum in non-
nullis dextre, usus fuerit; prout & epistolæ ab aliis editæ multis in
locis ab eodem mire discrepant: id quod in iis, quæ in hoc sup-
plemento extant, e variantibus lectionibus in margine notatis os-
tendit. Sed requiret procul dubio a nobis Lector, ut de carum
contentis ipsum certiore faciamus. Nec desiderari hac in par-
te quicquam in nobis patiemur, quanquam, ut de singulis, &
præsertim alibi impressis, dicamus, haud opus esse videatur. In 2,
quæ est ad Georgium Spalatinum, se excusat ob theses suas adver-
sus indulgentias emissas, atque haec in parte instinctu Electoris, quic-
quam a se susceptum esse negat. Hujus epistolæ non minus, ac se-
quentium aliquot, subscriptio nomen Lutheri in Eleutherii cogno-
men transmutat. In 9 Academiz Wittebergenesis incrementa ei-
dem exponit. Undecima legi vel ideo meretur, quod in ea pur-
gatorium non quidem negat, sed ad beate mortuos haud pertinere
asserit. In 12 Quintihanum fere omnibus autoribus præfert, ut-
pote qui simul verbo & re doceat quam felicissime. In 14 allat-
tam ex Italia a D. Jo. Hessio Theologiam Aristotelis Mysticam, tan-
quam a sycophanta quodam effictam rejicit. In 24 locum Pathmi
sua celari cupit. In 35 Pastorem aliquem Nordhusanum induere
velle larvam Doctoralem Spalatinum scribit, & quam parum his mo-
ribus tribuat, ostendit. In 38 de duritie & ingratitudine Witteber-
gæ, & in 53 de inopia Monasterii sui debitis onusti conqueritur.
In 63 Abbatii Norimbergensi recens gratulatur matrimonium, id-
que tanquam statum Deo maxime placecentem celebrat. In 75 &
77 de ferocia Zwinglii Spalatinum edocet. In 85 consolatur

Ni-

MENSIS NOVEMBRIS A. MDCCII 509

Nicolaum Hausmannum, a Senatu Zwickaviensi laessitum & oppressum. In 90 & 91 de libri Sapientiae versione abs se adornata scribit Linecio & Spalatino, & meliorem eis faciem tribuit ac Latinis & Gracis originalibus. In 98 conventus Theologorum Marburgensis A. 1529 instituti historiam Jo. Agricolae exponit. In 104 baptismum conditionalem ex Ecclesia tollendum esse scribit, & ubi vel dubitetur, vel lignoretur, hominem esse baptizatum, baptizari eum vult absque conditione, ac si nunquam esset baptizatus. In 133 laudat Electorem, quod Cæsari conciones Evangelicorum in comitiis Augustanis prohibeati morem gesserit, inque alieno solo dominium haud exercuerit. In 140 Nic. Hausmanno, & in 141 Conrado Cordato de confessione Augustæ A. 1530 Cæsari exhibita & praelecta quædam nunciat. In 143 fructus e comitiis Augustanis promanaturos Justo Jonæ commemorat. In 150 Ducem Georgium fulmine de caelo monitum nihil moveri scribit Spalatino, & quid fulmina piorum ædibus immissa portendant, significat. In 159 missas privatas nullo sub praetextu, & ne gratiarum quidem actionis, retinendas esse, scribit Augustam ad Spalatinum. In 164 Hieronymum Wellerum variis Diaboli temptationibus vexatum solatur. In 169 Brentio se longe inferiorem facit, nec ejus lenitatem ac suadam assequi se confitetur. In 179 Philippus Melanchthonem instruit, quid ad insidiosa adversariorum postulata in comitiis Augustanis respondere debeat. In 184, quæ est ad Ludovicum Senfeliū, Musicum, laudes Musice decantat. In 188 de infernalibus, quas passus sit, angustius Justo Jonæ scribit. In 191, 193, 195, 196 aliisque invehitur in Senatum Zwickaviensem, Pastorem legitime vocatum deponere, aliumque ei surrogare ausum. In 212 de ministris Ecclesiæ castigandis agit, atque in capitibus delictis magistratum, in levioribus autem visitatores in eos posse animadvertere, nec ob odium Laicorum in Clericos tutum esse statuit, Pastores foro seculari tradere. In 230 Eobani Hessi (quem in titulo vocat poetam sui seculi & pius & castum,) Psalterium carmine elegiaco redditum maximopere commendat. In 250 hostiam in ore ægroti relicta comburi vult. In 252 circa quæstiones de usuris in re frumentaria nil certi definiri posse, sed quemque ad propriam conscientiam & ad legem naturalem remittendum

esse existimat. In 257 sententiam suam de divortio Regis Angliae Henrici VIII exponit. Appendix loco subjiciuntur a Clarissimo Editore brevia quædam scripta & præfationes Lutheri, quæ in tomis hactenus editis non comparent, inque hac classe impensis lectu digna est disputatio de fide infusa & acquisita, A. 1520, respondentे Henrico de Zynna, a Lutherо habita, cuius autographon apud Jo. Lehmannum, pictorem Halensem, extate perhibetur.

NOUVEAUX ELEMENTS D' ALGEBRE &c.

i. e.

NOVA ELEMENTA ALGEBRAE, SIVE PRINCIPIA generalia resolvendi omnis generis Problemata Mathematica, auctore Dr. OZANAM Prof. Mathem.

Partes II.

Amstelodami, apud Huetianos, 1702, in 8. alph. I. plag. 10.

Nunc tandem, ut arbitramur, prodit tractatus ille, de quo Orbi Erudito spem fecimus in Actis anni 1688 mens. Jul. p. 395, duabus constans partibus. In operis præfatione Autor, postquam quædam dixerat de prærogativa Algebrae, si cum Geometria confatur, eos non esse audiendos vult, qui sine distinctione Geometriam Algebrae, vel hanc illi præferunt. Algebrae enim videntur primæ partes deferendæ esse, in invenienda veritate adhuc incognitæ ; Geometriæ vero, in demonstratione veritatis per analysis inventæ. Cujas rei specimen dedit ipse Autor in tractatu de Lineis primi generis, A. 1687. impresso Parisiis. Scriptum ipsum est divisum in libros tres, quorum duos priores pars prima, & tertium pars altera exhibet. Librorum primus tradit Logisticam speciosam sex capitibus, quorum *primo* agitur de monomiis sive quantitatibus simplicibus, harumque additione, subtractione, multiplicatione, divisione, & radicum extractione : *secundo*, de polynomiis sive quantitatibus compositis, circa quas, demonstratis prius, in aliquot theorematibus, regulis de *plus* & *minus*, easdem ostendit operationes : *tertio*, de fractionibus literalibus : *quarto*, de regula trium : *quinto*, de quantitatibus irrationalibus, tam-

realibus quam imaginariis, ubi tribus sectionibus docetur calculus radicum simplicium, compositarum & universalium, cujuscunque tandem sint generis: *sextio*, de compendio calculi analytici per omnes operationes.

Liber *secundus* octo capitibus comprehendit, quicquid utile ac necessarium de æquationibus, sine quibus nequit problema resolvi, dici potest. Propositis namque in capite *primo* generalioribus hujus doctrinæ momentis, explicatisque huc spectantibus terminis, *secundo* docemur de eorundem reductione varia per antithesin, parabolismum, hypobasismum, multiplicationem &c. *tertio*, de modis liberandi æquationem ab una vel pluribus asymmetriis: *quarto*, de natura æquationum, ubi examinatur numerus & qualitas radicum æquationis: *quinto*, de radicibus æquationis secundum operationes principales arithmeticas, additis quibusdam corollariis: *sesto*, de terminis æquationis; ubi indicatur modulus transmutandi æquationem unam in aliam, utilitate sua commendandus: *septimo*, de usu æquationum, in inveniendo problemate, cuius resolutio dependet ab æquatione proposita: *octavo*, de resolutione æquationum, sive modo inveniendi radices illarum; ubi simul Lector inveniet fundamentum methodi Cartesiana de resolutione æquationum quatuor dimensionum..

In libro *tertio*, quem pars secunda tradit, regulæ duorum antecedentium librorum, monstrantur, in resolutione plurium problematum arithmeticorum duobus capitibus.. In horum *primo* tractat Autor problemata determinata, eaque, tribus distinctis sectionibus, vel simplicia, vel plana, vel solida per varios casus illustrat; in *altero* autem agit de diversis æqualitatibus, quæ faciunt ad resolutionem problematum indeterminatorum, in numeris rationalibus.

LA GEOMETRIE PRATIQUE, DIVISEE EN Quatre Livres. Par ALLAIN MANESSON MALLET.

i. e.

GEOMETRIA PRACTICA, QUATUOR LIBRIS:
comprehensa.

Parisiis, apud Anissonium, 1702, in 8. chartæ augustæ..

Constat 4 Alphab. & 500 tabulis æncis..

Au-

Augustum opus exhibemus, sed cuius recensu paucis verbis defungi poterimus. Cui enim ex aliis Illustris Malletii libris methodus ratioque jam annotuit, qua adornare is opera sua consuevit, quique non ignorat, quantus sit Geometriae Practicae ambitus, is nullo monitore, nulloque negotio, quid in praesenti libro continetur, intelliget. Solita enim facilitate res difficillimas & absurdes exponere studet, adjectis etiam, tum ut rectius singula percipientur, tum ad alliciendos detinendosque lectores juvenes, ubique figuris & icunculis, quarum in hoc Geometrico tractatu quingentae numerantur. Absolvitur vero is quatuor libris, quorum primo Elementa Geometriae Practicae, secundo Trigonometria, tertio Planimetria, & quarto Stereometria luculenter & accuras graduatur.

LIBRI NOVI.

Sectionum Conicarum Elementa, nova methodo demonstrata. Authore Jacobo Milnes. Oxoniæ Theatro Sheldon. 1702, 8.

Practical Observations upon the Miracles of our Blessed Saviour.

By Francis Bragge. London, printed for Sam. Smith and Benj. Walford, 1702, 8.

Topographical Descriptions, with Historico-Political, and Medico-Physical Observations, made in two Voyages, through most Parts of Europe. By John Norbileigh. London, printed for Benj. Toke, 1702, 8.

A Compleat History of Europe: Or, a View of the Affairs thereto Civil and Military, for the Year 1701. To be continued Annually. Printed and sold by the Booksellers of London, 1702, 8.

The History of King William the Third. In III Parts. London, printed for A. Roper, and F. Coggan, 1702, 8.

An Essay concerning the Nature and Guilt of Lying. By Charles Brent. London, printed for John Wyat, 1702, 8.

The Exposition given by my Lord Bishop of Sarum of the second Article of our Religion examin'd. London, printed for T. Bennet, 1702, 4.



ACTA
ERUDITORUM,
publicata Lipsia
Calendis Decembris, Anno MDCCII.

HETRUSCÆ PIETATIS ORGINES.

Sive

*DOC PRIMA THUSCIE CHRISTIANITATE
FRANCISCI MARIAE FLORENTINII Nobilis Lucen-
sis Opus posthumam, a MARIO FLORENTINIO Au-
thoris Filio Nobili Lucense ex primo adumbratis
lucubrationibus excerptum.*

Lucæ, typis Dominici Ciuffetti, 1701, in 4.

Constat i. Alphab. 15. plag. ch. aug.

Prasenti opere, quod charta majore splendidisque formis exscriptum prostat, in sumnam Autoris injuriam tineat fortasse pascerentur, nisi Clarissimo ejus Filio e valetudine aliquantum adversa satis obvenisset otii, ut paternas schendas evolvere, & hasce imprimis lucubrationes repertas, ad Dei omnipotentis sanctique Paulini gloriam, prælo subiecere potuisset. Ecclesiastica historiam qui amant, lætabuntur sane tam singulari munere, nec minus jucunda res erit aliis literatis, quod celeberrimum inter suos Virum, sed parum adhuc in hisce borealibus notum, e piissimi Editoris indicio paulo propius ipsis intueri liceat. Latinæ videlicet ac Hetruscæ poesi multam is in prima juventute navavit operam, sed quod medicam artem profitebatur, sævissimæ pestis calamitas, quæ urbem A. 1630 devastabat, ab hisce Masis ad sublevandos ægrotantium languores ipsum divertit, qua occasione plurimas de isto morbo observationes concessit. Post feliciora tempora nactus, veteres códices membranaceos antiquissi-

Ttt.

maque

maque tabularia diligenter excusit, Mathildis Thuseiæ Comitis historiam fide illorum componens, quam Lucensi origini contra aliorum scriptorum sententiam reddidit. Tum meletemata quædam Iatrophysics, ut puta Astrocytologiam seu de Canicularibus diebus; de epidemico cordis polypo, frequenter in cadaverum dissectionibus observato, ac lienis spaciaco A. 1648 maxime funesto libros tres; de genuino puerorum lacte, & mammillarum in vire lactifero structura; Herbariorum Hyssopismum, seu de sacra antiquorum hyssopo restituenda Phytocriticam dissertationem, in qua Dioscoridis ætas expenditur, Pliniusque in multis vindicatur; item de medicato Christi funere diatribam, in lucem emisit. Porro vetustius S. Hieronymi Martyrologium; Divi Silai Episcopi Hibernensis vitam; atque de homine dubio in abortivis partus pro Baptismate probabilitet dignoscendo, Praxin & Paralipomena typis tradidit. Præterea quòque sacra Lucensis Ecclesiæ dypticha, eum Episcoporum serie, Abbatii Ughellio in Italiam suam sacram transferenda communicavit, & de antiquo usu fermentati panis & azymi, pro Sanctissima Eucharistia, disquisitionem ad Cardinalem Bona contexuit, qua accepta, in opere hic suo Liturgico, tum sub prælogemente, varia mutavit, atque hujus rei Lectorem adponere, haud sibi dedecori duxit. Istud vero opusculum quoniam a pluribus expeti, & a nonnemine, suppresso veri Autoris nomine, pro suo venditari, doctissimus Filius animadverteret, separatam publici juris fecit. Scripsit etiam disputationem de patria Constantini ad Canonicum Storanum Anconitanum, ac pro Vita Lucii Terti collectanea paravit. Verum hæc, sicuti & Lucensium rerum vetustissimam Historiam, quam a fabulis turpissimis inquinatam repurgare suscepserat; nec non narrationem de sanctissimo Vultu, cui parergon de nigra Cleritorum ueste adsuere destinabat, non absoluta reliquit. Tantos igitur multifariz eruditioñis thesauros cum in ingenio suo reconderet Autor, non mirandum, quod in intimiorem amicitiam eum admiserint Eminensissimi Romanæ Sedis Cardinales, Franciscus Barberinus, Sfortia Pallavicinus, Jo. Bona, Cæsar Rasponius, Hieronymus Bonvistus, aliquæ Viri longe eruditissimi, Suarezius, Holstenius, Ughellius, Bollandus, Papebrochius, Bossius, Puricellius, Magliabecchius, Dufresne

fresiae ceterique, quorum nomina hic recensentur, quibuscum frequens fovit literarum commercium. In hoc vero libro, quem amoris sui in patriam vadem prædomine sine dubio extare voluit, in eo potissimum decipitur, ut postquam in sex prioribus capitibus Petri Apostoli, ejusque sacerdotum Martialis, Apollinaris, Eutitii, Ptolomæi, Romani, Frontini atque Romuli peregrinationes in Hetruria, Evangelii annuncianandi causa suscepimus, & quo tempore illæ factæ fuerint, copiose examinasset, Lucensem tandem civitati præ aliis Thusciæ honorem suscepta fidei Christianæ, cuius semina Paulinus S. Petri discipulus ibidem sparserat, in Cap. VII assereret. Provocat idcirco ad communem antiquorum Chronologorum calculationem, qui A. C. XLVI Paulinum in Hetruriam adveatum perhibent. Provocat ad immemorabilem, quæ Luce viget, consuetudinem, dum in hebdomada magistrorum campionarum pulsus non inter Missarum solemnia ferie quintæ, ut in reliquo per Italiam Ecclesiæ mos est, sed hora noctis secunda feriam quintam præcedentis cessat, eam forte ob rationem, ut Lucenses recordarentur, se ante alias Thusciæ civitates ænrum eorū depositisse, atque passionis Dominicæ celeriorem fructum percepisse: vel, prout Autor placet, quod quemadmodum in sacra hebdomade præsecrum rituale memoria refuscitetur, primi autem fideles in cryptis delitescentes ligno tabulis ad cœtum convocandum usi fuisse dicantur, ita apud Lucenses earundem tabularum tempestivior usus primæ etiam Christianitatis memoriam ipsis refricaret. Neque nullius momenti istud reputari debere, evincunt literæ Papales Gelasii II, Eugenii II, Anastasii IV, Alexandri III, alizque ab Autore in testimonium citata, quæ veterem Lucensis Ecclesiæ consuetudinem servasi serio edicunt. Provocat denique ad Reipublicæ Legatorum novis Pontificibus pro more gratulantium orationes, Romæ vulgari solitas, quibus nihil alacrius urgent ac rogent, quam ut prima suorum Christianæ fidei receptione agnoscatur, haud incardum sane, siquidem Pontifices assentu suo eam firmare nunquam habitarerint. Quæ omnia in meridiana Romana Curia leuce toties prolata, & typis excusa, falsitatis nequicunque insimulari posse, Autor contendit, ita tamen ut se simul paratupa doceat ad literam inducendam, si veritas aliunde classius illuc-

scat. In Cap. seq. probare conatur, Luncenses primos omnium in Thuscia Episcopum habuisse, ac praeter singularem Dei providentiam, urbis amplitudinem & præminentiam, dum Colonia Romana, Liguriæque Apuanæ caput fuit, sedensque nonnullus Galliæ Cisalpiniæ Proconsuli præbuit, multitudem item incolarum eorumque bonitatem fuisse hic deprehendat, indeque S. Petrus permotum fuisse conjicit, ut plantandæ fiduci Christianæ gratia, Paulinum cum Episcopi dignatione Lucam potius quam alterum allegaret. Quod quam salutare fuerit urbi & circumiacenti regioni, in Cap. IX & X declarat. Hic enim, Autore referente, Antonius Paulini discipulus prima monastice atque eremitice vita incubabuls, saltem in Italia jecit, adeoque si Bellarmine credendum, qui solitarie vita institutum inter ea symbola collectat, quibus Ecclesia Catholica ab omnibus hæreticorum conventiculis secesserat, quam citissime rem Christianam radices ibi fixisse arbitremur. Hie quoque D. Paulinus septem Ecclesiæ seu Cellulas adificavit, unam scilicet, in qua corpus ejus nunc requiescit, in honorem Sanctissimæ Trinitatis, Virginis Gloriosæ, S. Crucis & B. Stephani Protomartyris; alteram in honorem Salvatoris; tertiam in honorem Virginis Gloriosæ; quartam in honorem Angelorum, &c tres in honorem magistri sui Petri, adhuc Romanæ ventis in carne. Quoniam autem hæc titulos variis objectiobibus exponi prævidebat, ideo multa conquirit, quæ antagonistarum tela obtundere possent. In Cap. XI Epocham vulgatam, de Paulini adventu in Hetruriam, denuo sub examen vecat, atque eam ad A. C. XLVI, aut ad tempora Claudi ad ministrum, locanda esse sibi persuadet. In Cap. XII Paulino patriam suam, Antiochiam videlicet, etatemque virilem adstruit, contra quam piatorum huc usque tulit hæcitia, qui eum perquam juvenem atque imberbum exhibuere; ubi incidenter de Episcopali etate ac tensura Clericali agit. Deinde in Cap. XII dictu haud absurdum fore autumat, si, cura Paulinum Petri comitem constans ferat traditio, illi inter septuaginta duos discipulos Christi, aut inter illos centum & viginti fideles, qui sorti super Matthiam interfuerint, vel inter illa tria aut quinque millia, quibus Petrus sermone suo fidem instillavit, locus assignetur. Quæ vero hoc proxime excipiunt capita

pia quatuor, persecutionem a Nestore in Heretria excitatam, & carnificinam Pisaniam, Paulini quoque sociorumque martyrium ac sepulturam, corporumqae Lucem translatorum miraculosam detectionem ac venerationem, quæ ad hanc usque diem continuuntur, non non insignem illam prærogativam, quæ Ecclesia Iucundu[m] inde obtigit, ut p[ro]mirum ante Praesulem tanquam Primatem crux deferatur, & Cenac[i]is mitra uti licet, prælixissime recenseat. Tandem ist Cap. XXX Acta S. Paulini, cum de sinceritate eorum, ac concordantia cum aliis Martyrologiis, multa in præcedenti capite differuerit, ex authenticis Ecclesiæ Cathedralis exemplari, junctis variis lectionibus & tumultuaris notis, ut & Historiam inventionis corporis ejus ac sociorum Seyeri & Theobaldi, miracula a Panino perpetrata, vicem S. Antonii Eremitæ, & Passio[n]em S. Romuli Episcopi Eculani observationibus extemporaneis illustratam, e codicibus MS. produxit, quibus compilus Excelleptissimus Editor narrationem miraculi, quod A. 1664 in solenni anniversario D. Paulini acciderit, binasque inscriptio[n]es eius, rei ergo positas annet.

**ABRAHAMI DE PAPE JC. OBSERVATIONES AD
Consilia Jctorum Batavicorum, quibus accedit Index re-
rum & verborum notabilium copiosissimus.**

Lugduni in Batavis, apud Henricum Teeling, 1702, in 12.
plag. 20.

Esse in Batavis aliquot Consiliorum Jctorum Batavicorum volumina, ex hoc scripto intelligere licet; quamvis qualia illa sint, quo instituto prodierint, quamque habeant autoritatem, eodem indicio cognoscere non detur. Ex hisce nonnulla Consilia observationibus suis illustrare, ac quæ minus certa videbantur, emendare Consultissimo Autori visum est. Cum enim, ut ipse in Præfatione ait, ei semper is animus ac propositum fuerit, ut, si quid esset reliqui temporis a munere docendi, quo intra privatos parietes fungatur, id omne ad scribendum aliquid, quod ad communem hominum utilitatem facere arbitraretur, conferret, hinc publice interesse existimavit, Studiosos ad moheri, quid in Consiliis sive Responsis Jctorum Batavicorum probandum, vel improbandum sit,

bet, in primis cum iis, Responsi hæc immaturius sape legentibus,
& quasi Cynosuram studiorum suorum in illis collocare solitis, fax
quedam præferenda videretur. Miscellaneus labor est; hinc e-
gen aliquot exemplis, sine cura conquisitis, illustrare sufficeret. *Pag.*
1. ad *Confil.* 29. *Volam.* 1. quætitur, an formula hæc: *cerus sis,*
me minimum tibi quotannis ducarum censum flores Carolinor.,
obligationem promittentis continet? Ita visum est Autori illius
Confilii, concinente ex parte quodam Advocato in *Confil.* Ba-
tav. *Vol.* 4. *Conf.* 65: sed Noster illa locutio donationem futu-
ram vel faciendam solum complecti, adeoque in genere obligato-
ria non videtur; id quod textibus juris Romani, autoritatibus in-
terpretum, ac rationibus nonnullis amplius confirmat. In *Confil.* 47.
Vol. 1. dixerat JCtus, occasione controversie conjuges
concernentis, quod non constet, *Jus Romanum* in Hollandia com-
muni consensu vel generali resolutione esse receptum: id quod
Noster *pag.* 37. sine censura transmittere noluit, cum utique lau-
datum illud *Jus ceterus* in Hollandia servetur, quatenus faciat
vel consuetudinibus ei non sit derogatum, patentibus hoc Doctori-
bus Præficiis: ut eos etiam falli existinet, qd, deficientibus sta-
tutis propriis, ad statuta &c consuetudines proximarum civitatum,
non *Jus Romanum*, recurrendum esse præcipiunt; nam hoc ad-
misso, nunquam iuri civili locum fore, quod dicere sit maxime
absurdum, eo quod statuta debeat stricte ac proprie intelligi, si
sunt contra *jus commune*, neque locusa statuensis egrediantur.
Cum consensu nuptias facies dicatur, hinc multi hoc ita accipi-
unt, quasi adhuc hodie solus consensus, quomodounque pro-
batus, societas conjugalem inducat, quæ sententia etiam plati-
ciuit JCto in *Confil.* 53. *Volam.* 1. Verum Noster *pag.* 46. conser-
vatis, cohabitatione conjugali, ac vicinorum, cohabitantes pro
conjugibus habentium, suffragio licet munatum, non sufficere,
sed ut ille juxta solennitates consuetas, prævia in primis proclama-
tione, seu, Tertullianisti, trinundina promulgatione, in facie
Ecclesie declaretur, requiri contendit. Usufructuarium non
tekeri ad impecas magnas de suo faciendas, sed si viderit, ad rei
usufructuarie refectionem opus esse majori pecunia summa, pos-
se ipsum hoc denunciare proprietario, eaest JCtus in *Confil.* 5.
Vol.

MENSIS DECÈMBRIS A. MDCCLII. pag.

Vol. 1. Acti Nostri observatio ~~79~~, usufructuarium omnes impen-
fas facere, sed maiores, usufructu finito, a proprietario repeteret
jubet. Anceps satis in jure civili est quæstio de revocatione verba-
li, an & quomodo illa testamentum solenne tollat? Autori Consil.
89; Vol. 1. placuit sententia, quod omnia testamenta, post la-
plum decem annos, accedente contraria testatoris voluntate,
coram testibus declarata, nullam amplius vim aut ullum effectum
habeant. Noster vero pag. 100. eo inclinat, decem annos & con-
traria[m] testatoris voluntatem tollendo testamento sufficere, licet
testes non accesserint: quare autem nuda revocatio verbalis non
sufficerit, ejus rei rationes has fuisse existimat, quod heredis in-
stitutio fuerit caput & fundamentum totius testamenti, adeoque
hoc non alia voluntate, quam quæ itidem institutionem heredis
contineat, tolli posse existimatum fuerit; deinde cum nuda pacta
non fuerint obligatoria, hinc probabile esse censet, Romanos
nuda contraria voluntate testamenta rescindi noluisse. Hodie
autem, sine lapsu decennii, sola revocatione coram Notario &
duobus testibus facta, testamenta tolli posse, amplius Clarissimus
Autor putat, cum ea ratione hodie illa condi queant, ac moribus
nostris natura testatorum & codicillorum sit confusa. In
Consil. 275. Vol. 1. tribuit JCTus viduæ creditrici prælationem in bo-
nis mariti ob arrestum acquisitum: id quod Nostro p. 276 ideo
improbandum videtur, Quod arrestum a pignore maxime differat,
ac instar missionis Prætoriae omnibus creditoribus æqualiter pro-
spiciat. In Consil. 331. Vol. 1. maritus famulum suum, in adulterio
cum uxore deprehensum, ocedens, ab omni pena civili ac
criminali liber pronunciatur: sed Nostro legis Cornelie de Sica-
riis reus fieri, & pena extraordinaria coerendus esse videtur, com-
licentia adulterum propriæ autoritate impuno occidendi, moribus
nostris non obtineat.

SYNTAGMA DISSERTATIONUM DE STYLO

*Novi Testamenti Greco, quas collegit TACO HAGO van
den HONERT, Ecclesia Amstel. Pastor.*

Amstelodami, excudit Ger. Borstius, 1702, 4.

Plag. 18.

Quam

Ulam sepe jam in his & dis ~~adversariis~~ duximus. Clarissimorum
Quelibri Doctorum in brevioribus virorum eruditorum scriptis
 colligendis, & ab interitu vindicandis industriam, ea novo se hic
 exemplo prodit. Vir eam Reverendus atque Clarissimus, Tace
 Hajo van den Honert, Ecclesiz Ambrosiodamensis Pastor meritissimus,
 simile admodum Clarissimi Jacobi Rhenferdii opusculo,
 quod hoc anno M. Februario p. 68 recensuimus, syntagma Differ-
 entiarum Philologicarum de Stylo N. T. in lucem publicam edi-
 dit, nobisque adeo illius eum laude hic commemoraadi occasio-
 nem suppeditavit. Ad hanc operam suscipiendam Clarissimo Au-
 tori Commentarius, quem in Epistola Pauli ad Romanos moli-
 tar, quoque Apostoli Styli a perverbis malevolorum aliquot
 Criticorum criminationibus vindicare studet, incitasse videtur:
 ut lectorum animi, summorum in literatura Graeca virorum auto-
 ritate, vel demonstratione potius ex intima Graecæ lingue indele fa-
 cta, occupentur. Exhibitur eam hic H. Stephani, principis in
 Graeca antiquitate vixi, Dissertatione de Stylo N. T. Graeco, quam ille
 sur N. T. editioni a. 1576 prefixit, quoque errorem eorum, qui
 in S. N. T. scriptis inculta omnia & horrida esse sentiunt, variis
 rationibus, ex interiore lingue natura, optimisque Graeci scriptori-
 bus petitis ostendit, in plurimis elegantiam Latinis inimitabilem a
 barbarie convicio vindicat, & sicubi quadam occurrant, que longius a Graecæ loquendi ratione recessant seu vel observatione qua-
 dam emendat, vel ejusmodi esse demonstrat, ut ex iis ne minimum
 quidem fidei nostræ xp̄salayor attungi, nedum convelli possit.
 Huius subjecta est Theod. Bezae dono linguarum & Apostolico ser-
 moне Dissertatione, fragmentumque Epistole ad Elisabetham R. a
 Beza scriptæ, annotationibusque ejus in Novum Testamentum præ-
 fixæ, in quibus judicium Erasmi, Apostolorum sermonem non
 rolum impolitum & inconditum, verum etiam imperfectum, per-
 turbatum & solocissimam dicentis, modeste examinat, & Scripturæ
 quidem simplicitatem tanquam singularem ejus virtutem ag-
 noscit, ceterum Deum ita esse S. Scriptorum linguis moder-
 atum ait, ut ne verbum quidem temere iis exciderit; quicquid au-
 tera in his ambiguum aut occultum videatur, id omne nostre osci-
 tantia ac ignorantia nos ad attentionem hoc ipso exci-
 tandi

tandi consilio tribuendum sit. Hæc G. Pasoris Idea Dialectorum N. T. non rarer quidem, sed paucis multa complectens, & Græca lingua, qua N. T. scriptum est, majestatem & elegantiam efficacissime demonstrans excipit: qua Vir Græce doctissimus, non tantum omnium dialectorum Græcarum in N. T. exempla extare, sed ejus etiam stylum ad Ebreez lingue indelem inflexum, ideoque Hebraismis scatenatam, neque tamen barbarum, sed satis Græcum esse, ostendit. Sequitur deinceps Jo. Georgii Straube Disputatio Philologica de emphasi Græca lingua N. T. in qua Autor doctissimus, asserta generatim dictio[n]is N. T. emphasi, varios ejus fontes, tum ex Grammatica τεχνιῃ, ratione speciei, figuræ, numeri, casus, personæ, temporis, aliorumque orationis accidentium; tum ἵσογιαν, ratione antiquitat[em] & monumentorum vetustiorum, variarum versio[n]um, rituum; tum ex πηλογιᾳ, in Ἱεραι, πάθοι, dispositione, pronunciatione, tropis, figuris aperit, omnia clarissimis ac selectissimis exemplis illustrat, & observationes quasdam suas, circa emphasin Græca lingua inquirendam, colophonis loco adjungit. Ultimum locum Epistola, quam Collector hujus syntagmatis Clarissimus, Kalendas Novembr. 1701, ad Virum plurimum Reverendum, Abrahamum Boddens, Pastorem Ecclesie Amst. Gallo - Belgicæ scripsit, occupat. In hac Autor illius Viro Reverendo, ad quem misit epistolam, ad propositam sibi ab eo questionem, quid de stylo Græco N. T. sentiat, docte & exquisite respondet, illumque, si Hebraismos, quibus quasi vocabulis artis utantur Scriptores sacri, experis, cum stylo Demosthenis, Åschinis, Xenophontis, de maiestate & efficacia; de puritate vero cum stylo Scriptorum omnium, qui circa tempora Apostolorum Græce scripserunt, certare posse judicat: Hebraismos vero inter barbarismos nullo jure referri posse, e veterum Criticorum sententia, ac utriusque natura, accurate demonstrat; præcipue cum nec alii Scriptores Græci, certam aliquam disciplinam illustrantes, ob vocabula & loquendi genera, a quibus, quia arti & disciplina, quam tradebant, propria ac peculia[r]ia erant, abstinere non potuerant, commissorum barbarismorum insimulentur: Ebraismorum autem usum, in conscribendis N. Fœderis libris, tantæ fuisse necessitatis, ut vel ipse Demosthenes, tandem rem, quam nobis tradiderunt Apostoli, debita perspicuitate

H u u tate

tate & efficacia perscribere voluisse, Hebraismoram usum evitare non potuisse: inde etiam, si quis N. T. scripta interpretari, sensumque eorum eruere velit, non minus ipsi, præter Græcam linguam, Ebraismorum cognitionem necessariam esse, quam in Medicinæ vel Matheseos studio, Galenum vel Euclidem lecturo, præter Græcæ linguæ facultatem, vocabulorum etiam & peculiarium his artibus loquendi generum notitia requiratur. Si quæ porto peregrina, præter Hebraica & Syriaca, in N. T. reperiantur, ea tempore Apostolorum, quo lingua Græca a puritate prisca haut parum desciverat, civitate jam donata, usque recepta fuisse, Clarissimus Autor Gatacker, Vossio & Salmatio præcuntibus assert, neque ullum peregrinum in N. T. vocabulum extare credit, cuius usus & profanis scriptoribus demonstrari nequeat, vel ante saltem, quam tot scriptorum Græcorum monumenta deposita essent, demonstrari nequiverit. Quemadmodum igitur Ciceroni & Xenophonti vitio non vertatur, quod ille Græci, hic Persicis vocabulis non munquam usus sit; ita nec Apostolis exprobandum, quod Hebraica & Syriaca vocabula gemmarum instar suis scriptis inservuerint. Novis illis Criticis Socinianis & Pontificiis, quorum autoritate nonnulli in assertendis N. T. barbarismis utuntur, H. Stephanum, Bezan, Waltonum, & Max. Rev. Olearium nostrum; e Patribus autem Chrysostomum, Augustinum, Hieronymum, Origeni, qui fere solus N. T. stylum taxat, Clarissimus Autor opponit, epistolamque suam gravissima blasphemæ (sic vocat) illius sententia, quæ Σεπτέντεροι scriptoribus barbarismos tribuit, detestatione finit. Nos dum hæc recensomus, nihil magis in votis habemus, quam ut Vindiciae, quas doctissimus Autor in difficiliora quedam N. T. loca a Criticis male habita meditatur, una cum doctissimi Petri Keuchenii annotatis in N. T. quæ ipse Autor commendat, boro literario quam primum in luncem publicam edantur.

*THE TRAGEDIES OF L. ANNEUS SENECA. THE
Philosopher.*

i. e.

LU-

LUCII ANNÆI SENECAE, PHILOSOPHI, TRAGEDIA, Medea, Rhædra & Hippolytus, & Troades, in versus Anglicas translate, una cum Annotationibus EDUARDI SHERBURNE.

Londini apud S. Smith, & B. Walford, 1702, 8.

Constant Alph. i. pl. 6.

Qui tres istas Senecæ tragedias in Anglicos versus transtulit, variisque annotationibus locupletavit, Eduardus Sherburne, Vir elegantiorum litterarum & Poeseos scientia Thomæ Stanlejo, cuius familiaris fuit, simillimus, id facile meritus videtur, ut ejus in Actis nostris hac occasione mentionem faceremus. Interim nihil certi constituerem possumus, utrum liber hic novus sit, nec ne, cum ex libro ipso id tantum pateat, tragedias istas a Johanne Cottone & pulvere & sordibus in lucem nunc protractas esse, & aliunde quidem nobis constet. Medeam ab eodem auctore jam tum A. 1648 publici juris factam esse. Quævero hic de Raptu Helenæ ex Colutho translata, & notis pariter illustrata, appendix loco comparent, ea vidimus Londini A. 1651, una cum aliis Sherburnii poematis, maximam partem e poetis Græcis, Latinis, Italis translati, edita & Stanlejo hoc modo dedicata: *Nobilissimo, amicissimo, candidissimoque pectori, Thome Stanlejo, Armigero, Musaym præstantissimo, quo nullus mihi carior meorum, quem pluris faciunt novem Sorores, quam cunctos alios, &c.* Neque ignotum vulgo est, quo studio Manilii Sphæram in carmen Anglicum transfuderit, additis ubique optimis observationibus, quas imprimis commendat Eduardus Phillips in *Theatro Poetarum*, Sherburnio nostro & Stanlejo inscripto, parte posteriori p. 37. Ut taceamus *Catalogum antiquorum & recensiorum Astronomorum*, Anglice ab eo editum, & libellum alium, in quo ad Lucilius apud Senecam questionem, cur bonis viris accidant miseria? responderet, subtítulo: *Answer to Lucilius his Quare: why good Men suffer Misfortunes?* quos laudat in præmisso his tragediis carmine laudatus sepius Stanlejus. Jam ut ad librum, de quo dicere coepimus, redeamus, præmissæ ad necessarium suum Franciscum Richardum Sherburne dedicationi, in qua de gravi senectute sua non nihil congettatur, vitam Senecæ brevem & succinctam subjungit, & lucu-

lum,

ter-

lenter probat, tragœdiarum harum auctorem esse L. Annæum Senecam, Philosophum. Neque enim tragœdias scribere, pugnare putat cum gravitate Senecæ, quandoquidem & Marcum Varronem, Asinium Pollionem, Pomponium Secundum, Scaurum, Julium Cæfarem, Augustum, viros gravissimos, paribus studiis operam nasse certum sit. Percenset vero accurate secus sententium sententias, quas Baillerus quoque in *Judiciis Eruditorum de Poetis P. II. p. 363 seq.* diligenter collegit. Ex his alii Marcum, Lucii ex priori uxore (nam ex posteriori liberos non suscepit) filium, auctorem faciant. At enim ~~verso~~ is admodum puer, & paulo ante patris exilium mortuus est; has autem tragœdias aliquot demum post exilium annis conscriptas esse, facile apparet. Alii, in quibus ipse quoque Erasmus fuit, Senecæ ex fratre nepoti, Marco Anno Lucano tragedias istas adscribunt, qua in re sequuntur quodammodo veteris Pharsaliorum Scholiaſtæ anonymi auctorem, qui affectam fuisse a Lucano de Medea tragœdiā quendam, alicubi scribit. Cui tamen Noster Quintiliani, Taciti, Papinii, Statii, Suetonii, aliorumque, qui de Lucano ex professo egerunt, silentium opponit. Neque minus eos refutat, qui nescio quem Senecam, Trajani ævo florentem, trium harum tragœdiarum auctorem fuisse perhibent, easque jam Claudii & Neronis temporibus prostitisse, Quintiliani ac Terentiani Mauri testimoniis probat. Dudum vero & easdem Senecæ Philosopho a veteribus, ut Quintiliano, Valerio Probo, Prisciano assignatas fuisse demonstrat, & quo loco, quove tempore, ab illo scriptæ sint, diligenter inquirit, usus plerisque doctissimi Petiti Observationibus. Ceterum reliquarum tragœdiarum auctores ignorari fatetur, eisque perperam L. Annæi Senecæ nomen præponi putat, quod vulgo hactenus factum est ab editoribus, ipsoque Gronovio, quem aliquoties in eruditis suis animadversionibus Sherburnius noster notavit.

EXCERPTA EX LITERIS AD EDITOREM ACTORUM Philosophorum Anglicorum, de Infante, cuius Intestina, Menterium &c. in Cavitate Thoracis fuerunt repertæ, perscriptis a CAROLO HOLT.

Trans-

MENSIS DECEMBERIS A. M DCCII. 55

Translata ex Actis Philosophicis Anglicanis Anni 1702,

Nu. 275.

ROgatus nuper ab amico, ut una cum duobus aliis viris eruditiss., & positis Anatomica celebribus, sectioni infantis studi duos menses nati, & ex morbo minus frequenti mortui interessem, in affectus & que, atque mortis circumstantias, ante omnia inquisivi, quas mater ejus sequenti modo suppeditavit.

Videlicet infantem a prima nativitate male se habuisse, & prater inquietudines, continua respirandi difficultate laborasse, nullumque ex medicamentis, a perito Medico prescriptis, in hoc morbo, cui similem nunquam in infantibus observasse se affirmabat illa, levamen sensisse, sed sub continuis suspitionis contabuisse; addidit pariter, se in infantis pectori nudo, inaequalem motum de reptatum utrinque, circa costas & pectus, quasi anguille aut lumbri in cavitate ille haberent, nunquam non advertisse.

Quæ relatio quanquam initio fidem invenire minime videatur, eam tamen ipsa dein faciebat sectio. Aperto enim abdomine, præter hepar, renes, vesicam urinariam, & intestinum rectum, nullum se viscus oculis subiciebat. Credebamus equidem, reliqua intestina sub hepatis, ordinariam magnitudinem, in infantibus alias fat magnam, superantis mole latitare; verum sub ejus versus diaphragma sublati parte concava, solum ventriculum invenimus, cumque in situ p. n. Pylorus enim a duodeno, cuius pars per foramen, in diaphragmate a latere sinistro foraminis gula transitum concedentis factum, adscenderat, circa vertebrae dorsi, versus fundum stomachi, erat retractus. Prosequebamur itaque intestinum rectum, ut ad mesenterium & intestina reliqua duceremur. Rectum hoc intestinum, ab ano versus novum dia phragmatis foramen oblique protendebatur, ab eoque una cum duodeni portione abscondebatur. A primo ortu hoc foramen a natura videbatur formatum, ad transmittenda in thoracem intestina; quod si enim vi quadam factum fuisset, latera ejus lacerta omnino fuissent conspecta, cum e contrario eodem modo hoc, quemadmodum foramina, per quæ vena cava & gula transituntur, constitutum fuerit.

Remoto sterno, mesenterium, cum adjunctis intestinis, super
l u u 3 cor

cor & pulmones expansum in thoracis cavitate conspiciebatur. Omentum intestina obtegebant nullum, ita, ni omnia me fallunt, hoc cum mediastino penitus desiderabatur. Satis denique admirati novum hunc intestinorum & mesenterii situm, in modum inquisivimus, quo juxta hypotheses in scholis Medicis receptas, nutriti potuerit infans. Absque nutritione enim eum haud fuisse, alimenta, quæ quotidie assumerat, & feces rejectæ abunde testabantur. Quameunque autem in investiganda pancreas inter & receptaculum chylæ communicatione industriam adhibuerimus, nullo tamen modo eam detegere potuimus. Tota enim membra mesentaria & intestina laxè super cor & pulmones erant strata, absque ulla cum quavis alia parte communicatione.

Motum supra dictum vermicularem, circa costas & pectus, intestinorum motui peristaltico adscribemus, & intestina cum mesenterio pulmones comprimentia dyspnœam concitasse, verisimile videbatur; usque adeo enim hæc thoracis cavum replebant, ut pulmonum lobii, in libero impediti motu, inspirationem & expirationem non nisi difficulter perficere potuerint.

L. Johann Günthers Anhang an die Be- schlußSchrift wider die Schlesischen Acadesi- misten sc.

i. e.

**L. JOANNIS GUNTHERI ADPENDIX AD SCRIP-
TUM POSTREMUM CONTRA ACADEMICOS SILESIOS, &c.**

Lipziz apud Hæredes Grossianos, 1702, in 4.
Alphab. I.

ANNI sunt plures, cum in celeberrima Silesiae metropoli, Vratislavia, ex Pontificia communione societatem inter se inirent Viri sue religionis promovendæ ardore præfervidi, ac Academicorum nomen professi, evulgatisque per singulos fere menses libellis, Protestantes Evangelicos in pugnam lacerrent, ea usi ratione, ut varias criminationes in fuos contorquerent adversarios, si forte persuadere quibusdam possent, ut ab Ecclesia, tam atris coloribus

57

MENSIS DÉCEMBRIS A. MDCCII.

delineata desisterent, & ad Pontificiam religionem sese conferrent. Sed uti alibi non defuerunt Viti erit traditione clari, qui objecta fortiter diluerent, nostræque Ecclesiæ puritatem & innocentiam invictè adsererent: ita in Ecclesia atque Academia quoque nostra Theologus cordatissimus, & in controversiis pertractans versatissimus, Jo. Güntherus, sacrae Theologie Licentiatus, causam Ecclesiæ nostræ contra adversarios scienter non minus ac feliciter vindicavit. Dicatum ultro citroque est per tempus aliquod; sed eo eventu, ut cum causa valerent nostri, ex adversa parte pugiles non satis validi pugna demum excederent; hoc ipsis si non manus dantes adversario, veritate aperte propugnanti, satis tamen ostendentes, non habere se multum in armentariis suis, quod amplius opponerent. Unus tamen Christianus Hellwigius, Medicinæ Doctor haud incelebris, ante aliquot annos, relictæ religione nostra, Pontificia sacra amplexus, & reliquis sociis suis multò doctior, hucusque in campo persistit, veluti qui Günthero plurimum Reverendo palmarum dubiam esset facturus. Atque isti quidem, cum secessisset a nobis, libellum ediderat, quo, ut titulus se habet, demonstratur, quod Presbyteri defissuantur facultate ordinandi Presbryeros. Quæ in hoc scripto erant argumenta præcipua, Clarissimus Güntherus noster in Apologia pro Ministeris Evangelicis, conveltebat. Sed & Hellwigius responsionibus ejus non contentus, anno secuti superioris nonagesimo nono alium prodierat libellum, quorū rationes, uti eum inscripsit, continentur quādam selectiores, ad deserendam Lutheranam religionem impelleret, in cuius appendice refutationem in primis Güntherianam addgrediendam sibi sumserat, plausibiles ad speciem rationes adversus eandem in medium adferens. Id igitur sibi nunc negotium dari censet Güntherus, ut sua tueatus constanter, rationesque quibus persuadeatur Lutherano, utsuæ religioni nuncium mittat, nullas esse; rationes contra esse prægnantissimas Pontificiis, quare relictis suis adjungant se nostris, ostendat. In duas itaque partes, quod erat agendum sibi, dispescuit, in quarum prima, octo capitibus absoluta, ea quæ in Apologia sua pro Ministerio Lutherano scripserat, contra Hellwigii objectiones vindicantur. Capite enim primo de auctoritate sanctorum Patrum differitur, in qua:

qua, ortis circa fidei articulos diffusionibus, acquiescendum esse, ea-
que omnia, quae Patres vel omnes, vel corte maxima coru[m] patr[um],
docent, esse certissima, verissima & omnia modis adprobanda,
statuerat Hellwigius; doceturque, cum universalis Ecclesia vili-
bilis, & unaquaque Ecclesia particularis possit errare (id quod pro-
batur ab Auctore nostro latius,) ea in doctrina esse acquiescen-
dura, quae Scripturæ nuntiat testimonio; præsertim cum ipsi san-
cti Patres semper ejusmodi occasionibus ad Scripturæ auctorita-
tem provocaverint; quod testimoniis Tertulliani, Athanasii, Ba-
silii, Hieronymi, Augustini, Chrysostomi demonstratur. Cui
accedat, quod nec adversarius sua sententia conflatenter inhæreat,
tam multa amplexus apud Pontificios dogmata, quæ manifeste cum
Patrum dogmatibus pugnent; quiodque tam multa inter scripta
Patrum sint supposititia, quæ vulgo a Pontificiis pro doctrina sua
citentur testes; & quod ex adyerto multa ex Patrum voluminibus
sint deleta; quod ipsi sepe inter se manifesto dissentiant, imo
maxima Patrum pars crassos foverit errores; & quod ipsi Pon-
tificii Patres, sicuti sibi adversari illos perspiciant, deferere non
dubitent. *Capite II.* de auctoritate Conciliorum agit, quorum acta,
aut ea nunc habemus, vehementer corrupta esse, iterum inculcat, &
diuersa antea sua ab Hellwigianis exceptionibus liberat. Porro do-
cket, errasse sepe Concilia, & unum contradicere alteri; ipsoisque
Pontificios Conciliorum auctoritatem sepe parvi pendere. *Capite*
III. vindicat uberioris, quæ pro ordinatione a Presbyteris ad-
ministrata produxerat. *Capite IV.* argumentum ex testimonio
Hieronymi, eadem nobiscum sentientis, petitum uberioris urget,
& quam frustra ejus consensu[n]t nobis hoc in capite eripere ad-
versarius conetur, apertum facit, adlatum ex ipsius Pontificiis au-
toribus testimoniis, qui Hieronymum docuisse ingenue confabu-
fuerint, primum jure divino nullum inter Episcopos & Presbyte-
ros intercessisse discrimen. Qua occasione ab Aetiana hæresi nos es-
se immunes adserit, & argumentum nostratum, quod ab Eutychio, in libro de Originibus Alexandriæ, pro ordinatione olim a
Presbyteris perfecta aroessunt, contra Hellwigium defendit. *Cap.*
V. exempla, quibus probaverat antea, ordinatio Presbyteros
fuisse fundata, utique recte sepe habere, & rem probandam evince-

re, contra eundem, hæc negantem, pertendit; & quod apud Seotos, ad sesqui seculum prope, a Presbyteris perfecta sit ordinatio; quod Novatus presbyter Falicissimum diaconum ordinaverit; quod in Ægypto presbyteri ordinandi facultatem exercuerint; & quod ex Pontificiis hypothesibus id consequatur, exemplis docet. *Capite VI* argumentum suum ex eo petitum, quod neque Synodus Tridentina ausa fuerit suis decretis rem confidere, validum esse, a silentio probat adversarii; neque Petavium potuisse contrarium evincere, demonstrat; testimoniumque Roverii, quod Catholica semper Ecclesia docuerit, Episcopos jure divino Presbyteris esse superiores, nullum esse, vel inde probat, quod non tantum in ipsa Scriptura aliter doceatur, sed quod & Patres, Irenæus, Victor episcopus Romanus, Augustinus, Hieronymus aliique aliud docuerint; quin quod in ipsa Ecclesia Romana semper fuerint, qui docuerint hac in parte, quæ nos doceamus. *Cap. VII* ea firmat fulcitque, quæ aduersus Hellviganas rationes in aciem produxit, sed quæ hoc loco memorem omnia nimis longum esset; uti & ea, quæ *capite IIX* pro argumentis nostris roborandis, docta sane & ingeniosa, allegantur, prætereunda nunc sunt. *Parte secunda* examinantur rationes, quibus usus est Hellvigi, ut persuaderet Lutheranis, ipsos debere amplecti religionem Pontificiam. Ubi *capite I* perstringuntur doctrinæ erroneæ, quas Hellvigi doctrinas Ecclesiæ Catholicæ esse pertendit, rationibusque suis, ut vocat, præmisit; de quibus, cum aliunde constet satis, referre quidpiam hic supersedemus. *Capite II* criminationes contra personam Lutheri ita diluuntur, ut & Lutheri innocentia dilucide probetur, & quæ objici illi consueverunt, Pontificis, immo Pontificibus ipsis exprobriari posse, domestica ipsorum Pontificiorum auctoritate adstruatur. *Capite III* rationes illæ excutiuntur, cur deserenda religio sit Lutherana; quas nihil esse, quasque retorqueri in Pontificios posse, uberior ostenditur. *Cap. VI* rationes allegantur, quare deserenda sit religio Pontificis, ab homine talitis suæ fatigente; quales cum sæpe a nostratis allegentur, non est ut hic legantur. Cæterum satis ex toto libro patet, quantum valeat maxime Reverendus Auctor, & judicio circa retundenda adversariorum tela, & quanto pro adserenda puritate religionis nostra

stræ fervore flagret, quamque destre in ventibundis controversiæ versetur; ut non dubium sit, quin, qui scripta ejus his de rebus edita, quæ plurima sunt, perlegerit cum cura, in veritate confirmetur. Quæ in scripto huic adjuncte, contra P. Fr. Eusebuthium, Dominicanum Augustanum, disputantur, & hujus generis sunt, qualia quæ recensuimus, ne nimii in his rebus simus, præseruimus silentio.

DISSERTATION SUR L' ARCHE DE NOE.

h. e.

JOANNIS PELLETERII DISSERTATIO DE ARCA NOÆ. Accedit alia de Hemina & Libra S. Benedicti.

Rothomagi apud J. B. Besongne, 1700, 12
Constat plag. dimid. 15.

Singulari Numinis beneficio accidit, ut in ultima hac impietatis sentina, postquam eruditorum nonnulli, conquisitis undique ac emendicatis literarum subsidiis, impietati patrocinatum ire ceperunt, alii longe firmioribus eruditio[n]is profanæ adjumentis veritatem divinam vindicent, atque istorum proterviam solide retundant. Fuere, qui Diluvii historiam & Arcam Noæ in risu convertere, mirisque modis exagitare, in laude ponerent. His Virtute docti masculæ quidem se opposuerunt, sed eorum quidam destituti maxime necessario ad difficile hoc opus apparatu, hallucinationibus quibusdam admissis, ampliorem subsannandi materiem ingenii ad levitatem compositis suppeditarunt. Quare Jo. Pelleterius, Mathematicus Rothomagenensis, in hoc literarum genere peregregie versatus, sibi id muneric datum existimavit, ut e fundamentis rem istam explanaret, omnemque virilitergandi occasionem præscinderet, specimen hoc daturus majoris de mensuris & ponderibus operis, quod in Praefatione promittit.

p. L

Itaque pauca præfatus, insignem Arcæ magnitudinem ostendit, demonstrans, ejus internam capacitatem 1781377 pedes cubieos Parisienses, five 42413 dolia nautica continuisse, atque adeo plus, quam quadraginta naves mille doliorum capaces. Mi-

Cap. II

12

MENSIS DECEMBRIS A. M DCCIL. 53

Si quoque curiositate figuram ac dispositionem arcæ delineat, quara
edificis Orientatum similem, h. e. quadratam fuisse; palam facit; in
carinam porro, & tria tabulata eadem dividit, horumque infimum
ad conservanda brutorum alimenta destinat, medium stabulis bestia-
rum tribuit, supremum avium mansiunculis & hominum habite-
catis addidit, observatque, rates veterum & Danaes navem consi-
miliis figurae fuisse. Colligit quoque ex sacro codice, Noam ex-
struendæ Arcæ centum annos impendisse, plurimorumque opera-
riorum ad miniculis fuisse usum: porro in Mesopotamia, Assyria
vel Chaldaea eam coagmentasse, & quidem ex cedrinis trabibus:
qua occasione suspicatur, cedros Dei, quarum sacre literæ men-
tionem facient, eas esse, quæ a creatione mundi usque extin-
tient, multaque diligentia Berossi, Abydeni, Nicolai Damasceni,
Theophili Antiocheni, Isidori & Straussi testimonia de reliquis Ae-
cre recenset. Fenestram arcæ, ut lumæ undique incolis suppetaret,
ad cubiti altitudinem per universam arcam circumcirca sub testo
extensam, & clathris instructam censem: testum vero planum fu-
isse, contra Buteonem & Ariam Montanum defendit. Carinam p-
qua dulci replet, quam valde necessariam fuisse opinuntur, tum quod
aqua inundationis turbidae fuerint, tum quod arca per aliquot men-
ses in monte subfuderit, aquis prorsus nudato. Eandem quoque
non asphalto, ut multi auctoritate LXX Interpretum moti credide-
runt, sed pice inductam fuisse probat.

Quibus expositis, varias hypotheses de duratione cataclysmi
enarraverat, positoque menses istius ætatis plenos fuisse, dies 370, po-
sto autem, quod isti alternatim pleni & cavi fuerint, dies 365
eluvioni tribuit, ac montes Armeniæ, in quibus arca confedit, in-
ter aktissimos totius orbis numerandas, tradit. Celeberrimo au-
tem J. H. Mojo omnibus modis se opponit, ostensurus contra o-
uadem, nullas animalium carnes ante eluvionem Patriarchis ci-
bo datas, sed sacrificiorum solum causa mortales easdem, vestes
que ex lana potius & arborum corticibus, quam cutibus quadrupe-
dum consutas fuisse; penitentiales Prophetarum vesteræ, que
facci vocantur, ex pilis, ad imitationem forsitan primorum Adami
indumentorum, contextas fuisse tradit; nec non sacrificia inver-
tam hominum esse, brutorum vitam pro sua tristitia, resque

Cap. III.

Cap. IV.

V.

Cap. IX.

Cap. X.

Cap. XI.

Cap. XII.

Cap. XIII.

Cap. XIV.

XIX.

capi-

XXX 2

Cap. XX.
XXI.

Cap. XXII.
XXIII.

Cap. XXV.

Cap.
XXVI.
sqq.

Cap.
XXI.

capitalis supplicii se proficuum. Quod eo consilio tam prodire adstruit, ut animantes mundas, quarum septem ex singulis speciebus in arca fuere, paucas fuisse, eas videlicet, quae sacrificiorum delinixit erant, (boves , verves , capras , columbas & turtures) evincat. Quamobrem omnia animantium genera, Europae & que ac perigrine , ne Americanis quidem exceptis , operose comparet, amissione singularium ponderis, cibique & potius quantitate. Sic equorum, asinorum & onagrorum paribus 3000 libras ponderis, 6 cubicos pedes potius, & 24 cibi admetitur, positoque calculo, 366 avium, & 241 reliquarum bestiarum species, exceptis pisibus, consumerat. Heud difficulter quoque demonstrat, in area tantam quantitatem pululi & aquae dulcis contineri potuisse, quanta in duos annos & ultra sufficeret. Refutat quoque ea , quae de pyramidali arce figurae Origenes , & de cubitis ejus sex communes a quantibus Augustinus docuerant. Tum errata plororumque aliotum, qui de Arcis commentati sunt , nec non Hugonis Cardinalis , Cajetani , Preieli & Butzonis de eadem hypotheses, posteriore cam primis , accurate examinat.

In sequentibus ad ea , que sententiae sunt opponi poterant, Auctor magna cum cura respondet. Nam octo, qui in Arca fuerint, homines curandis omnibus bestiis suffecisse , ex eo ostendit, quod singulis personis 4 stabula & 5 avaria solum attribui debant : Arcam vero, ut ab ipso descripta est, spacious quidem , sed non nimis magna fuisse, cum aliamenta in super unius ferme anni, post finem diluvii & regnum ex arca, ab hominibus ac bestiis consumendi (nam a terra inundatione corrupta nibil tam celeriter expectari poterat) continere deberet. Ludovicum porro Capellum insigniter impeditum censet, dum aream ad 22 vel 23 cubitos in aquam immersam fuisse, contra Judeos, undecim folium orbitorum immersionem concedentes , docet. Noster enim, initis ponderum arce rationibus, eam ultra 9 cubitos immersi non potuisse, luculentus probat, concluditque, Dercæ, sive cubitum majorem Ægyptiacum, qui sex palmos contineat (cuiusque modulus Caii adhuc hodie videatur) esse Hebreorum מִן , & Babyloniorum cubitum regium , adeoque veram aream mensuram. Que cum egregiam adficio iibi capacitatem tribuat, donec datur inde, elevationem uni-

ver-

versatem fuisse. Misticis vero eorum se ratiociniiis Autor op-
ponit, qui particularem cataclysmum fingunt. Inutilem enim
arce constructionem fuisse dicit, si fugiendo in alias provincias, a-
quarum vis evitari potuisset. Plantas vero sub aquis diu latentes
non semper interire, sed indomabilem seminum vitam esse, addu-
ctis elegantibus exemplis probat. Addit, aream eo fere loco, ubi
Paradisus fuerit, extructam, adeoque animantes etiam quavis, in
iudicem locis tunc adhuc harentes, in aream introire facile potuisse.
Quo loco, non nisi par animalium in quavis specie creatum fuisse,
defendit. Longus vero est & copiosus in refutando communi re-
cencionum Physicorum principio, quod construendis barometris
occasioneum suppeditavit; causam nempe, cur aqua in antliis ad 32
pedes, & Mercurius in barometro ad 27 vel 28 pollices, nec ultra clo-
vasti possit, esse gravitatem aeris, cujus tota massa aequiponderet
32 pedibus aquæ. Ex quo Physici licentius de sacris judicantes con-
clusere, diluvium universale ἐκ τῶν ἀνθρώπων fuisse, quia tota
aeris massa in aquam conversa mare non ultra 32 pedes supra
terrā elevare potuerit. Noster adductis & experimentis, & auto-
ritatibus ostendit, causam hujus phænomeni non esse gravitatem
massæ aereæ externæ, sed internum aërem a Mercurio, vel aqua,
mole sua in tubo descendenter separatum, & in superiori, eaque
clausa tubi parte, quantum possit, attenuatum. Nam Mercurium
e. g. & aquam, a quibus aer omnis arte separatus est, plane
non in tubo descendere, sed hunc totum potius complere; di-
gitum superiori tubi orificio immissum cum dolore attrahi; Mer-
curium quoque in tubo lanci libræ annexo gravitare lanceam op-
positam, quod, si ab aeris mole elevaretur, fieri neutiquam pos-
set. Quare metu impossibilitatis diluvii liberatos naturæ mystas
vult. Cum enim ad totam massam aquæ diluvianæ requirantur
27772727 leucas cubicæ, qualibus Galli utuntur, hæcque ipsa mas-
sa aquæ rarefactæ (supposito juxta Paschalium spatio aquæ non re-
factæ ad spatiū ejusdem rarefactæ ut 1 ad 6563) 169120634574 leu-
cas cubicæ occupet; aeris vero universi in nostro vortice massa con-
tineat -ejusmodi leucas 2792863873674744; manifestum jam
esse concludit, eas, si in aquam vertantur, plus 16514 aquæ da-
taras, quam ad universalem cataclysmum requiratur.

Cap. XXXI.
seqq.Cap.
XXXVI.

Cap.
XXXVII.

Post hæc ex ipsius facris literis, quo pacto catastrophus evenierit, sequentem in modum describit. Globum terreum ait, ut ex Gen. I & Psal. CIV constet, initio undiquaque aqua fuisse terram: hujus partem, spiritu flante, ab aere spongioso, qui υγρή dicatur, fuisse abstractam & rarefactam, partem vero ejus maxime subtilem supra eum esse elevatam, & hinc aquas supracoelias, supra infinitum nescire, h. e. aereum cœlum, ortas. Hanc aquam Divino iussu condensatam, diluvii tempore decidisse, iterumque flante vento elevatam in locum pristinum esse, & juxta Psal. CIV, 7. Job. XXVI, 8 ibidein adhuc contineri. Impete vero a nonnullis objici putat, aerem supra montes altissimos ob raritatem hominibus interne civum esse, adeoque arcum eo elevari non potuisse: nam & falsum istud esse, recentioribus, iisque accuratis, observationibus probat, & inferiorem aerem unquam arca crescens aquis elevatum fuisse. Nec sapientius opponi, tantam aquæ massam 40 diebus delabi sine subversione arce, aut redelevare sine obscuratione aeris non potuisse: utrumque enim fallo concludi ostendit; fatetur tamen, multa hic per miraculum modis nobis incognitis facta, Deoque alias aquam demittendi & repetendi vias, quam pluviam & evaporationem, dubio procul notas esse. Tandem Aben-Estram, Cardanum, Jo. Bapt. Morianum & alios, diluvium ex astrorum conjunctione deducentes per se refutat, posterioris quoque thema genethliacum Christi reformatum accuratissime resolvit atque explodit, & data occasione annum mortis Christi in annum 33 ærae Christianæ vulgaris figit, eumque cum anno quarto ultimæ septimanæ Danielis, & cum anno 4 Olympiadis 202, eundem esse probat; denique traditionis vetustissimæ de universalí eluvione testimonia colligit, & cum rei exaggeratione concludit.

Cap. XL.

Qui annexus est Pelleterii nostri Tractatus de *Hemina & Libra S. Benedicti*, oppositus est P. Lancelloto, qui de hac respectuare Dissertationem edidit. Scilicet constituerat S. Benedictus monachis suis quotidianam cibi potusque mensuram: hanc heminam, ultam vero libram appellaverat. Haec temporum injuria & relaxatione veteris disciplinae depedita supt. Lancellotus easdem restitu-

Cap. XLI.

restituturus, librae Benedicti 13 aut 14 uncias, heminae 10 aut 11 tribuit. Noster illum antiquarum mensurarum imperitam fuisse contendit, libra quoque ac heminae voces admodum ambiguas fuisse, hoc atque loco aequalis ponderis mensuram indicare existimat. Cum itaque Benedicti libra propensa vocetur, majorem libram 20 unciarum, quae minima Alexandrina dicebatur, & in Italia non infrequens esset, per eam intelligi, per heminam vero dimidiam partem sextarii militaris, quae 20 etiam uncias constabat, innui censem. De vera etiam quantitate quadrantalium Romani diligentissimo agit, seque in mensuris ac ponderibus veterum, de quibus prolixiori opere integrum se acturum pollicetur, exquisitus versatum ostendit.

INDEX AUCTORUM,

quorum Libri aut Inventa hoc volumine recensentur.

I. Libri Theologici & ad Historiam Ecclesiasticam spectantes.

A Nonnius Dissertatio Apologetica pro B. Roberto de Arbriffello:	15
Anonymi Tractatus de Prejudicis falsis & legitimis:	323
Biermanni (Joannis) Clavis Apocalyptico-Propheticæ:	188
Blumbergii (Christiani Gottlobi) Mysterium Papæ Corene adjectum Ens bucunque reale.	490
Brusoni (Claudii) Epistola & Opuscule:	153
Buddei (Jo. Francisci) Dissertatio de Heresi Valentiniana.	245
Calixti (Friderici Ulrici) Via ad Pacem inter Protestantes probabilem restituendam:	175
Caroli (Andrea) Memorabilia Ecclesiastica Seculi a nato Christo XVII:	319
Deusingi (Hermanni) Demonstrationes Allegoriae Historicae, seu Historia Allegorica V. & N. Testimenti. Pars I.	392
Mortentius (Francisci Maria) Thrusca Ricardis Origines, scilicet de prima Thrusca Christianitate Opus:	513
Frati-	

INDEX AUCTORUM

- Franckii (*Augusti Hermanni*) *Profastio ad novam Novi Testamento editionem.* 12
- Graphii (*Jo. Ernesti*) *Nota in Irenaeum aduersus omnes Heres.* 202
- Güntheri (*Joannis*) *Appendix ad scriptum pofremus contra Academicos Silofos.* 526
- Holtzalbii (*Davidis*) *Exegesis Philologico-Theologica Psalmi XVI.* 339
- Holtzfus (*Bartoldi*) *Traictatus de Prædestinatione, Eleccione & Reprobatione Hominum.* 116
- Van den Honnert (*Taco Haga*) *Syntagma Dissertationum de sylo N. T. Graec.* 519
- Jesuitarum *Acta Sanctorum Junii collecta, digesta & observationibus illustrata. Tomus III.* 321
- S. Irenei contra omnes Heres Libri quinque. 308
- Ittigii (*Francki*) *Exercitationes Theologicae Enneas.* 301
- Kromayeri (*Hieronymi*) *tria spicilegia ex disciplinis Marbematis loca quadam Biblica illustrantia.* 343
- Müllerii (*Valentini Ernesti*) *Theologia Mystica orthodoxa.* 64
- Lubomiri (*Stanislai*) *S. R. I. Principis Opuscula Latina, Sacra & Moralia.* 80
- Marekii (*Joannis*) *Commentarius in Michiam, Nahum, Habakukum & Zephaniam.* 463
- Menthenii (*Godefredi*) *Thesaurus Philologicus, seu Syllago Dissertationum ad selectiona V. & N. T. loca.* 158
- Moreri (*Thome*) *Discursus de nomine, qualitate & celebratione Dici Dominice.* 121
- Nichols (*Guilielmi*) *Officium Inferiorum erga Superiores expostum.* 307
- Origenis *contra Celsum Libri VIII, ex Graeca in Anglicam linguam translati ab Elias Boberello, cum Observationibus.* 127
- Picinelli *Lumina Reflexa, sive Aurorum Clafficorum Consensus cum Scriptura Sacra.* 172
- Picketti (*Benedicti*) *Theologia Christiana.* 72
- Rhearfurdii (*Jacobi*) *Dissertationum de Sylo Novi Testamenti Sylogismi.* 66
- Ser-

INDEX AUCTORUM

537

- | | |
|--|-----|
| Sartorii (Augustini) <i>Historia Elogialis Ordinis Cisterciensis.</i> | 236 |
| Scacchi (Fr. Fortunato) <i>Sacrorum Eleocharismatum Myrotheciatris.</i> | 344 |
| Schudt (Jo. Jacobi) <i>Vita Iephae, fato, voto, facto insignis.</i> | 30 |
| Surenhusii (Guilielmi) <i>Legum Misericordiarum Liber, qui inscribitur Ordo Damnorum.</i> | 465 |
| Testamentum Novum, cum variantibus Lettionibus. | 17 |
| Van Till (Salomonis) <i>Malachias illustratus, & Dissertation de situ Paradisi Terrestris.</i> | 430 |
| Wagneri (Godofredi) <i>Epistola de Justini Martyris cum Tryphonie Iudeo Diologo vere suppositio.</i> | 151 |
| Wellsti (Hieronymi) a Molsdorf <i>Opera omnia.</i> | 402 |

II. Libri Juridici.

- | | | |
|--|--------------------|-----|
| Hüberi (Zacharie) <i>Dissertationes Juridica ac Philologicae.</i> | 417 | |
| Knobbaert (Jo. Ant.) <i>Jus Civile Gandensium Observationibus illustratum.</i> | 336 | |
| Lagunet (Matthiae) <i>Siguntini Tractatus de Fructibus.</i> | 448 | |
| De Lincker (Nicolai Christophari) <i>L. B. Rerum Decisarum Pars altera, sive Centuria VI ad X.</i> | 449 | |
| | Centuria XI ad XV. | 223 |
| Lochovrski (Stanislai) <i>Regula Juris & Loci communes Forenses.</i> | 197 | |
| De Pape (Abrahami) <i>Observationes ad Consilia jCitorum Batavorum.</i> | 517 | |
| Van de Poll (Luca) <i>de Exhereditatione & Prateritione Romana atque hodierna Liber singularis.</i> | 129 | |
| Schilteri (Iohannis) <i>Diarii de S. R. G. Imperii Comitum Prerogativa, ac jure inter ipsos & Ordinem Equestrem immunitatum controverso.</i> | 199 | |
| Zalaszovvski (Nicolai) <i>Jus Regni Poloniae</i> | 162 | |

III. Libri Medici & Physici.

- | | |
|--|------|
| Academiae Nature Curiosorum Collegarum Vratislaviensium Historia Morborum, qui A. 1700 Vratislaviae graffati sunt. | 504 |
| | Bar- |

Tyy

- Bartholini (*Casparie*) *Specimen Historia Anatomica partium Corporis humani.* 56
- Bayle (*Francisci*) *Institutiones Physicae ad usum Scholarum.* 387. 452
- Blancardi (*Stephani*) *Opera Medica, Theoretica, Practica & Chirurgica.* 193
- *Lexicon novum Medicum Greco-Latinum.* 294
- Bussierii *Epistola de triplici Vesica.* 27
- Cowper (*Guilielmi*) *Glandularum quarundam nuper detectarum Descriptio.* 499
- Crusi (*Joannis*) *Medicamentorum iuxtagisca Thesaurus.* 259
- Frickii (*Melchioris*) *Tractatus de virtute Venenorum Medica.* 253
- Fulletti (*Iohanna*) *Pharmacopeia extemporanea, sive Præscriptorum Sylloge.* 258
- Gratiani (*Joannis*) *Thermarum Paravinarum Examen, & Differ-
tatio de Fonte Lilio acido Recobarii.* 1
- Guilielmini (*Dominici*) *de Sanguinis natura & confituratione Exer-
citatio.* 145
- von der Hardt (*Hermannii*) *Descriptio Speluncae, vulgo Baumanniana dictæ.* 305
- Holt (*Caroli*) *Epistola de Infante, cuius Intestina, Mesenterium &c.
in caritate Thoracis fuerunt reperta.* 524
- Holton (*Petri*) *Epistola de Acemella. & ejus facultate litho-
ptrica.* 138
- Lister (*Martini*) *Commentarius in Aphorismos Sanctorii Sanctiorum de
Statice Medicina.* 114
- Mangeti (*Joannis Jacobi*) *Bibliotheca Chymica Curiosa.* 233
- Monginet (*Francisci*) *Epistola de rara quadam Hemorrhagia.* 94
- Morison (*Robertii*) *Plantarum Historia Universalia Pars III.* 477
- Musgravii (*Guilielmi*) *Epistola de rara Hamorrhagia periodica.* 95
- Paulini (*Christiani Francisci*) *de Theriaca Cœlesti reformata.* 160
- Preyser (*Joannis Wolfgangi*) *Oeconomia Corporis Animalis.* 498
- Ramazzini (*Bernardini*) *de Morbis Artificum Diatriba.* 238
- Rudbeckii (*Olaei*) *Campi Elysi seu magni operis Botanici Liber
secundus.* 374
- Ruysschii (*Frederici*) *Thesaurus Anatomicus secundus.* 195
- Sanctorii (*Santorio*) *de Statice Medicina Aphorismi.* 114

Soas-

INDEX AUCTORUM.

539

- Scaramucci (Jo. Baptista) *Epistola de Hydrophobo ex ira impetu maris.* 147

IV. Libri Mathematici.

- H**alley (Edmundi) *Relatio de Barometro marino a D. Roberto Hook invento.* 180
- Kirchii (Godofredi) *Observationes Cometae novae a d. 21. April. 1702.* 256
- Lamy (Bernardi) *Tractatus de Perspectiva, continens fundamenta Artis Pictoria.* 77
- Leibnitii (Gothofredi Guilielmi) *Specimen novum Analyseos pro Scientia Infiniti circa Summas & Quadraturas.* 210
- Mallet (Allani Manesson) *Geometria Practica.* 317
- Ozanami *Nova Elementa Algebrae.* 510
- Pelleterii (Joannis) *Dissertatio de Arca Noe, & de Hemina & Libra S. Benedicti.* 530
- Sturmii (Leont. Christ.) *Fida Manuductio ad formam minimeorum inexpugnabilium opus, axiomatum Georgii Rimpleri.* 109

V. Libri Historici.

- A**Cadetrix Regie Numismatum & Inscriptionum Parisiensis *Numismata Ludovici Magni res gestas representantia.* 369
- Anonymi *Narratio de Livoniam, una cum Historia Ordinis Teutonicorum Marianorum.* 262
- Bælii (Petri) *Dictionarium Historico-Criticum.* 432
- Buddei (Jo. Francisci) *Introductio ad Historiam Philosophie Ebraeorum.* 245
- Campanii (Thome) *Descriptio Nova Suecia, nunc ab Anglis dicta Pensylvania.* 382
- Crenii (Thome) *Animadversionum Philologicarum & Historiarum Pars VIII.* 43
- - - Pars IX. 66
- - - Pars X. 107
- Dares Phrygius de Bello & Extedio Troje. 49
- "Tyll 2 Di-

- Dictys Cretensis de Bello & Excidio Troja. 49
 Dodvelli (Henrici) de veteribus Graecorum Romanorumque Cyclis. 87. 97
 Flaceii (C. Valerii) Argonautica cum animadversionibus Nicolai Heinshi. 268
 Hochstraten (Davidis) Nota in Phaedri Fabulas Aesopicas. 458
 Johnson (Thome) Phaedri Fabulae Aesopae illustrata. 108
 Iscani (Josephi) Paraphrasis Daretis Plorpii de Bello Trojano. 49
 Knauth (Jo. Conradi) Augustae Beichlingiorum Origines. 93
 Luce (Friderici) Atrium antiquissimum S. R. I. Comitum. 317
 Messenii (Joannis) Scondia illustrata , seu Chronologia de rebus Suecia , Dania , Norwegia , Islandia , Gronlandie. 376
 Navallii Ductis Commentariis Historici. 39
 Pars (Adriani) Catalogus Scriptorum Batavorum & Hollandicorum a Julio Cesare usque ad bac tempora. 138
 - - - Catti Aborigines Batavorum. 438
 Peringkioldii (Joannis) Observationes ad Joannis Messenii Scondiam illustratam. 376
 Phaidri Fabularum Aesopiarum libri V. 208. 458
 Prince (Joannis) Danmonii Orientales illustres , seu Vitae celeberrimorum virorum in Dacia natorum. 287
 De St. Remy Commentarii , ea que in Gallia a Monarchia iniitius usque ad bac tempore contigerunt ; complexi. 205
 Sartorii (Augustini) Historia Ordinis Cisterciens. 236
 Stanleji (Thome) Historia Philosophica. 45
 Tentzelii (Wilb. Ernesti) Typus Genealogiae Beichlingice plenior. 266
 Torfzi (Thermodi) Series Dynastiarum & Regum Dania. 273
 De Vigneul - Marville Miscellanea Historica & Literaria . Tomus III. 242
 Wotton (Wilhelmi) Historia Romana ab excessu Antonini Pii , usque ad mortem Alexandri Severi. 864

VI. Libri Philosophici & Philologici Miscellanei.

AL-

INDEX AUCTORUM.

541

- A**lttingii (*Jacobi*) *Fundamenta Punctuationis Lingue sancte.* 21
 Arlingtoni Comitis *Epistola, cur'ante Thoma Bebingtono.* 168
Santi Bartoli (Petri) Lucerne veterum sepulchrales. 208
Bellorii (J. Petri) Observationes ad Lucernas Veterum sepulchrales. 208
 Bawson (*Thoma*) *Vocabularium Anglo-Saxonicum.* 304
Beocleri (Jo. Henrici) Dissertationes Academicae. 125
 Bos (*Lamberti*) *Mysterii Ellipsis Graecae expositi Specimen.* 183
Brand (Joannis) Charorum Virorum Epistola ceneum. 473
Brouckhusii (Jani) Note in Propertii Elegiarum Libros IV. 296
Buddei (Jo. Francisci) Supplementum Epistolarum Martini Lutheri. 506
Crenii (Thoma) Animadversiorum Philologicarum Pars VIII. 43
Pars IX. 66
Pars X. 107
Demosthenis Orationes Philippicae in linguam Gallicam conversa & annotationibus illustrata. 18
 Dryden (*Joannis*) *Comedia, Tragédie, aique Dramata Musica.* 34
Eschenbach (Andree Christiani) Epigenes de Poesi Orphica, in priscas Orphicorum carminum Memorias liber commentarius. 492
Ex. Evremontiana. 320
Fontanini (Justi) Fabula Pastorialis Torquati Taffi, Amyntas, difensa atque illustrata. 220
Gousseti (Jacobi) Commentarii Lingua Ebraica. 443
Gravii (Jo. Georgii) Syntagma variorum Dissertationum interiorum. 106
Halenensis Societatis Observations selectae ad rem litterariam spectantes. 201
Horatii Eclogae; ex recensione Wib. Baxteri. 206
Huberi (Zacharie) Dissertationes Juridicae ac Philologicae. 417
Lockii (Joannis) de Intellectu Humano. 357
Lutheri (Martini) Epistolarum Supplementum. 506
 Tyy 3 Mealeri

Merleti (Jo. Benedicti) <i>Artificium excerpti genuinum.</i>	113
Naudiana & Patiniana.	225
Nicolai (Joannis) <i>Annotationes in Carolum Siganum de Republica Ebraorum.</i>	61
- - - <i>Disquisitio de substratione & Pignoratione Vesti- um.</i>	409
- - - <i>Disquisitio de Chirobecarum usu & abusu.</i>	459
- - - <i>Tractatus de Calcarium usu & abusu.</i>	461
Othonis (Georgii) <i>Synopsis Institutionum Samaritanarum, Rabbi- nicarum, Arabicarum, Ecbiopicarum & Persicarum.</i>	21
Ormeilii (Magni Danielis) <i>Compendium Ethicum, Areatalogiam & Endemonologiam proponens.</i>	20
Propertii (Sexti Aurelii) <i>Elegiarum Libri IV.</i>	296
Roell (Herm. Alexandri) <i>Dissertationes Philosophicae de Theologie Naturali, & de Ideis innatis.</i>	362
Salomonii (Jacobi) <i>Urbis Patavinae Inscriptiones sacra & profanae.</i>	82
Schurtzfeilchii (Connudi Samuelis) <i>Poemata Latina & Graeca, una cum quibusdam Inscriptionibus.</i>	259
Seneca (L. Annai) <i>Tragedia tres in versus Anglicos translate.</i>	523
Sherburne (Edwards) <i>Annotationes ad tres L. Annai Seneca Trago- dias.</i>	523
Sigonii (Caroli) <i>de Republica Hebraorum Libri VIII.</i>	61
Tourreil <i>Annotationes in Demosthenis Orationes Philippicas.</i>	12
De Vigorel-Matville <i>Miscellanea Historica & Literaria. Tomus III.</i>	241
Werenfels (Samuels) <i>Dissertatio de Logomachis Eruditorum, & Diatribae de Meteoris Orationis.</i>	333

INDEX RERUM
NOTABILIORUM
in hoc Volumine obviarum.

Abdi-

- A**bdicatio Gracorum nam' a-
pud Romanos recepta? 126
Abucaræ (Theodori) de Bapti-
fimo Fidelium ante Christi ad-
ventum defunctorum sententia
explosa. 302
Academiac Regie Scientiarum
Gallica natales. 311
Pictorum &
Sculptorum natales. 371
Inscriptionum
& Numismatum natales. 370
Academici Vratislavienses refu-
tati. 526: sqq.
Acemella descriptio ac vires lo-
tioreripice. 138
Acidula unde? 4
De Acidularum usu cautela. 11
Adalterini liberi ad successionem
in bona matris admittendi.
128
Elianus illustratus:
noratus. 187
notatus. 184
Ecclitis quatuor genera. 294
Agricola (Georgius) *noratus*. 6
Alardus *notatus*. 298
Alchemiz possibilias. 233
-- Scriptoris. 234
Alexander M. quatenus cum Iu-
lio Cesare comparari queat?
12
Alexander Severus a columnis
Herodiani & Juliani vindica-
tus. 489: 490
Algebra Nova Elementa. 510
Alimentorum canalis seu via. 57
Allantoides tunica fætui etiam
humano attributa. 58
Allatit (Leonis) de Dileye Cre-
tensi sententia refutata. 50.
sqq.
Allatius (Leo) aliquando de ca-
pite periclitatus. 216
Allegoriarum Biblicalium in Bel-
gio studium defensum. 392
Alphredi Episcopi Cnidensis vi-
ta. 282
America quando primum genti-
bus Europeis innotuerit? 383.
sqq.
Amyntas, fabula pastoralis Tor-
quati Tassi vindicata. 226
Ana nam mulas invenerit in de-
serto, Gen. XXXVI? 356
Analyseos pro Scientia Infiniti
circu Summas & Quadraturas
Specimen novum. 210. sqq.
Aneurisma diuturnum. 506
Anglia Historia epistolis Arlingto-
ni illustrata. 168
Angliae Regi num' Suprematus
in Ecclesiastico competit? 143
Angline an Galli magis excel-
lant in Poesi Dramatica? 35
sqq.
Angle-Sakonica lingue cultus.
304
Animalis corporis Oeconomia.
498
Anima humana num' gaudeat
principiis congenitis? 318. sqq.
361. sqq.
Anii-

- Animalium Spirituum influxus
 unde dependeat? 456
 - - - Intervitus unde? 457
 Annæ, uxoris Philippi Duxis
 Aurelianensis, filie Caroli I
 Regis Anglia, obitue. 169. sq.
 Apocalypses Harmonia cum
 scriptis Prophetarum, 188. sqq.
 Apollonii Rhodii comparatio cum
 C. Valerio Flacco. 272
 Apollonius Tyancus fueritne Mag-
 gus? 227
 Appellatiomum in foro apud
 Flandros usus. 304
 Aqua lustrali num Christus quo-
 que usus? 349
 Aquæ lapidescentes mira pheno-
 mena. 307. sq.
 Aquarium medicarum origo &
 examen. 4. sqq.
 De Arbrissello (Robertus) a ca-
 lumniis adversariorum vindici-
 catus. 15
 Arcæ nos descriptio. 530
 - - - vindicia adversariorum
 theos. 532
 Architecturæ Militaris Speci-
 men novum. 109. sqq.
 Argonauticorum Orbeï editio
 premissa. 497
 Aristobulus, Hebrews, notarius.
 497
 Aristoteles quanti Iudeis fuerit?
 250
 Arsenici vires mortis & salua-
 tes. 255
- - - antidotum. 256
 Artificum morbi qui, unde, &
 quomodo curandi? 24
 Afcia & Aurega Chirurgorum
 deligaciones. 294
 Ash (Simonis) Poematum spe-
 cimen. 283
 Astrologicarum predicationum
 exemplum notabile. 382
 Atheismi suspecti. 227. sq.
 Atheniensium Cycli veteres. 89
 Augusti Cesario testamentum
 examinatum. 424
 M. Aurelius in expeditione Ger-
 manica vitoriam num debue-
 rit precibus Christianorum? 487
- B** Alneorum Ratavinerum
 descriptio. 2
 vires. 7
 usus. 9
 Baluzii (Stephani) Opus de Vici
 Paparum Avenionensem car
 in Indicem Expurgatorium re-
 latum? 245
 Baptismus conditionalis, ubi da-
 bitatur num baptizatus infans
 jam sit, rejectus. 509
- A Barbarismis vindicamus texture
 Gracis Novi Testamenti. 521.
 sq.
 Barlaeus Melancholicus, attamen
 facetus. 475
 Barometrum marinum a D. Ro-
 berto Hook inventum. 159

Bar-

- Barthii (Casparis) de Dictye Cretensi sententia refutata. 52
- Batavicarum rerum scriptores. 131
- Batavis illitarum a Gallis cladem memoria. 373
- Batavorum origines a Cattis. 438. sqq.
- Baumannianæ speluncæ descriptio. 305. sqq.
- Beichlingianæ Familia augustae originis. 92. 266. sqq.
- Bennonis Episcopi Misnensis Vita. 322. 324
- S. Bernhardus num fundator fuerit Ordinis Cisterciensis? 237. 238
- Beix (Theodori) de Stylo Novi Testamenti sententia. 520
- Bibliotheca Oxoniensis quantum debeat Thoma Bodlijo? 287
- S. Birgitta quenam? 379
- Boccalinus (Trajanus) in theoria quam praxi melior. 227
- Bodleji (Thoma) Vita. 284
in Academiam Oxoniensem merita. 287
- Boecleri (Jo. Henrici) elegium. 125
- De Bohlii (Samuelis) meritis in Ebream linguam judicium. 447
- Bona Cardinalis in Opere Liturgico adjutus a Franc. Maria Florentinio. 514
- Botanici operis Rudbeckiorum, patris & filii, fata. 374
- A Brennero (Elia) edita & addenda scripta. 230
- Brentii elegium. 529
- Brisaci Novi munitione examinata. 110
- Brittenburgi in Batavis memoria. 440
- Broussonii (Claudi) Vita & Mors. 156
- Scripta. 156
- Brunechildis Sigeberti Austrasie Regis conjux multorum criminum rea. 205
- Buddei (Francisci) Prefatio ad novam Epistolarum Lutheri editionem. 506
- S. Burchardi Episcopi Herbipolitani vita & obitua. 283. sq.
- C' Abbala Ebream. defensa. 263
- Calcarium usus & abusus. 461
- origo. 461
- Calculus vesica nunquam adnoscitur. 196
- Calippici Cycli ratio. 88
- Calor sonium unde? 4
- Campauici (Joannis) elegium. 386
- Candelabri sacri Mosaici descriptio. 347
- Candiz urbis jactura num Duci Navallio & Gallie imputanda? 42
- Capellus refutatus. 33
- Cardamomi species. 295
- Zzz Cat-

- Carnificem confitandi ius penes quem? 150
- Caroli Lotharingia Ducis mutabilitas punica. 371
- Caroli M. privilegii, quod A. 777 immediate Germania Nobilitati concessum perbibetur, authenticis impugnata. 201
- Carpzovii (Samuelis Benedicti) de Hieronymo Wellero gravissimum judicium. 406
- Cartehani vindicati. 364
- Cartilaginum & ossium differencia. 59
- Casaubonus duplicites ficas instru-
- Elus. 27
notatus. 418
- Casimir (Joannis) Polonia Regis in Gallia exceptio. 372
- Catti Aborigines Batavorum. 440
- Catvici seu vici Cattorum utriusque descriptio. 438. 441
- Cavinus (Jobannes) quis fuerit? 85
- Centumviri apud Romanos qui? 130
- Cerethrei & Pheletei Regum Israe-
- liticorum qui fuerint? 355
- Cherubinorum apud Ebraeos for-
- ma. 353
- Chirothecarum usus & abusus. 458
- Chorda membrana tympani. 294
- Chori num ex Tragedio elimi-
- nandi? 231
- Christi Divinitas a Patribus pris-
- rum a nato Christo seculo-
- rum agnita. 74. sqq
- Christianorum militum precibus
- parte M. Aurelio Imperatori
victoria. 487
- In Christo quo sensu due Natu-
- re possint dici permixta? 407
- Christinae Suecorum Regina solen-
- nis in urbem Parisorum in-
- gressus. 370
- Christus quo anno crucifixus?
- quo die ultimum Pa-
- scua celebraverit? 99. 108
- Chronologia illustrata. 87. sqq.
97. sqq.
- Chyli via seu canalis. 58
- Cicero illustratus. 66
notatus. 282
- Cisterciensis Ordinis Historia. 236
- Cistercienses Jesuita qui? 238
- Citra mala aliis malis curreis
- pregnanit. 243
- Cavium Ecclesie commissarium,
- ligantis & solventis ratio. 154
- Cleri in Anglia classes duas, ac
- inter haec diffensio. 143
- Coccejum (Jo.) inter & Seba-
- fianum Pfucheniū emulatio. 69
- Coelibatus vorum num in veteri
- quoquo Testamento fuerit u-
- sitatum? 32
- S. Coena sub utraque specie num
- a Pio IV concessa? 244
- De S. Coena sententia inter Pro-
- te-

<i>reflantes consensu.</i>	176	<i>tim vox Mysterium?</i>	491
<i>Codice remedium.</i>	161	<i>Corporis animalis economia.</i>	498
<i>Colloquium pacis sacra inter Pro- testantes inennde causa habi- torum Historia.</i>	175. sqq.	<i>Costi in oleo consecrationis apud Ebraos usus.</i>	352
<i>Comitum S. R. Imperii contro- versia cum quibusdam e Nobis- titace immiediatâ.</i>	199. sqq.	<i>Covvel (joannis) vita & obitus</i>	288
<i>olim in Germania origo Ex diversa genera.</i>	318	<i>Cranzius notatus.</i>	380
<i>Comœdiz Drydeni.</i>	34	<i>Cujacius notatus.</i>	423
<i>Comœdiz requisita.</i>	35	<i>De Cultu peregrino Tractatus Mischnicas num que contra religionem Christianam conti- neat?</i>	471
<i>Cometa a die 21 Aprilis, anno 1702 observatus.</i>	250	<i>Curlandiz descriptio.</i>	264
<i>Conceptio fetus quomodo fiat?</i>	58	<i>In Curvis ex Focis descriptis in- veniendi Radios Osculi Me- thodus.</i>	501
<i>Concordia Ecclesiastica inter Pro- testantes inennde rationes.</i>	175.	<i>Cuticulæ seu Epidermidis fru- tura.</i>	197
<i>Conjugium num solo consensu contrahatur?</i>	518	<i>Cycli veteres Grecorum Roma- norumque descripti.</i>	87. sqq.
<i>Conringii (Hermannii) in Bata- vos fiduciae.</i>	476	D <i>Amasenus emendatus.</i>	316
<i>Consensus num faciat nuptiarum?</i>	518	<i>Damnoniæ descriptio.</i>	282
<i>Constantini M. Christianissimus examinatio.</i>	202	<i>Daniæ Dynastiarum & Regum series.</i>	273
<i>Constitutum, an Exprimitio contineatur in Ep. Pauli ad Philemonem v. 18. 19.</i>	420	<i>Danici Regni incrementa.</i>	380
<i>Consuetudinis illegitimævis.</i>	337	<i>Decemviri apud Romanos qui?</i>	130
<i>Copernici (Nicolai) Epitaphium.</i>	266	<i>Deciani (Tiberii) elogium.</i>	83
<i>Cordis palpitationis remedium.</i>	161	<i>Decreti Divini de salvandis ho- minibus ratio ex sententia Reformatorum.</i>	118
<i>Corneho Nepoti Historia Belli Trojani falso tributa.</i>	55	<i>Dei idea num nobis innata?</i>	
<i>Coronatio Regum Poloniae quan- do cœperit?</i>	164	<i>361. 364. 368</i>	
<i>Coronæ Papali num inscripta o-</i>		<i>Delirium aliquando signum in- gravidationis.</i>	161
		<i>Delphensium Cycli veteres.</i>	90
		<i>Devoniar in Anglia Viri insignes.</i>	
		<i>281. sqq.</i>	
		<i>Zzz</i>	
		<i>Dia-</i>	

- Diaphanorum corporum frumenta.
 398
 Diarii Eruditorum Parisiensis et Laborario pluribus commissa.
 144
 Dichalcum quale pondus ? 296
 Dictys quidam Cretensis natus.
 Historiam belli Trojani scriptus, cui ipse interfuerit ?
 50. sqq.
 Cretensis: commentarius
 argutus. 53
 Dies Dominici num recte dicatur dies Solis ? 122. sq.
 Diluvium universalitas asserta. 533
 Dio Cassius explicatus. 423
 Disputationum Theologicarum illustrans Scriptura Collectio
 Belgica. 158
 Doloris remedium. 162
 Dominiorum jura num adeo rigorose in Germania quoque observantur ? 224
 Dominicæ diei sanditas unde ?
 124
 De Dominio (M. Antonii) fata.
 227
 Dracones in desertor qui in Scriptura S. ? 482
 Drama Torquati Tassi, Amysius, conena abrictatores vindicatum. 220
 In Dramatica Poetimagine Veteres et am Roseniores excruciant ?
 35
 magice hodie
- Galli, an Angli excellant ?
 35
 Duella, quale pondus ? 296
 Dysenterie quomodo medetur
 Radix Ipecacuanha ? 115
 Ebraea lingua ab Equivoicationibus purgata. 403. sqq.
 Ebreæ lingua natales et fata
 446
 Ebræorum Philosophia Historia.
 245
 Ebraicarum vocum propriæ et primariae notiones erunt. 444
 num semper generatio significatio formalis ? 447
 Ebraismi in Novo Testamento minime sunt Barbarismi. 521
 Ab Ecclesia quatenus discedere licet ? 326
 Ecclesiæ septem in Apocalypsis explicata, et cum septem sigillis rokideisque tubis comparata. 190
 Ecclesiæ clavum ligantis et solventie ratio. 154
 characteres qui ? 331
 De Ecclesiastica discipline tractatus. 153
 Elateris sancti diversitas. 390
 Elasticorum corporum frumenta.
 390
 Electio salvandorum ex mente Reformatorum. 119
 Elementorum natura. 391
 Eliotti (Thome) de Alexandre Severe liber mendax. 439
 El-

- Ellipsum in Greco lingua myste-
 rium. 183. sqq.
 Enficerorum in Livonia Equis-
 tum Historia. 262. sqq.
 Epicurus ex falsa hypothesi pro-
 videntiam negavit. 435
 Epidermidis structura. 197
 Episcopi num jure Divino supe-
 riores fns Presbyterio? 529
 Epistola Arlingtoni. 168
 Et aliorum. 169
 censum variarum
 nunc primum edita. 473. sqq.
 Martini Lutheri cum
 prefatione Jo. Francisci Bud-
 dei. 506
 Epochæ a Romanis scriptoribus
 non eadem obseruata. 104
 Equitum Enficerorum in Livonia
 Historia. 262. sqq.
 Erasmus notarum. 187. 520
 Erici XIV. Suecia Regis mis-
 randa fata. 382
 Eryspelatis causa. 505
 Euphorbiæ descriptio. 295
 Eusebius notatus. 488
 Examen fidei num privatis per-
 mittendum? 329. sqq.
 Excommunicationis Ecclesiasti-
 ca quæris? 154
 Extorsodatis quibus legibus cir-
 cumscripta? 125. sqq.
 Expressio, an vero Confessio
 continetur in Ep. Pauli ad
 Philem. v. 18. 19. 420
- F**Astorum Romanorum discre-
 pantia unde? 104
 Februum descriptio. 457
 Felibiani Historia Pictorum com-
 mendata. 243
 Felleri (Joachimi) in Horarium
 studia. 207
 Per Fermentationes explicatae
 functiones animales. 436
 Feudalis investitura exemplum.
 374
 Fidai examen non privatis per-
 mittendum? 329. sqq.
 S. Firmatus quis? 332
 Flaccii (Valerii) cum Apollonio
 Rhodo comparatio. 272
 Flagellationis apud Hebreos
 modus. 469
 Florentinii (Francisci Marii)
 vita Et scripta. 513. sqq.
 Florum amor defensio. 242
 Fluvii Paradisi illustrati.
 483
 Fostui oriam buntos attributa
 tunica Allantoides. 58
 Fetus in utero materno nutritio.
 58
 Fontanini (Justi) elogium + Et
 scripta ab eo exspectanda.
 221. 228
 Fontia Latis acidi Roxbarii de-
 scriptio. 9
 Fontium origo. 3. 454
 sider unde? 4
 Formica Et infestum, Et ver-
 ruca species. 205
 For-
- 222 3

INDEX RERUM

- Fortescute (*Joannis*) scripta. 289
 Forsterus (*Valentinus*) refutatio-
nem. 126
 Fratrum exhereditatio quibus le-
gibus circumscripta? 129
 Freibergensis in *Misnia Schola*
pristina celebritas. 405
 De *Fructibus disquifitio jurisdi- ca.* 448
Gabrielis (*Angeli*) elogium
vñ Nibil. 344
 Gajus *L. fin. ff. fin. regundi illu- stratus.* 429
L. ult. ff. de Colleg. & Corp. illustratus; 430
 Galilei hypothesis de *Gravium*
descensu examinata. 453
 Galline an Angli magis excel-
lent in *Poesi Dramatica.* 35. sqq.
Gandenium Ius Civile. 336.
sqq.
Gaudentius (*Paganinus*) quis? 227
 Le Gendre (*Ladovici*) Apolo-
gia pro Brunecilde Sigeberti
Austrasia Regis conjugie re-
futata. 205
 Gentilium fabula ad imitatio-
nem *Historia sacra consita.* 174
Scriptorum cum Scri- piura sacra confensus. 172.
sqq.
Geometria *Practica nova.* 511
 Pro *S. Gertrudis bonore com- positiones.* 442
 Gervasii & Protaſii *Martryrum reliquia.* 323
 Glandula nova in *Pene detecta.* 499
 Goffridi *Vindocinenſis Epifola,*
qua ſimilitudine multa de Rober-
to Arbrisellenſi continentur,
num recte illi tribuatnr? 16
 Gothlandia *Antiquitates exa- minatae.* 271
 In *Grecia lingua ellipſium my- ſterium.* 483. fqq.
 Graecorum veteres *Cycli expli- cati.* 87. fqq.
 De *Gratia Dei in conversione ho- minis diversa Theologorum*
fententia examinata. 117. fqq.
 Gratia *divina operandi modus.* 74
Gravium descensu causa. 453
 Grimaldi (*Barbol. Cova*) To-
leſie Dūcis *Inventiva in Tor- quari Tasci Amyntam refu- tata.* 220
 Ex *Greenlandia suscepta iamfe- cto X in Americam nava- gationes.* 384
Guilielmorum catalogus. 44
 Guyetus *notatus.* 298
Hæmorragia Periodicar-
ra. 95
 Hæretum ex sectis Philosopho- rum origo. 246.
 Ham-

NOTABILIORUM.

55

Hamburgense statutum, quo n-		Jephis. 36
xor pro marito solvere tene-		Ducis Navallii. 39.
tur, locumne etiam in urbe,		sqq.
alia habeat, in qua marius		Belli Trojani, quo
fuerat negotiatus? 224		Ditysi Cretensi tribus solo;
Hebreas. v. Ebreas.		quem auctorem habueris?
Helvigitus (Christianus) refu-		50. sqq.
satus. 527. sqq.		Plagiariorum. 108
Hemina S. Benedicti qualis men-		Anglia epistolis Ar-
sura? 534		longoni illustrata. 108
Hennebergica Historia produku-		Colloquiorum incun-
ra. 416		da inter Protestantes pacis
Henricus III Rex Gallie num a		ecclesiastice causa habitorum.
Jacobo Clemente occisus? 436		235. sqq.
Hepatis Ligamentum suspensio-		Ordinis Cisterciens-
rum Peritonai proditio. 57		sis. 236
- Textura vasculosa. 196		Philosophia Ebraeo-
Ab Hermelino (Olae) exspectan-		ram. 265
da scripta. 231		Livonia. Ordinisque
Herodianus notatus. 489		in ea Teutonici Marian. 202.
Herodoti verbo emendata. 186		sqq.
Hesiodas Homero junior. 89		Ludovici M. Regis
Hetruria quando Christiana re-		Francie numismatis illus-
ligione imbuta? 515. sq.		trata. 369. sqq.
Hexagoni munimenti novi com-		Regnorum Sopren-
paratio cum Octogono Vau-		trionalium. 376. sqq.
bani. 110		Plantarum Mori-
Ab Härne (Urbano) que scri-		soni. 477
pta eruditis exspectanda?		Romanæ ab excessu
	231	
Hilleianæ apud Iudeos sc̄ptæ		Antonini Pii usque ad mor-
Doctorum series. 249		tem Alexandri Severi. 436
Hipocacuanæ radix quomodo		Historie Augusta. Scriptores no-
medicatur Dysenterie? 115		tati. 242
Historia enclusa imaginum.		Septentrionalis con-
	76	didores antiqui. 274. sqq.

Hi-

- Historiographi Islandici antiqui. 274. sqq.
In Hollandia que auctoritas juris Romani? 518
 Hottingeri (Jo. Henrici) Elegium. 476
Huetii de primigenia lingua Hebreica sententia refutata. 446
 Humorum secretionis organum. 58
Ab Hunigke (Friderici) optaphiam. 86
Hydrocephalus fetus. 196
Hydrophobia ex Ima. 147
Hydrops ab Omenco corrupto. 506
Jacoba Hollandie Comitissa quo medio marorem dispuerit? 441
Jacobi Magnae Britanniae Regis amor in libros. 287
Jacobi Regis Majoricensis leges Palatinae. 321. 324
Index num homini innata sunt? 361. 364. 366
 - - quomodo in mente formenter? 366
Idololatriæ origo ex mente Ebraorum. 471
Jehovah Dei nomen Mosis primo revelatum. 354
Jephtha fueritne spurius? 30
Jephtha filia fueritne immolata? 31
 vita, fato, voto, facto
- infinitis. 30. sqq.
Jesuitæ Cistercienses qui? 238
Imaginum cultus Historia. 76
Imperantium auctoritas a populo, a Deo? 398
Inauguratio Regum quo rite apud Judas peracta? 354. 356
Incestuosi liberi ad hereditatem matris quatenus admittendi? 228
Infanti scientia circa Summas
Quadraturas specimen novum Analyseos. 210. sqq.
Inscriptiones urbis Pacavise.
Inscriptionum Academiae a Regie Gallie inscripta. 370
Interregni Potonici ratio. 163
Intellina infansis in capite Thoracis inventa. 524
Johnsoni (Benjamini) in Poësi Dramatica excellētia Angli elogium & character, 35. 38
Josephi Egypti scientia quæstio? 247
Josephus illustratus. 99. 100
 emendatus. 101
Ica Hydrophobia genitrix. 174
Irenæi operum versionis Latine antiquitas. 309
 fragmenta. 310. 313. 316.
 operum varia ediciones. 310
 editionis novissime
Grabiana promotores. 311
Ilcaniorum (Bartholomei & Josephi) gesta & scripta. 289
Islam-

<i>Islandicorum monumentorum antiquorum examen.</i>	274. sqq.	<i>Justini Martyris Dialogus cum Tryphonie sine suppositio[n]e?</i>	
<i>Israelitarum olim in Rege eligen- do & inauguando consuetu- dines.</i>	354. sq.	<i>scriptus?</i>	253
<i>Mithmicorum ludorum tempus.</i>	91	<i>Justinus Martyr emendatus.</i>	314
<i>Italica lingua cultores.</i>	222	K <i>Abba[bi]la Iudaorum fons bero- seos Valentinianorum.</i>	
<i>Jubilatum Academia Wisember- genfis.</i>	368. 411. sqq.	<i>250. sqq.</i>	
<i>Judaei num tempore Christi habue- rint merum imperium?</i>	417	<i>Knipschildius refutatus.</i>	200. sq.
<i>Judaeorum Cycli que ratio etate Christi?</i>	97. sqq.	L <i>Aconiōrum Cyclorum ratio.</i>	
<i>fēde, Beth Hillel & Beth Schammai.</i>	248	<i>Lactantius illustratus.</i>	66
<i>Judicium apud Flandres mini- mum quatuorvirale.</i>	304	<i>Laelii Fontis acidi Descriptio.</i>	9
<i>Julia Domna a columnis His- toriorum Latinorum vindicata.</i>	488	<i>Lancellotus refutatus.</i>	53. 6
C. <i>Julii Cesaris comparatio cum Philippo, Alexandri M. Pare, Rege Macedonum.</i>	13	<i>Larroquianus notatus.</i>	48. 7
<i>- - testamenta exemitata.</i>	422. sq.	<i>Legitimæ liberis relinquenda ma- das, & compagatio.</i>	127
<i>Jureconsultorum Batavicorum Conilia sub examen vocata.</i>	517. sqq.	<i>Lerchius (Caspar) de S in Dürm- stein refutatus.</i>	200
<i>De Jurejurando Tractatus Mischa- nicus.</i>	470	<i>L. 2. ff. de mort. infer. explicata</i>	
<i>Juris Romani que auctoritas in Hollandia?</i>	518	<i>428</i>	
<i>Jurisdictio juxta usum Flandro- rum explicata.</i>	339	<i>Lexicon Anglo-Saxonicum.</i>	304
<i>quos fructus habeat?</i>	450	<i>Liberi adulserini ad successio- nem in bona matris admitten- di.</i>	
<i>Jus Publicum Polonia.</i>	162. sqq.	<i>128</i>	
<i>Natura quid?</i>	337	<i>Liceti (Fortunii) epitaphium.</i>	85
		<i>Literarum origo ab ipso Deo.</i>	446
		<i>Livius notatus.</i>	103
		<i>Livoniæ descriptio.</i>	262
		<i>De Logau (Balabasaris Friderici L. B.) elogium.</i>	140
		<i>Lubomirii (Stanislai) S. R. I. Principis elogium.</i>	82
		<i>Lucanus notatus.</i>	272
		<i>Lucas auctior Epistola ad He- braeos.</i>	

- braos. 128
 Lucensis Ecclesia prerogativa. 517
 Lucenses in Hetruria primi Chri-
 stiana sacra amplexi. 515
 - - primi Episcopatus nasci. 516
 Lucernarum Sepulcrorum descri-
 pto Latine edita. 299
 in sacris usus. 346
 Luciani versio emendata. 187
 Lucus natura. 390
 Ludorum Isbmicorum tempus. 91
 Ludovici Magni Regis Francie
 Historia numismatibus illu-
 strata. 369. sqq.
 equitatis exemplum. 374
 Lustrali aqua Christus quoque u-
 sus. 349
 Lutherani Ministerii vindicia. 527
 Lutheranorum cum Reformatis
 sentata reconciliatio. 175. sqq.
 Lutheranos inter & Reformatos
 in doctrina de Predestinatione
 tentata conciliatio. 116. sqq.
 Lutheri Epistole cum prefatione
 Ja. Franc. Buddei. 506
M Acebaicorum librorum
 primi & secundi discre-
 parantia quoad Chronolo-
 giam unde? 102
 Macedonum Cycli veteres. 97
 Magia simulata simulanti existi-
 sa. 227
 Magni (Joannis) Sucicarum re-
 rum Scriptorium auctoritas
 quanta? 277. 280
 Malachias commentario illustra-
 tio. 480
- Malez excoptae ex Dicione Cre-
 sensi. 51
 Manutii (Aldi) museum notabilis
 inscriptione ornatum. 229
 Marcellus L. z. ff. de mort. in-
 fer. illustratus. 428
 Marcionis aet. 312
 B. Marie Virginis merita in Or-
 dinem Cisterciensem depreda-
 cas. 240
 De Maris estu sententia vario-
 rum examinata. 454
 Maris scintille unde? 454
 Matrimonium inter tutorem &
 pupillam cur nullum? 430
 Mediastinum productio Pleura.
 57
 Medicatarum Aquarum origo &
 differentia. 4
 Membrana adiposa, carnosa, &
 muscularum communis. 57
 Membranarum adiposarum usus.
 456
 Majoriz suspenda exemplum.
 264
 Menagii (Egidii) in Amyntane
 Torquati Tassi Censure explo-
 sa. 220. sqq.
 De Menagio (Egidio) judicium.
 245
 Mens quomodo in acquirenda
 veritate procedat? 359
 Menses muliebres a fermento
 quodam uterino basid depen-
 dent. 96
 Monstrui luxus nimis remedi-
 um. 162
 Mer-

NOTABILIORUM.

Merceri (<i>Jos.</i>) sententia de Di-		355
Elie Cretenis refutata. 50. sqq.!		
Mercerus (<i>Josias</i>) notatus. 298		
Mesaraicorum vasorum arcus		
triplicati & quadruplicati. 58		
Mesenterium peritonei produ-		
ctio. 57		
Messenius (<i>Joannes</i>) Scandie il-		
lustrata auctor quam mortem		
obierit? 377.		
Metallifosorum morbi, eorum-		
que causa & remedia. 25		
Meteora orationis. 333		
Metonici cycli ratio. 87		
Meursius notatus. 271. 495		
Mineralia quenam ingrediantur		
Thermae Patavinae? 6		
Milchnæ Tomus IV. 465		
Mixtorum simplicium ab organi-		
cis differentia. 391		
Moleudinum num Nobilis in		
fundo suo extruere possit cum		
deterimento alterius? 150		
adiscatur quo tenus ob-		
fiet molendinum vicinum? 223		
Monarchæ titulus Doctoribus ju-		
ris tributus. 84		
Morale quid sit in precepto quar-		
eo Decalogi? 123		
Moralia principia practica num		
boni sint congenita? 359		
Morbi, quibus Therma Patavine		
medentur. 8		
artificum qui, unde, &		
quomodo curanti? 23		
Morisoni (<i>Roberti</i>) vita & obi-		
tus. 479		
Moschi due species. 295		
Motus animalis organum proxi-		
mum. 59		
causa formalis. 389		
muscularum ratio forma-		
lis. 389. 456		
Moulinus notatus. 60		
Mulierum sanctorum Vita. 323		
Municipalium apud Romanos		
Magistratum quenam in pu-		
niendis sancibus fuerit auto-		
ritas? 417. 418. 420.		
Mumentorum confruendo-		
rum nova ratio. 109		
Muscularum motus ratio forma-		
lis. 389. 456		
Mysterii vox num corona Pon-		
tificis Romani olim inscripta?		
498		
Mysticæ Theologia natura. 64. sq.		
usus adversus		
Pontifices. 65		
elogium. 392. sqq.		
N atura quid? 388		
Natura dñs in Christo quo		
sensu dici possint permixta? 407		
Navallii Duci gesta & fata. 39. sq.		
Naudæi (<i>Gabrielis</i>) vita & scri-		
pta. 226. sq.		
Nazaræatus apud Judæos origo		
male ad Josephum relata. 63		
Nervorum textura. 59		
Nicetas emendatus. 314		
Niémeieri (<i>Joannis Bartoldi</i>)		
seri-		
a a a 2		

- scripta edita & edenda. 154
 Niphi (Augustini) fastus. 229
 Nitrum quoruplex? 295
 Nobiles S. R. Imperii immediati
 in territorio Comitum bona
 possidentes, num etiam in rea-
 libus iis non subsint? 201
 Nobilitatis immediata in S. R.
 Imperio controversia cum Comi-
 tibus. 199. sqq.
 Notiones congenita num denteur?
 358. sqq. 361. sqq.
 Notitia innata num dentur? 358
 sqq. 361. sqq.
 Novella 89. c. ult. explicata. 128
 Nuckii ductus aquosj norati. 60
 Per Nullitatis querelam num cau-
 sa a foro Principis jure de non
 appellando gaudentis ad Ca-
 meram Imperialem trahi pos-
 sit? 150
 Numi Historiam belli Trojani il-
 lustrantes. 55
 Numismata res gestas Ludovici
 Magni illustrantia. 369. sqq.
 Numophylacium Sueicum Eliae
 Brenneri. 230
Observationum Selectarum
 Hallenium qua ratio?
 201. sq.
 Observatorium Regium Parisien-
 se. 372
 Ochini (Bernardi) fata & scri-
 pta. 203. 204
 Oculi tunica aciniformis qua?
 294
- Odini in Septentrionem adventus
 & gesta. 278
 Olei in sacris Ebraeorum usus. 345
 Oleum latitie quodnam? 348
 consecrationis quale? 351
 Olfactus organum. 60
 Olympiadum Cycli civiles. 90
 Omenti usus. 456
 AbOmento corrupto Hydrops. 506
 Opaca corpora quanam? 390
 Oratio vere sublimis quanam?
 334
 Ordinatio num necessaria Mini-
 stro Ecclesia? 328
 Origenes illustratus. 128
 Orpheus Sapientum Gracie an-
 tiquissimus. 492
 Orphicorum carminum tituli &
 fragmenta illustrata. 493. sq.
 Osculi Radios in Curvis ex Focis
 descriptio irvenientia Metho-
 dus. 501
 Ossium & Cartilaginem diffe-
 rentia. 59
 Oxoniensis Bibliotheca quantum
 debeat Thoma Bodlejo? 287
Palingenius notatus. 299
 Pallavicini (Ferdinandi) fa-
 ta. 228
 Palmerius notatus. 298
 Papinianus L. 63. ff. de ritu nu-
 ptiarum illustratus. 431
 Paradisi terrestris situs. 483
 De Paradiso sententia variorum.
 484
 Paralyseos remedium. 161
 Parri-

Parricidii que pena olim apud Romanos?	427	Pericardium productio Pleure.	57
Pasoris (Georgii) de Stylo Novi Testamenti sententia.	521	Peringshiöld (Joannis) scripta pralo desinate ac parata.	232
Passeratius (Joannes) notatus.	298	Peripneumonia medela.	161
Pastorius (Franc. Daniel) notatus.	385	Peritonzi productio Mesenterium, Ligamentum Hepatis suspensorium, Uteri ligamenta lata.	57
Patavinæ urbis Inscriptiones.	82	De Perspectiva tractatus.	77. sqq.
Patavinarum Thermarum examen.	1	Perspirationem promovendo multi morbi curantur.	115
- - vires.	7	Perspirationis in corpore animali utilitas.	115
- - usurpandarum methodus.	9	quantitas quomodo determinanda?	114
Patini (Caroli) episcopium.	85	Perraltius notatus.	390
Patini (Guidonis) odium in Cardinalem Richelium.	476	Pestis quomodo inficiat?	115
Vita	228	Petavius (Dion.) notatus.	88
S. S. Patribus primorum a nato Christo seculorum vindicata doctrina de Trinitate Personarum Divinarum.	74. sq.	Petrus Christum abnegans num fidem amiserit?	407. sq.
S. S. Patrum auctoritas num regulam Fidei constitutas?	527	Pfochenium (Sebastianum) inter & Jo. Coccejum amulatio.	69
sq.		Phædrus fabularum auctor num leges versus in super babu- ris?	458
De Patrum Capitibus Tractatus Mischnicus.	472	Philippus Rex Macedonia cum Julio Casare comparatus.	13
S. Paulinus Heretrie & impietis Lucensium Apostolus.	515	Philo quis auctor Libri Sapientie?	248
sqq.		Philosophiae Ebraeorum Historia.	245
Paulus num auctor Epistola ad Ebros?	120	Pictoriaris species.	320
In Pene detecta nova Glandula.	499	- - fundamenta.	77
Pensylvania Suecorum olim colonia.	385	Pictorum & Sculptorum Academia Parisis & Roma a Rege Gallia condita.	371
		A A A A 3	Pi-

INDEX RERUM

- | | | | |
|--|-----------|--|-----|
| Pighius notatus. | 104 | Pontifex Iudeorum summus
num semel tantum in anno
Sanctum Sanctorum intrave-
rit? | 63 |
| Pius (Iohannes Baptista) notatus. | 270 | Pontifices Romani ex Ordine Ci-
sternensi. | 239 |
| Pius IV. Pontifex num commu-
nionem sub utraque specie Lai-
cis concesserit? | 244 | Pontificis Romani Corona num
inscripta olim vox Mysterium
fuerit? | 491 |
| Placentia uterina fractura. | 197 | Porta prima, secunda, tertia,
Tractatus Mischnici. | 465 |
| Plagiariorum historia. | 108 | Postelli (Guilielmi) vita & scri-
pta. | 202 |
| Plantarum Historia Morisoni. | 477 | In Precepto de sanctificando Sab-
barbo quid morale, quid cere-
moniale? | 125 |
| Pleuræ productio Mediastinum &
Pericardium. | 57 | Circa Prædestinationem tentata
inter Lutheranos & Reformatos
conciliatio. | 116 |
| Pleuritidis remedium externum. | 161 | Prædestinationarum barefis
num exsisterit? | 121 |
| Plicæ Polonica historia. | 505 | Præjudiciorum in controversiis
Theologicis usus & abusus. | 326 |
| Plutarchus illustratus. | 186 | Præscriptio debitorum qualis a-
pud Gandavenses? | 343 |
| Poëmata Conr. Sam. Schuritzfle-
schii. | 259 | Presbyteri num desituantur fa-
cilitate ordinandi Presbyteros? | |
| In Poëtæ Dramatica magione ve-
seres excelluerint, quam re-
conciores? | 35 | 527. sqq. | |
| Poëtarum lingua vernacula invi-
cem certarium Collegia in
Hollandia. | 441 | Prideaux (Iohannis) vita & elogi-
um. | 290 |
| Anglorum censura &
elogium. | 35. sqq. | Primogeniture jus num invicis
natu minoribus introduci
queat? | 223 |
| Poloniz Jus Publicum. | 162. sqq. | Principia innata num dentur? | |
| Ordo Senatorius. | 165. sqq. | 358. sqq. 361. sqq. | |
| Eques. | 167 | | |
| Regum electio & corona-
tio. | 164 | | |
| proventus. | 165 | | |
| poreflas circa confi-
tutionem Episcoporum. | 166 | | |
| Polonici Interregni ratio. | 163 | | |
| Polybii versio emendata. | 186 | | |

Prin-

NOTABILIORUM.

399

- | | | | |
|--|-----------|--|-----------|
| Principum <i>jus Divinum assertum.</i> | 398 | gio de non appellando gauden- | |
| Promissio nunc obligatoria? | 518 | ris ad Cameram Imperialem | |
| Proprietatis patria quo? | 297 | trahi possit? | 150 |
| interpretum hallucina- | | Quindecimviri sacris faciendis | |
| tiones. | 298 | qui Romanis? | 270 |
| stylus. | 300 | R adios Osculi in Curtis ex Fo- | |
| Prophetarum oracula quam ha- | | cis descriptis inveniendi | |
| beant harmoniam cum Apoca- | | Methodus. | 501 |
| lypsi? | 188. sqq. | Raleighii (Walberi) Historia | |
| Protestantes inter incunda pacis | | Mundi facta, & illius obitus. | |
| ecclesiasticae rationes proposi- | | 292 | |
| tas. | 175. sqq. | Rainoldi (Joannis) vita & elegi- | |
| num reße accusatus | | um. | 291 |
| Schismatis? | 326 | Rapinus (Renatus) motatus. 221. 299 | |
| Protestantium in Germania The- | | Rappolti (Friderici) in Horat- | |
| eologorum Dissertationes Aca- | | um studia. | 207 |
| demicae collectae. | 359 | Rationis in Theologia usus affer- | |
| Prudentius illustratus. | 271 | tu. | 363. sqq. |
| Pruritus a vermisibus. | 506 | Reformatores religionis num vo- | |
| Palmi XVI collatio cum Job. | | catione caruerint? | 327. sqq. |
| XVII. | 400 | Reformatos inter & Lutheranos | |
| Pulmonum confrictio & dilata- | | in articulo de Predestinatione | |
| tio in respiratione unde? | 456 | tentata conciliatio. | 116. sqq. |
| Punctorum vocalium in lingua | | Reges & Regina institutum Ordini- | |
| Hebreas antiquitas asserta. | 22 | Cisterciensis sectata. | 240 |
| Pupillæ motus organa. | 195 | Regum apud Israelites inaugu- | |
| Pythagorei iugis Λόγος. | 496 | ratorum ceremonia. | 354. sq. |
| Q uadragesimale jejunium | | <i>Jus Divinum affe-</i> | |
| quando ceperis? | 342 | <i>rum.</i> | 398 |
| Quadrature Rationales omnes | | Religio Evangelica quomodo in | |
| num reduci possint ad Quadra- | | Sueciam introducta? | 381 |
| turam Hyperbole & Circuli? | | Renis tunica in homine adiposis | |
| | 218 | cellulis defituta. | 196 |
| per Querelam nullius nam | | Reaum canaliculi Bellini seu ex- | |
| causa a fore Principis privile- | | creidrii vennisi arteriola con- | |
| | | tinuata. | 197 |
| | | Repres- | |

Reppressaliz in Germania probi- bita.	224	Rubeni notatus.	104
Reprobationis hominum qua- causa & ratio?	120	Rubini descriptio.	294
decretum nam absolu- tum?	120	Sabbati appellatio cum qua- dri in diem Dominicam?	122
Respirationis usus.	58	Sabbaticorum etiam amorum & pudiciorum ratio.	98
Retractus jus illustratum.	223. sqq.	De Sabbato controversie discussa.	
Rhytmus nam conveniat Trage- die?	38	122. sqq.	
Richerius (Edmundus) cur li- brum suum de Ecclesiastica & Politica potestate reprobarit?	229	Sabbatorum apud Iudeos varie- tates.	102
Rimpleriana Architectura Mili- taris Methodus exemplo illu- strata.	179. sqq.	Sabbatum - δευτηρία]on Luca VI. 1. quodnam?	102
Robertus de Arbriscello a calu- mniis adversariorum vindica- tus.	15	Sadoletus (Jacobus) Melancholo- nis amicitiam expectans.	477
Romana Historia ab excessu An- tonini Pii usque ad mortem A- lexandri Severi.	486	Salivæ fontes.	57
Romani Pontifices ex Ordine Ci- sternensi.	239	Salmasius notatus.	475
Romano-Catholici num funda- mentum fidei evertant?	178	Sancti & sanctæ Ordinis Cisterci- ensis.	238
	180	Sanctorum cultus rejectus.	332
Romanorum Cycli veteres.	103	Sanguinis via seu canales.	58
Historiorum ver- rum in Chronologia diffensio- nes unde?	104	- - atri vomitus ab arteriis quoque, non venis solum, deri- vatus.	505
a Trojanis origo examinata.	202	Sannazarii (Jacobi) epitaphium.	227
Roscelini Epistole in Robertum Arbriscellensem injuria.	16	Sapientiae Liber a seniore, an ju- niore Philone conscriptus?	
		Saxonice lingua Lexicon.	304
		De Saxone Grammatico judici- um.	379
		Saxonis Grammatici Historia Danica quantum tribendum?	
		Scacchi (Fortunati) vita.	345
		Scac-	

NOTABILIORUM.

562

Scaliger (Julius Cesar) notatus. 229	Marc. XIV. 64.	413
Scaliger (Josephus) notatus. 87, 103	Luc. II. 49.	184
Schefferus notatus.	IV. 33.	184
Schismatis nam recte accusentur	VI. 1.	104
Prosternentes?	IX. 28.	185
Scioppius notatus.	XIII. 9.	185
Scondia Illustrata Jo. Messenii nunc primum edita.	XIX. 8.	42
Scripturæ S. loca illustrata.	XXIV. 47.	186
Genes. XVIII. 2.	Joh. III. 5.	302
XIX. 26.	V. 2.	185
XXXVI. 24.	IX. I. 2. 3.	301
Exod. VI. 3.	XVII.	406
XXX. 24.	XVIII. 31.	413
Levit. V. 5. sqq.	Act. XVI. 19. 20.	420
Deuter. V. 2.	XXIV. 5.	419
XI. 10.	Rom. III. 25.	184
Jud. XI. 40.	VIII. 3.	184
II. Reg. IX. 13.	13.	185
II. Paralip. XXX. 15.	19.	303
Psalms. XVI.	IX. 9.	393
Jerem. XVII. 13.	Coloff. I. 24.	303
Ezech. IX. 4.	II. 9.	313
Mich. II. 13.	Gal. IV. 22.	394
V. 1.	Philem. v. 18. 19.	420. sqq.
Nah. I. 9.	I. Petri II. 13.	399
Habac. II. 4.	IV. 6.	302. sq.
Zephan. III. 18.	Hebr. IX. 5.	184
Malach.	XIII. 2.	184
II. Macab. XI. 21.	Apoc. II. III. VI. VIII.	390
Matth. III. 8.	VIII. 4.	186
XX. 22.	Scripturæ S. studiorum quomodo in-	18
XXI. 8.	fluenient?	
XXVI. 66.	loca Dispunctionibus A-	
XXVIII. 14.	cademicis illustrata.	152
20.	conclusus cum Scripto-	
	ribus profanis.	172
	Scripturam S. allegorice expli-	
	cat.	

- randi ratio. 392
 Secretionis humorum organum. 58
 Seculum Fururum ò quæ non a iis
 non dies Meffia, sed seculum re-
 sributionis a præfatis hoc secu-
 lo distinctum notat. 72
 Seneca (*L. Annaus*) notatus. 320
 trium minimum inter
 Tragedias, qua illi tribuntur,
 aucto. 524
 Septem ecclesiasticorum, septem sigil-
 lorum, & septem tabarum in
 Apocalypsi Parallelismus. 190
 Septentrionalis Historia condito-
 res antiqui. 274. sqq.
 Septentrionalium Gentium anti-
 guarum sub examen vocata. 279
 Regnorum Historia.
 376. sqq.
 Populorum ad Reli-
 giem Christianam conver-
 sio. 378
 Septimii Historia belli Trojani
 ex Grato, non quidem Dichtyos
 Cretensis, sed Praxidis con-
 versa. 50. sqq.
 as. 54
 Septimum quemque diem sancti-
 ficandum, sine juris ceremoni-
 aliis an moralis? 123
 pulchralium Lucernarum de-
 scriptio Belloriana Latine edita.
 209
 Serpentum in Septentrione comi-
 tia judicialia. 231
 Shakespearii Poëta Angli' cum
 alij Poëta Anglicanus compa-
 ratio. 38
 Sherburne (*Eduardi*) merita in
 rem litterariam. 523
 Sigonius (*Carolus*) notatus. 62.
 63
 Silvius (*Philippus*) notatus. 298
 Sextus IV nam impuniatem Se-
 domja concessit? 436
 Socerorum bonorum malorum
 que exempla. 67
 Solonis leges due explicata. 429
 Speluncæ Baumanniæ luciden-
 ta descriptio. 305. sqq
 Spinozæ refutatio. 435.
 Spirituum animalium influxus
 unde dependet? 456
 Sponsalia quatenus solvi possint? 223
 Stanleji (*Thome*) vita & scripta.
 45. sqq.
 Stephani (*Henrici*) Vindicia pro
 Stylo Novi Testamenti. 320
 Straube Disputatio de Empathi
 Græca lingua N. T. 521
 De Stylo Novi Testamenti scripta
 a Jo. Oleario, Jo. Baclero, Seb.
 Pfochenio, Balb. Bebelio al-
 isque edita. 68. sqq.
 Stylus Novi Testamenti vindica-
 tus. 520. sqq.
 Sublimitas orationis vera qua-
 rum differat ab apparente? 334
 Ex Suecia qui novi libri Eruditis
 expectandi? 230. sqq.
 Succici Regni Historia. 380
 re-

NOTABILIORUM.

963

<i>reformatio in Ec-</i>		<i>Pfocbenio aliquaque edice.</i>	<i>68</i>
<i>elephantis.</i>	<i>381</i>		<i>sqq.</i>
<i>Succorum in Americanis oris co-</i>		<i>Testamenti Novi stylus qualis?</i>	<i>7</i>
<i>lonia.</i>	<i>382</i>		<i>520</i>
<i>Suetonius illustratus.</i>	<i>423. sqq.</i>	<i>Testamenti collendi requisita.</i>	<i>519</i>
	<i>427</i>	<i>Theatri leges, & ut ab Anglis</i>	
<i>Suidae de Dicte Cretensi struc-</i>		<i>Gallisque bodie vel obseruen-</i>	
<i>tia sub examen vocata.</i>	<i>50. sqq.</i>	<i>rav, vel negligenter.</i>	<i>535. sqq.</i>
<i>Symbolum Apostolicum num-</i>		<i>Theologia Christiana Benedicti</i>	
<i>omnes fidei articulos fonda-</i>		<i>Picteti.</i>	<i>73</i>
<i>mentales complectatur?</i>	<i>178</i>	<i>Theologie Mystica natura.</i>	<i>64.</i>
<i>De Synedriis Tractatus Mischni-</i>			<i>sq.</i>
<i>cus.</i>	<i>467</i>	<i>Theriacæ celestis autores & vi-</i>	
<i>Synedriorum majorum & mino-</i>		<i>res.</i>	<i>160</i>
<i>rum apud Ebraos ratio & pre-</i>		<i>Thermarum Paracimberam ex-</i>	
<i>cipua membra.</i>	<i>468</i>	<i>amen.</i>	<i>1. sqq.</i>
<i>Synodos generales Cleri in An-</i>		<i>Thermometri sigillati qua ratio?</i>	<i>381</i>
<i>glia convocandi jus penes</i>			
<i>quem?</i>	<i>142</i>	<i>In Thoracis cavitate reperit in-</i>	
T Acchetus refutatus.	<i>96</i>	<i>fantis insectis.</i>	<i>524</i>
Tassi (<i>Torquasi</i>) fabula Pa-		<i>Thuscia quando ad Christianam</i>	
sterilis Amyntas defensa.	<i>220</i>	<i>religionem conversa?</i>	<i>515. sqq.</i>
Telluris contenta.	<i>454</i>	<i>Tiberii Casaris testamentum sub</i>	
Temperamenta mixtorum.	<i>391</i>	<i>examen vocatum.</i>	<i>425</i>
Templi Hierostymitani Descri-		<i>Tomalini (Jac. Phil.) elogium.</i>	
psio's R. P. Bernardo Lamy			<i>84</i>
expectanda.	<i>77. 80</i>	<i>Tragedie num conuenias rhyth-</i>	
Tertullianus illustratus.	<i>347</i>	<i>mus?</i>	<i>38</i>
Testamenta Iulii Casarii, Augu-		<i>Tragedie ludicra, seu Tragico-</i>	
sti & Tiberii sub examen vo-		<i>Comedia Anglorum nam pro-</i>	
cata.	<i>422. sqq.</i>	<i>bande?</i>	<i>36. sq.</i>
Testamentum iudiciale num fit		<i>Tragediarum, que L. Annae Se-</i>	
malum ex defectu charta signa-		<i>neca tribuntur, quis auctor?</i>	
ta?	<i>151</i>		<i>524</i>
De Testimenti Novi stylo scripta a		<i>Trappense in Gallia canobium</i>	
Jo. Olario, Jo. Bacero, Sub.		<i>Ordinis Cisterciensis.</i>	<i>238</i>
		B b b b 2	
		Tri-	

- Tribonianus notatus. 429
 S. Trinitas a Patribus primorum
 a Christo nato seculorum agni-
 ta. 74. sq.
 S. Trinitatis mysterium allegorice,
 sed profane explicatum. 395
 sqq.
 Trojani belli Historia, que Dicty-
 Cretensi tribui solet, quis au-
 tor? 50. sqq.
 Typi rerum futurorum non in re-
 teris solum, sed et novo Testa-
 mento obris. 395
Valentinianorum heresis ex
 Kabbala Ebraeorum deri-
 vata. 250. sqq.
 Valeius (Henricus) notatus. 434
 Valla notatus. 186
 Variolæ num animae? 505
 A Variolis relida macula quomo-
 do tollenda? 505
 Vaubani Octogono in Arche-
 tium Militari oppositum He-
 xagonum nova inventionis. 110
 Venæ porta plures sunt ramuli
 minores, quam vena capa. 196
 Venenum quid?
 quomodo salutare eve-
 niat? 254
 nonnunquam necessario
 propinandum. 258
 Ventriculi atrovia remedium. 161
 De Ventrioloquis iudicia diversa.
 245
 Vertiginis remedium. 160
 Vesica triplex in cadavere huma-
 no deprebenſa. 27. sq.
 Ex Vesica profluens naufragio. 29
 Vesice urinaria excrecentia. 196
 num aliquando calculus
 adnasatur? 196
 Vester olim præcereribus Prin-
 cipibus subfernī solita. 409
 et Gentilibus ad aras
 Decorum profana. 409
 ignorata quales apud
 Amos. II. 8. 410
 Veteres num in Poesi Dramatica
 magis quam recentiores excel-
 luerint? 35. sq.
 Vierscharen Belgis quale judice-
 um? 304
 Vjolentum quo sensu in Physica
 admittendum? 389
 Virgilij illuſtratus. 103
 Virginiz in America descriptio.
 385
 indigena. 386
 Virginitatis vetum num in V.
 Testamento fuerit cognitum? 31
 Vita nomen equivocum. 455
 Viembergensis Academie fubi-
 lamm. 368. 411. seq.
 Unctio Regum apud Israelitas o-
 lim quo oleo, et a quo facta?
 356
 Unguentorum apud Ebraeos in
 sacris usus. 348
 Volscus (Anconius) nocatus. 298
 Voorburgi in Batavis origo. 439
 Vossi

Vossii (Gerb. Jo.) sententia de Dibyo Cretensi refutata. 50. sq.	cognitorum decetla. 197
	Uterine placenta sindiaca ve- sciculosa. 197
De Voto Iephia conreverbia eno- dasa. 30. sqq.	ann. mero cohæ- sio. 197
Uppsala, Suecia urbs, unde dicta?	Elleri (Hieronymi) a Mals- dorf vita ac fata. 404
	orthodoxia
Usserius notarius. 92	vindicata. 407
Usufructuarius ad quas impensas ad resollisionem rei usufructua- ria renatur? 518	X Enophontis interpolator no- tarius. 92
Uteri ligamentae lata peritonici productio. 57	Z Abarellae (Francisci) elegi- um. 83
In Uteri ovini impregnati tunica inferiori myriades vasorum in-	Zachetus qua lege obligatus fu- rit quadruplum reddere? 428

ERRATA.

Pag. 309 l. 15 pro hyperbatio lego hyperbatu. P. 337 l. 23 dele
velut. P. 354 l. 5 pro Exod. VII lege Exod. VI. P. 378 l. 13 pro conser-
vare lego considerare. P. 418 l. 5 pro Job. 18 3. lege Job. 18. 31.
Porro

pug. 210. lin. 14. leg. $\frac{dy}{dx} = y \frac{dx}{x}$, $ax^2 + y$ pro - ponendo $\frac{dy}{dx}$

pug. 211. lin. 12. leg. $x^2 - \frac{a^2}{x^2}$ ab pro - ponendo -

$\frac{dx^2}{a^2}$

lin. 22. leg. $\frac{\alpha}{lmn}$ suppleta linea

lin. 23. leg. $\frac{\alpha}{lmn}$ suppleta iterum linea

pro additione ad p. 212. sub sign. NB. 5

in agn. 3. column 1. pro $\frac{x^2}{mn}$. leg. $\frac{x^2}{lmn}$

in agn. 4. column 1. pro $\frac{x^2}{mnp}$. leg. $\frac{x^2}{lmnp}$

sub

566 INDEX RERUM NOTABILIORUM.

sub Columna 1. pro rebus (foret $\frac{x}{lmn} = \frac{1}{mn} - \frac{b}{lmn}$) scri-

batur : loco $\frac{x}{l..} = \frac{x}{..} - \frac{b}{l..}$ prodiret $\frac{x}{lmn} = \frac{1}{mn} - \frac{b}{lmn}$

Pag. 214 pro $\frac{x}{c-b, d-b, e-bx, \pm b}$

scrib. $\frac{1}{c-b, d-b, e-b, x \pm b}$

Et pro bcd scrib. $bcdx$

bce bce

bde bde

cde cde

p. 217 in valore ipsius $\frac{x^2}{x^2-1}$ pro $\pm V-1$ ponatur $\pm V-1$ seu
 $V-1 \pm V-1$. Et in linea sequente, cum bis occurrit $x-V-1$, loco
prioris ponatur $x \pm V-1$.
pag. 218. lin. 12. pro radices æquales, leg. radices reales.

